This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891

STANFORD
LIBRARIES
UNIVERSITY
LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891

932
M08
suppl.
4

STANFORD UNI
LIBRARIE
STACKS
OCT 2 9 19

ANJOUKORI OKMÁNYTÁR.

NEGYEDIK KÖTET.

(1340 - 1346.)

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR

TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY.

OKMÁNYTÁRAK.

BUDAPEST.

A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALA.

(Az Akadémia épületében.)

1884.

CODEX DIPLOM. HUNGARICUS ANDEGAVENSIS.

ANJOUKORI
OKMÁNYTÁR.

A MAGYAR TUD. AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA MEGBIZÁSÁBÓL

SZERKESZTETTE

NAGY IMRE

M. AKAD. LEV. TAG.

NEGYEDIK KÖTET.

(1340—1346.)

BUDAPEST.

A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALA.

(Az Akadémia épületében.)

1884.

DB932
M63
suppl.
v.4

Budapest, 1884. Az Athenaeum r. társ. könyvnyomdája.

Ezen kötetben az Anjouk uralkodásának első korszakában kelt oklevelek közlését befejeztük, és I. Lajos király uralkodása első öt évéből is az 1346. év végeig haladtunk; a negyedik kötet oklevelei hét évről szólnak, a nagy készlet, mely felett rendelkezni alkalmunk volt, nem engedte, hogy tovább haladhassunk, eddigelé már amugy is több százra megy azon oklevelek száma, melyeket mint kevésbé érdekeseket ezuttal félretenni s közlésüket abban hagyni kellett.

Az oklevelek majdnem három-negyed része ismét az országos levéltárból került ki, azután még a N. Muzeum és az Akadémia gyüjteményei, a Gyulafehérvári és Vasvári káptalan, valamint a Pannonhalmi convent levéltárai nyujtottak sok becses adatot. Midőn a most nevezett convent levéltárnokának, főt. Sztahovics Remignek elhunyta felett e helyen is kegyelettel megemlékezünk, nem mulaszthatjuk el kijelenteni, hogy az őrzésére bizott levéltárból közleményei kötetein kben a legbecsesebbek közé sorolhatók s azok nyilvános föllépésének utolsó emlékei közé tartoznak.

Az egyes családok közül a gróf Amade, Balog, Békássy, Bory, Dancs, gr. Festetics, gr. Forgács, Hanvay, pálóczi Horváth, Kende, Kisfaludy, Máriássy, felső-büki Nagy, Olgyai, b. Révay, sóvári Soós, Pon-

grácz, Tallián, Zerdahelyi családok levéltáraiból, a Zólyom megyei Lipcse város levéltárából, továbbá Bátorfi Géza, Szalay Ágoston és Varga Márton gyüjteményeiből közölt oklevelekkel gazdagitottuk kötetünk tartalmát.

Kedves kötelességemet róvom le végre akkor, midőn Nagy Gyula és Kovács Antal uraknak becses közremüködésükért, Beliczay Jónás, Géressy Kálmán, Kammerer Ernő, Komáromy András, Pesty Frigyes és Tagányi Károly uraknak pedig másolataik átengedéséért hálámat és köszönetemet ismételve kijelentem.

Nagy Imre
akad. lev. tag.

1.

1340. Visegrád, jan. 24. Pál országbíró előtt Sóvári László a Sárospatak város szomszédságában fekvő Halászszeg nevü birtokot és halászó helyet Patak város polgárainak átengedi.

Nos comes Paulus iudex curie . . et Paulus magister tavarnicorum . . Elisabeth . . regine Hungarie . . significamus . . quod cum anno dominice incarnacionis Millesimo trecentesimo tricesimo octavo magister Ladislaus filius Johannis de Sowar iudicatui iudicis curie regie subiacens, Beke filium Nicolai tunc iudicem de Patak, Johannem filium Petri civem de eadem, iuratos et universos cives ab eadem Patak iudicatui magistri tavarnicorum reginalium subiacentes, legitime citacionis modum observando, racione cuiusdam possessionis Halazzegh vocate in vicinitate et commetaneitate terre dicte civitatis de Patak adiacentis, contra se ad nostram presenciam in causam attraxisset, et ipsa causa in nostras binas personas bipartita . . ad presentes octavas festi Epiphanie domini ad peremtoriam responsionem faciendam devenisset, tandem ipsis octavis Epiphanie domini advenientibus, eodem magistro Ladislao filio Johannis de Sowar personaliter ab una, et Pethen filio Jacobi nunc iudice de eadem Patak, Nicolao filio Scem et Stephano filio Clementis civibus de eadem pro se personaliter et pro iuratis ac universis civibus ab eadem . . parte ab altera coram nobis constitutis, per eundem magistrum Ladislaum filium Johannis propositum exstitit . . quod quia ipse visis instrumentis dictorum civium de Patak, predictam possessionem Halazzegh vocatam in vicinitate et commetaneitate terre dicte civitatis de Patak existentem ex vigore eorumdem instrumentorum ipsis . . civibus de Patak rite et legitime pertinere agnovisset, ideo ipse eandem possessionem Halazzegh vocatam cum piscatura Sothozatalna nominata,

terris arabilibus et campestribus ac aliis omnibus suis utilitatibus .. eisdem .. civibus de Patak reliquisset resignasset .. perpetuo .. possidendam .. ac omnia sua tam privilegialia quam literalia instrumenta, que in facto eiusdem possessionis habuisset et haberet confecta, vana cassa frivola reliquit .. et ubicunque exhiberentur eorum exhibitoribus commisit tamquam sopite litis suscitatoribus nocitura; ut igitur ea que extra iudicium parcium voluntate concordiali federe terminantur, ad perpetuam rei memoriam legitimis firmentur documentis .. presentes literas nostras ad peticionem eiusdem magistri Ladislai filii Johannis, eisdem .. civibus de Patak concessimus privilegiales. Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum Epiphanie domini predictarum, anno eiusdem Millesimo CCC^{mo} quadragesimo.

A törött pecsét piros selyem-sodratokon függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 751. 13. dipl. lt. 3289. Közli Kovács Nándor.

2.

1340. Visegrád, febr. 1. Pál országbíró a csanádi káptalant a végett küldi ki, hogy Magyar Pál gímesi várnagyot Aladrián nevü Bodrog vármegyei birtok és az ott levő monostor és egyház fele birtokába beiktassa.

Capitulo Chanadiensi comes Paulus iudex curie .. cum Laurencius filius Gothardi filii Lorandi de Gezche de comitatu de Budrug coram nobis personaliter comparendo dimidietatem possessionis Oladrian vocate in comitatu de Budrug iuxta fluvium Ticie existentis ipsum hereditario iure .. contingentem cum dimidietate monasterii in honore beate virginis in eadem fundati et dimidietate ecclesie in honore sancti Nicolai confessoris ibidem constructe, piscinis, aqua Ticie .. et aliis suis omnibus utilitatibus .. ad ipsam dimidietatem pertinentibus, sub antiquis metis et terminis velut in aliis literis nostris uberius continetur, magistro Paulo dicto Magyar castellano de Gymus pro octuaginta marcis coram nobis receptis perpetuo possidendam vendiderit, idemque magister Paulus in dominium

ipsius dimidietatis possessionis se velit legitime introduci, amiciciam vestram presentibus petimus .. quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fide dignum, quo presente Bekus filius Laurencii de Murtunus vel Laurencius filius Bernaldi de Durusma aut Johannes filius Ernee aliis absentibus homo domini regis ad faciem dicte dimidietatis possessionis Olarian vocate, vicinis et commetaneis suis convocatis accedat, et eandem per suas veras et antiquas metas reambulando et ubi necesse fuerit novas metas iuxta veteres erigendo statuat cum premissis suis utilitatibus et pertinenciis universis eidem magistro Paulo dicto Magyar perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint citet contra ipsum magistrum Paulum et Laurencium filium Gothardi prenotatum ad regiam presenciam ad terminum competentem ; et post hec seriem ipsius possessionarie statucionis cum cursibus metarum vel nominibus citatorum et termino assignato domino regi fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, in vigilia festi Purificacionis virginis gloriose, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quadragesimo.

A csanádi káptalannak I. Károly királyhoz intézett jelentéséből, mely szerint a kiküldöttek a határt megjárván, Magyar Pált a birtokba minden ellenmondás nélkül beiktatták. A káptalan jelentése meg van eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Buden. 28. 8. dipl. lt. 3290. Ugyanott őriztetnek I. Lajos király 1360-ki átiratában I. Károly királynak és Pál országbírónak 1340. máj. 15-én kelt oklevelei, melyek szerint a föntebbi oklevélben megnevezett felek között Aladrian birtok felérői zálogos szerződés jött létre. Dipl. ltár. 2689. Közli : Kovács N.

3.

1340. febr. 14. A vasvári káptalan bizonyítja, hogy Sitkei Lőkös bizonyos bírságot Leusták Vas- és Sopron vármegyei főispánnak lefizetett.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo memorie commendamus, quod cum secundum continenciam .. literarum .. Karoli .. regis Hungarie .. in dominica Circumdederunt magistro Lewstachyo comiti Ferrei

Castri et Supruniensi pro percussione et vulneracione exactoris iudiciorum suorum ac ablacione eorumdem iudiciorum duodecim marcas promptis cum denariis latis viennensibus Leukus filius Laurencii de Sythke coram nobis solvere debuisset, adveniente ipso termino, idem Leukus persolvit ut debebat, et ab ipso magistro Leustachyo ac iudiciorum suorum exactore ut debuit se expedivit. Datum feria secunda proxima post dominicam Circumdederunt, anno domini M^{mo} CCC^{mo} quadragesimo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban.

4.

1340. Visegrád, febr. 14. Tamás országbíró saját, valamint fiai: Kónya királynői főétekfogó, Mihály pozsonyi prépost, Gáspár és László terhét magára vállalván, Szárazberek nevü Szatmár vármegyei birtokát Csaholyi Jánosnak adományozza.

Thomas woyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod nos .. consideratis .. serviciis .. magistri Johannis filii Petri de Chahal, a primevo tempore sue etatis in diversis expedicionibus domini nostri regis et sui regni ad visum nostrum et aliorum studiose et laudabiliter se multimodis fortune casibus opponendo et alias ac in locis diversis per ipsum nobis impensis et expositis, quandam possessionariam porcionem nostram in possessione Zarazberuk vocata in comitatu Zothmariensi existenti habitam, per .. Karolum regem .. pro fidelibus nostris serviciis nobis condonatam et ab ipso per nos obtentam, que condam erat Ladislai filii Stephani de Syma, qui per magistros Nicolaum dictum de Zothmar et Frychkonem comites camerarum regalium in falsa fabricacione et cusione monetarum dicti domini regis publice reprehensus tamquam falsus cusor et fabricator monetarum regalium regni consvetudine requirente incendio ignis exustus, et ex eo eadem possessionaria porcio ipsius cum alia porcione sua possessionaria in possessione Syma vacata existenti, manibus regiis de iure confiscata fue-

rat, pro qua et pro alia porcione eiusdem Ladislai iam dicta, per Michaelem Jacobum et Johannem fratres uterinos ac dominam relictam et Johannem filium ipsius Ladislai coram comite Paulo iudice curie regie ordine iuris contra nos litem longinquis temporibus habentibus et deductis, per eundem comitem Paulum iudicem curie regie et eius iudicium nullum iudicii preiudicium et gravamen nobis potuit per eos irrogari et inferri, imo penitus et ex omni parte sicut iura requirebant, eadem porcio possessionaria predicti Ladislai in possessione Zarazberuk habita simul cum alia porcione eius in predicta possessione Syma existenti, dominio nostro et nostris manibus adiudicando exstitit perpetuata, ex bona voluntate permissione et consensu Konya magistri dapiferorum domine regine et magistri Michaelis prepositi Posoniensis filiorum nostrorum charissimorum, pro Gaspar vero et Ladislao iunioribus et tenellulis filiis nostris in hac parte omnino nos respondere assummendo, eo iure et iurium integritatibus, videlicet locis sessionalibus . . vel aliis quibuslibet suis utilitatibus quibus a domino nostro rege nobis collata fuerat, per metas et cursus metarum suarum verarum, eidem magistro Johanni filio Petri de Chahal et per eum suis posteritatibus . . donavimus et contulimus iure perpetuo . . possidendam . . Datum in Wyssegrad, in festo beati Valentini martiris, anno domini Millesimo CCC^mo quadragesimo.

A pecsét szederjes színű selyem-zsinóron függ; eredetije az orsz. l. kincst. oszt. N. R. A. 914. 1. dipl. lt. 3292. Közli: Kovács N.

5.

1340. Szeben, febr. 24. A szebeni kerület széke, Halbenkragen és több birtokokban Gegust és fiait, valamint Jakab fiait ezek örökjogánál fogva megerösíti.

Nos universi provinciales sedis Cybiniensis ac universi provinciales aliarum sedium ad eosdem provinciales Cybinenses pertinentes significamus . . quod ad scitum nostrum est quod possessiones infrascripte videlicet Halbenkragen, Nova

villa. Quental *(Nuental)*, Kries. Vilzendorfh, Pezendorf, ad viros nobiles Gegus et filios eiusdem et ad filios Jacobi, magistrum Andream et fratres suos Jacobum Iwanum et Denus racione patrum eorumdem et eciam avi ipsorum videlicet Appe nomine iure hereditario sunt pertinentes; ideoque considerantes equitatem predictorum virorum nobilium prehabitas possessiones duximus restituendas . . secundum quod sunt in suis metis limitibus . . circumferencialiter limitate et distincte, et tenere sub eodem iure quemadmodum ipsorum patres et premissus avus videlicet Appa tenuerunt; hoc eciam adiecimus, quod nullus ex nobis in dictis possessionibus debet quidquam operari contra prefatorum nobilium voluntatem. Ut autem hec resignacio de maturo consilio ac deliberacione habita resignacionisque protestacio presens robur obtineat perpetue valiturum, presentes literas fieri et nostri sigilli munimine iussimus roborari. Datum in Cybinio, in vigilia Mathie apostoli, anno domini M° C°C°C° quadragesimo.

Az elveszett pecsét zöld selyem-sodraton függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. lt. 3293. Közli: Kovács N.

6.

1340. febr. 25. A garam-szent-benedeki convent előtt István lekéri apát évenkint járandó három markaért egy kis-csanaki szántóföldjét és rétjét Vilmos szent-mártoni apátnak bérbe adja.

Nos conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron memorie commendamus, quod . . fratre Stephano abbate monasterii Seraphini de Leker vocati in honorem sancti Salvatoris personaliter ab una, parte vero ex altera fratre Hildebrando cantore cenobii sancti Martini de sacro monte Pannonie pro . . Wilhelmo abbate et conventu loci eiusdem . . nostri in presencia constitutis, prefatus . . Stephanus abbas confessus extitit . . quod quia quedam terra et pratum cum omnibus utilitatibus . . Wilhelmo abbati et suo conventui prenotatis, quibus et eorum iobagionibus de villa Chanak eadem terra t pratum propinqua et viciniora consisterent ad utendum,

quique ipsa multis retroactis temporibus citra conservassent, et adhuc et nunc et deinceps conservanda commisisset . . coram nobis eo modo, quod pro usu et conservacione eorumdem terre et prati pertinenciarumque suarum, iidem . . abbas et conventus sancti Martini et eorum successores eidem abbati de Leker et per eum suis successoribus et ecclesie, singulis annis in festo beati Georgii martiris singulas tres pensas denariorum monete pro tempore currentis coram nobis administrare seu solvi facere teneantur, sub pena dupli si qui solvere non curarent, prout eosdem . . abbatem suumque conventum predictus procurator eorum auctoritate procuratoria obligavit. Datum in festo beati Mathie apostoli, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a pannonhalmi főapátság ltban. Capsa 58. lit. CCC. Közli: Sztachovics Remig.

7.

1340. mart. 13. Vasvármegye szolgabírái Byri Lőrincz fiának ügyét Byri Beke és Pál ellen, azon közgyülésre, melyet István főispán fog tartani, elhalasztják.

Nos quatuor iudices nobilium de comitatu Castriferrei damus pro memoria, quod causam quam Herke filius Laurencii de Byr feria secunda proxima post dominicam Reminiscere coram nobis contra Bekem et Paulum filios Nicolai de eadem Byr secundum continenciam priorum literarum nostrarum movere habebat, ipsam causam ad congregacionem magistri Stephani comitis Castriferrei domini nostri, quam primo in Ferreum Castrum cum nobilibus provincie celebrare intendit, duximus prorogandam. Datum in termino prenotato, anno domini M° CCC° quadragesimo.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Bekássy cs. ltban.

8.

1340. mart. 16. András váradi püspök ítéletet mond Balázs polgár részére, kit Várad város bírája egy belső telek és szőllő végett beperelt.

Andreas . . Waradiensis episcopus . . declaramus, quod cum anno domini M° CCC° XXXX° mensis Marcii die XVI. Gregorius pelliparius, Petermanus filius Konch, Dominicus iudex ac Kosa filius Martini, Blasium civem Waradiensem hospitem domini nostri regis super medietate fundi inter fundos Thome Corrigyan et Nicolai filii Sedlini existentis et per dominam Elizabeth consortem suam sibi in testamento legate et relicte, ac quadam vinea Moch vocata in territorio Waradiensi in vicinitate vinee Ladislai dicti Johews constituta et per eandem dominam in predicto suo testamento ecclesie sancte Anne et altari beate Elizabet in hospitali pauperum ecclesie Sancti Spiritus constructo legata, ac predicto Blasio usque vitam suam ad possidendum commissa, prout hec plene in testamento domine predicte continentur, ordine iudiciario in nostram traxissent presenciam, et nos eandem causam discretis viris magistris Johanni nobili archidiacono Albensi et Ladislao lectori Budensi vicario nostro fratribus nostris de capitulo commisissemus discuciendam et fine debito terminandam, tandem cum propter quedam dubia dicta causa ad nostram presenciam reducta exstitisset, nos unacum eisdem probis viris nobiscum in iudicio consedentibus, partibusque in nostri presencia personaliter constitutis et eorum dictis diligenter examinatis, presertim ex confessione dictorum actorum coram nobis in iudicio facta certo cercius comperimus, quod idem fundus et vinea iam dicta ad ipsam dominam non aliquo alio iure hereditario, sed testamentario et municipali a priori marito suo videlicet Johanne dicto Olaaz exstiterant devoluti, attendentesque ex premissis, quod eadem domina predictorum fundi et vinee in testamento legandi relinquendi et quomodolibet alienandi liberam habebat facultatem, nec aliquo iure ad actores iam dictos pertinebant, ipsam medietatem fundi ex iudiciaria nostra auctoritate, prelibato Blasio et suis here-

dibus, ac vineam iam dictam ecclesie sancte Anne et altari sancte Elisabeth iam dictis, sub condicione superius annotata, videlicet ipsi Blasio usque vitam suam, et ecclesie ac altari predictis perpetuo plene et integre adiudicavimus possidendos .. prout per sepefatam dominam legati exstiterant et relicti; perpetuum silencium eisdem Gregorio pellipario, Petermano filio Konch, Dominico iudici et Kosa filio Martini ac eorum heredibus imponendo. Anno mense et die prenotatis.

A pecsét zöld veres selyem zsinóron függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 61. 8. dipl. lt. 3297. Közli: Kovács N.

9.

1340. Visegrád, mart. 16. I. Károly kir. Tolcsvai Langeus János fának Lászlónak arany- és ezüstbánya nyithatásra engedélyt ad.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod nos sperantes quin pocius considerantes de industriosa fidelitate et procuracione Ladislai filii Johannis filii Langeus de Tholchwa fidelis nostri posse lucrum et augmentum reditus nostri provenire, suisque fidelibus obsequiis nostre maiestati a puericie sue tempore summa cum diligencia exhibitis et impensis recordatis, universas et quaslibet procuraciones et invenciones auri et argenti fodinarum seu eciam aliarum quarumlibet mineraum et metallorum in territoriis montibus et convallibus ad predictam possessionem Tholchwa in comitatu Zemlyniensi existentem et ad eandem pertinentibus et spectantibus, seu eciam alias ubicunque in eiusdem hereditatibus et proprietatibus, ac intra metas earumdem repertarum et reperiendarum, eidem Ladislao filio Johannis concessimus et donantes annuimus pro se acquirendi et acquisita tenendi ex plenitudine regie potestatis facultatem, constituentes ipsum Ladislaum filium Johannis ac per eum heredes eiusdem in verum dominum et rectorem ipsarum montanarum, ut eorum iuri et proprietati convenit serie presencium mediante; ita quod post invencionem et apercionem earumdem fodinarum et congregacione civitatis eciam comes dictus seu rector ipsarum mon-

tanarum idem Ladislaus existat heredum per heredes; insuper eciam annuimus, quod et urburas nostras regales de eisdem montanis provenientes idem Ladislaus nobis teneatur, ut assumsit sincere fideliter amministrare. Datum in Wyssegrad, feria quinta proxima ante dominicam Oculi, anno domini M° CCC° quadragesimo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét csekély töredékeivel; a pecsét helyén »Relacio Nicolai filii Peteuch« olvasható. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 831. 15. dipl. lt. 3296. Közli: Kovács N.

10.

1340. Visegrád, mart. 19. Pál országbíró az esztergomi káptalant kiküldi, hogy Mocsi Apród István fia András jószágát, a ki hamis okirat készítése miatt fej- és jószágvesztésre ítéltetett, harmad részben bírság fejében, egy harmad részben pedig Tamás Liptó megye főispánja és csókakői várnagy részére foglalja le.

.. capitulo Strigoniensi comes Paulus iudex curie .. presencium serie declaramus, quod magister Thomas filius Petri comes de Lyptou et castellanus de Chokakyw .. in octavis diei Cinerum ad nostram accedendo presenciam, contra Andream filium Stephani dicti Approd de Moch .. proposuit eo modo, quod quedam possessio sua Sitteu vocata circa fluvium Danobii ex opposito possessionis prefati Andree filii Stephani Moch vocate ex alia parte eiusdem Danobii existentis adiaceret et ipsas duas possessiones ipse fluvius Danobii distingeret et inter ipsas possessiones in dicto fluvio Danobii piscacio vulgariter tanyna dicta et insula adiacerent, ad quas piscacionem et insulam idem Andreas filius Stephani ipsum non permitteret sed solus easdem uteretur; et quia ubicunque talis fluvius duas possessiones ex opposito adiacentes sequestraret, ibi recta dimidietas et alia dimidietas alteri possessioni deservire consvevisset, ideo quo titulo ipse Andreas ipsas piscacionem tanyna dictam et insulam inter ipsas possessiones ut premittitur in fluvio Danobii

uteretur, se postulabat informari per eundem; quibus perceptis Paulus literatus de Taryan pro eodem Andrea filio Stephani . . consurgens, ipsam possessionem Moch cum predictis piscacione tanyna dicta et insula, eidem Andree filio Stephani efficacium instrumentorum titulis pertinere allegans, quoddam privilegium domine Elizabeth quondam regine . . abrasum et ad conservacionem dicte possessionis et suarum metarum nullum vigorem continens exhibuit coram nobis; unde quia ipsum privilegium abrasum existebat et ad conservacionem dicte possessionis . . nullius vigoris esse videbatur, ideo ipsum Andream filium Stephani exhibicione ipsius abrasi privilegii tamquam falsarum literarum delatorem in condemnacione capitis et amissione omnium possessionum suarum, in duabus partibus nobis, in tercia vero parte ipsi magistro Thome devolvendis, decrevimus convictum extitisse. Quare vestram amiciciam petimus, quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio, quo presente magister Jacobus literatus homo domini regis . . ad faciem dictarum possessionum accedat et dimidietatem ipsius fluvii Danubii inter dictas possessiones habiti cum suis usibus ad dictam possessionem magistri Thome Sidtew vocatam, et aliam dimidietatem eiusdem Danobii cum suis usibus ad prefatam aliam possessionem Moch vocatam applicet, et demum ipsam possessionem Moch cum omnibus . . pertinenciis . . regali mensura mensurando . . vel si mensurari non poterit tunc visu considerando, unacum aliis probis viris . . estiment . . et facta estimacione, eandem in duabus partibus applicent nostris manibus iudiciariis, in tercia vero parte statuat prefato magistro Thome possidendam, donec per eos quorum redemcioni magis convenire dinoscitur in sua estimacione redimatur; nihilominus idem homo regius sub testimonio vestro ibidem universis proximis cognatis propinquis generacionibus fratribus vicinis et commetaneis dicti Andree filii Stephani publice faciat promulgari, ut quicunque ex ipsis dictam possessionem Moch quorum redemcioni magis convenire dinoscitur redimere voluerint, extunc in termino per ipsum hominem regium eis tunc deputato, ad redemcionem eiusdem compareant in presencia regie maiestatis, eandem in sua estimacione redemturi; alioquin eandem in duabus partibus applicabimus nostris manibus iudiciariis,

in tercia vero parte perpetuabimus magistro Thome prenotato.. Datum in Visegrad, duodecimo die termini prenotati, anno domin M° CCC° quadragesimo.

Miklós prépost és az esztergomi kápt. 1340-ben »sabbatho proximo ante quindenas festi Pentecostes« kelt jelentéséből, melynek eredetije a N. Muzeumban a gr. Forgács cs. lban őriztetik. A jelentés szerint a beiktatás megtörtént, a mint az az országbíró által meghagyatott; a szomszédok megkérdeztetvén, oda nyilatkoztak, hogy ők a lefoglalt birtokot kiváltani nem akarják, s a beiktatásnak sem mondtak ellent. azonban a kiváltást csak Tamás várnagynak engedik meg.

11.

1340. mart. 19. A nyitrai káptalan bizonyítja, hogy Bazíni Sebes a káptalan előtt előterjesztette, hogy a bazíni vámszedés és az abban elkövetett hatalmaskodás dolgában teljesített vizsgálatról a pozsonyi káptalan bizonyságlevele kiadását megtagadta.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis damus pro memoria, quod magister Michael notarius magistri Sebus filii Abrae de Bozyn ad nostram . . accedens presenciam, in persona eiusdem Sebus per modum protestacionis nobis significare curavit, quod cum dictus magister Sebus literas inquisitorias domini nostri regis capitulo ecclesie Posoniensis exhibuisset, super eo utrum idem magister Sebus in loco sui tributi in Bozyn inconsvetum et iniustum tributum exigi non fecerit a viatoribus seu mercatoribus, et utrum comes Konus rector novi montis de Nir-Pathaka quendam tributarium suum nomine Valentinum duobus vulneribus letaliter fecerit vulneratum, licet idem capitulum magistrum Michaelem concanonicum suum cum Nicolao dicto Zaaz homine regio ad faciendum ipsam inquisicionem destinasset, et idem homo regius coram testimonio eiusdem capituli eundem magistrum Sebus iustum tributum exigi fecisse et predictum Valentinum famulum suum per eundem Konus ipsis vulneribus vulneratum fuisse. a quibus decuit veridica facta inquisicione reperisset, tamen propter quandam discordiam litigiosam inter dictum capitulum et prefatum magistrum Sebus exortam et habitam, idem capitulum literas suas super

ipsa inquisicione eidem magistro Sebus dare recusasset. Datum in dominica Oculi, anno domini M^mo CCC^mo quadragesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 23. 2. dipl. lt. 3298. Ugyanott megvan az esztergomi káptalannak mart. 23-án kiadott hasonló tartalmú bizonyságlevele is. Dipl. lt. 3299. Közli: Kovács N.

12.

1340. mart. 29. A jászai convent előtt Bárczai Dancs esküt tesz, hogy Koksói Miklósnak Péter nevü jobbágyát, midőn ez Kassáról haza ment, nem ölte meg.

Nos Paulus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazow damus pro memoria, quod cum secundum continenciam literarum magistri Iseyp viceiudicis.. Vyllermi Druget palatini memorialium, Donch filius Inok de Barcha tredecimo se nobilibus sibi similibus in octava diei medii Quadragesime, contra dominam relictam Petri filii Bagdan iobagionis Nicolai filii Alexandri de Koxo coram nobis sacramentali deposicione se expurgare debuisset, ipsis octavis advenientibus idem Donch contra relictam Petri predicti cum nobilibus.. coram nobis per huius modum prestitit sacramentum, quod Petrum maritum ipsius mulieris de civitate Cassa domum venientem dominica die proxima ante festum Nativitatis domini anno in presenti in via publica latrocinaliter insidiando non interfecisset, nec unam equam zug coloris ab eodem recepisset.. cuius deposicionem iuramenti Nicolaus filius Alexandri de Koxo procurator eiusdem relicte Petri, Georgius filius eiusdem Petri interemti, Adam frater sepedicti Petri et Andreas filius sororis eciam eiusdem Petri personaliter comparendo audiverunt et prefatum Donch expeditum reddiderunt. Datum in predictis octavis, anno domini M° CCC^mo quadragesimo.

Hártyán, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Máriássy cs. letéteményében.

13.

1340. apr. 1. A vasvári káptalan előtt Aghunai Lőrincz fiai rokonaik, a Nádasd nemzetségből való Vynchlou fiának Györgyne megöletéseért ennek unokatestvérét Jánost kielégítik.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli d Castroferreo, significamus . . quod cum secundum continen ciam priorum literarum nostrarum Johannes et Petrus fili Laurencii, Petrus filius Nicolai filii eiusdem Laurencii, et Jo hannes filius Jacobi filii predicti Laurencii domini de Aghun quinquaginta marcas . . pro morte Georgii filii Vynchlon d genere Nadasd, Johanni filio Ladizlai proximo et fratri patru eli eiusdem Georgii nobili de eodem genere Nadasd in duobu terminis infrascriptis coram nobis solvere debuissent, vigint quinque marcas in octavis festi Omnium Sanctorum, vigint quinque marcas vero in octavis medii Quadragesime; adven entibus itaque primo et secundo terminis, iidem domini d Aghuna prescriptas quinquaginta marcas, medietatem in te mino primo, alteram medietatem in termino secundo, ad ipsc rum emendam satisfaccionem et expedicionem de morte pr dicta, prescripto Johanni filio Ladislai in ambobus termini coram nobis personaliter astanti persolverunt . . idemque Jo hannes filius Ladislai prenominatos dominos de Aghuna . super eiusdem Georgii morte reddidit esse expeditos . . assum mendo ipsos racione eiusdem mortis predicti Georgii ab omn bus molestare volentibus expedire, qui si eos expedire nolle vel non posset, contra eosdem dominos de Aghuna in quinqua ginta marcis ante litis ingressum deponendis idem Johanne filius Ladizlai remanebit; ad quod ultima solucione facta pe sonaliter comparendo, ipse Johannes filius Ladislai se oblig vit . . datum sabbato die proximo ante dominicam Judica, ann domini M° CCC^mo^ quadragesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. R. A. 1508. 29. dipl. lt. 3304.

14.

1340. Visegrád, apr. 19. I. Károly király utasítja a zágrábi püspököt, a tótországi bánt, Doym és Bertalan főispánokat s a többi bánságbeli tisztviselőket, hogy a hatóságaik alatti területeken Stradba Jánost és társait, Zágráb városi árulókat meg ne szenvedjék, hanem üzzék ki.

Karolus .. rex .. Ladislao .. episcopo Zagrabiensi et capitulo ecclesie eiusdem, item Mykch bano tocius Sclavonie eiusque vices gerentibus, ac Doym et Bartholomeo comitibus ipsorumque officialibus, necnon comitibus castellanis nobilibus atque civitatibus et liberis villis nostris videlicet regalibus et reginalibus, ipsarumque rectoribus et generaliter quibusvis aliis hominibus cuiuscunque preeminencie vel status existant, tam in tenutis banatus quam alias ubivis intra terminos regni nostri constitutis .. salutem .. ad aures nostre maiestatis pervenit, quod Johannes dictus Stradba et Thomas gladiarius frater suus, Johannes filius Farkasii, Martinus propinquus suus filius Nicolai dicti Poponych, Ilya Stephanus institor, Termech, Recolyn, Jacobus dictus Syrocha, Andreas carnifex, Iwanus carpentarius gener Ladese, Mathe filius Iglan et Mina notorii infideles nostri olim proditores dicte civitatis nostre Gracensis (Igy) ex quibus aliqui tempore quo ipsam prodicionem detestabilem facere conabantur, in eadem nostra civitate deprehensi sentenciam capitalem prout demeruerunt reportarunt, tempore indicatus Nicoleti ab ipsa exclusi sentencialiter bandizati ac proscripti nunc in medio vestri vestrisque in tenutis laterent habitantes, quos omnino volumus de vestra societate et communione fore repellendos; quare fidelitati vestre vestrorumque cuilibet in solidum regio firmo sub precepto scribentes damus in mandatis, quatenus eosdem infideles nostros deinceps uberius penes vos in medioque vestri non presummatis conservare, ipsos penitus de vestra societate ac de tenutis vestris abicientes; secus si regie nostre maiestatis indignacionem gravem vos incurrere pertimescitis, facere non audentes; et hec volumus ubique in locis publicis palam proclamari, nec per quempiam vestrorum huiusmodi proclamacioni in foris vestris presummatis prohi-

bere. Datum in Wyssegrad, feria quarta proxima post festum Pasce domini, anno eiusdem M^mo CCC^mo quadragesimo.

Miklós tót- és horvátországi bánnak 1353-ban kelt átiratából, melynek eredetije a bődi Balogh cs. ltárában őriztetik.

15.

1340. apr. 22. A vasvári káptalan Vas vármegye alispánja megkeresésére Makvai Pető fia Péter és Beke fia István Mihályfölde és Ivanócz nevü birtokaiban határt járatván, őket a birtokba iktatja.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo notum facimus .. quod literas nobilis viri magistri Andree vicecomitis magistri Stephani comitis Ferrei Castri et quatuor iudicum nobilium eiusdem comitatus reverenter recepimus hunc tenorem continentes .. capitulo ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo magister Andreas vicecomes magistri Stephani comitis Ferrei Castri et quatuor iudices nobilium eiusdem comitatus .. dicunt nobis magister Peteu filius Petri et Stephanus filius Beke de Makua, quod possessiones eorum Mahalfelde (így) et Iwahnolch vocate in comitatu Castriferrei existentes metarum ereccionibus .. plurimum indigerent; super quo vestras discreciones diligenter postulamus .. quatenus cum Nicolao filio Emerici de terra Corrardi vel Nicolao filio Marcelli de Saar altero absente homine nostro vestrum transmittatis testimonium .. qui accedant ad easdem possessiones .. per veteres metas suas .. ipsas reambulent, reambulatasque .. statuant eisdem Peteu et Stephano perpetuo possidere .. si non fuerit contradictum .. contradictores vero si qui fuerint contra eosdem Peteu et Stephanum ad nostram citent presenciam .. Datum feria secunda proxima post dominicam Judica, anno domini M° CCC^mo quadragesimo. Verum cum iustis .. peticionibus eiusdem magistri Andree vicecomitis magistri Stephani comitis Ferrei Castri et quatuor iudicum nobilium eiusdem comitatus aquiescere debeamus, cum prescripto Nicolao filio Emerici homine eorum hominem nostrum Nicolaum sacerdotem ecclesie nostre canonicum pro testimonio transmisimus ..

qui ad nos reversi .. retulerunt, quod feria tercia proxima post dominicam Ramispalmarum accessissent ad prescriptas possessiones Myhalfelde et Iwachnolch vocatas, vicinis et commetaneis earumdem legitime convocatis et eis presentibus, easdem reambulassent per veteres metas suas et antiquas, eciam novas iuxta veteres erigendo, reambulatasque cum earum .. pertinenciis .. statuissent prescriptis magistris Petcu filio Petri et Stephano filio Beke perpetuo possidere nullo penitus contradictore existente; quarum quidem possessionum metas .. hoc ordine distinctas retulerunt: quod prima meta incipit in una valle que ad occidentem separat terre Kyskolch, ad orientem terre Myhalfelde, supra quam vallem versus orientem est una meta terrea de novo erecta, et iungitur terre Nyhynolch, que est a parte meridionali, iuxta quam progreditur versus orientalem, pervenit ad unam metam terream novam que ad aquilonem separat terre Myhalfelde, ad meridiem terre Nyhynolch, adhuc tendit versus orientem, pervenit ad unam vallem iuxta quam ab occidente est una meta terrea, directe transit ipsam vallem versus orientem, pervenit ad unam vallem non latam vulgo Horpah dictam, in eadem longe eundo versus orientem .. ascendit, in capite eiusdem vallis est una meta terrea, deinde directe currit versus orientem, pervenit ad unam vallem, ad unam metam relinquit terram Nychynolch, iungitur terre Tysinolch, iuxta quam progreditur versus orientem ad unam metam terream iuxta rivulum positam prope viam et pontem, que meta terrea ad aquilonem terre Myhalfelde, ad meridiem terre Tysinolch separat et distingit, deinde ibidem salit viam, directe tendit ascendendo de valle versus orientem ad montem, pervenit ad tres monticulos qui ad meridiem terre Tysinolch, ad aquilonem terre Myhalfelde separant et distingunt, de quibus directe versus orientem cadit ad unam vallem in qua est una meta terrea antiqua et altera nova, ibi relinquit terram Tysinolch et iungitur terre Abranchukolch que remanet ad meridiem, in ipsa valle versus orientem longe eundo supra finem vallis est una meta terrea nova, de qua ascendit montem ad orientem, pervenit ad unam viam magnam Varasuth dictam, iuxta quam est una meta terrea, ibi relinquit terram Abranchukolch et iungitur terre Habronuk, in qua via longe currit

versus orientem, exit de ipsa via versus aquilonem, cadit ad unam viam antiquam, in qua via antiqua que ad orientem separat terram Habronuk longe currit versus aquilonem, de qua exit ad orientem ad monticulos, ubi est meta terrea posita, deinde currit versus aquilonem, descendit ad unam vallem ad unam metam terream positam iuxta unam semitam vulgo Gyaloguth dictam, in qua semita versus aquilonem currit et pervenit ad unam metam terream, de qua adhuc relinquendo semitam currit ad aquilonem ad unam metam terream, relinquit terram Habronuk, iungitur terre Lak, de qua meta flectitur versus occidentem, pervenit ad unam metam terream, que ad aquilonem terre Lak, ad meridiem terre Myhalfelde separat et distingit, unde adhuc ad occidentem pervenit ad unam metam terream novam, unde tendit versus aquilonem, intrat unam viam qua itur in Lak, et in ipsa via longe it ad aquilonem, de qua exit versus occidentem ad duas metas antiquas, et terciam de novo erectam, que ad aquilonem separant terre Lak, ad meridiem terre Myhalfelde, de quibus descendit in vallem versus occidentalem partem ad unam metam terream, et abhinc ad aquilonem currit ad unam metam terream antiquam nunc innovatam, unde ascendit montem et in latere eiusdem montis est una meta terrea, unde ad aquilonem pervenit ad unum monticulum, adhuc ad aquilonem pervenit ad unam metam terream in latere montis positam, inde eundo transit per unam vallem et pervenit ad unam metam terream novam, de qua similiter ad aquilonem currit ad unam metam terream in qua stat arbor ilicea, unde ascendit montem, pervenit ad unam metam terream iuxta viam magnam erectam Varusuth dictam qua itur in Zombathel, et in ipsa via magna tendit versus occidentem in qua it longe, pervenit ad quatuor metas antiquas et quintam novam, ubi ad aquilonem separat terre superius Lak, ad meridiem terre Myhalfelde, ad occidentem terre Iwahnolch, inde flectitur ad aquilonem, ipsam viam relinquendo vadit ad unam vallem ad unam metam antiquam et alteram novam iuxta parvam vallem positam Hurch dictam, inde transit ipsam vallem et in alia parte ipsius vallis est meta terrea antiqua, unde ascendendo montem ad aquilonem pervenit ad unam metam terream, et iuxta eandem metam cadit in unam viam qua

via vadit ad Sanctum Benedictum, et in ipsa via currendo vadit ad duas metas antiquas, una terrea et altera ilicea cum meta terrea circumfusam, et sicut ipsa via ad Sanctum Benedictum vadit a parte orientis, separat possessionem Felseulak, et a parte occidentis separat possessioni Iwahnolch, ibique terminantur.. Datum sabbato die proximo ante octavas festi Pasce domini anno eiusdem M° CCC^mo quadragesimo; magistro Andrea preposito, Michaele cantore, Gregorio custode, Gregorio decano ecclesie nostre existentibus.

A vasvári káptalannak »magister Thomas filius Laurencii de Nadasd« kérelmére, 1385-ik évi april 8-án kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 540. 17. dipl. lt. 7124. Közli: Kovács N.

16.

1340. máj. 1. A nyitrai káptalan előtt György, Nyitra vármegye alispánja, Lachkfi István főispán nevében a Péter fiaitól bünügyi úton elvett Patha nevü birtok két harmadrészét Pethesi Miklósra ruházza át.

.. quarum (literarum) due in octavis festi beati Georgii martiris anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo edite decantabant, quod Georgius vicecomes Nitriensis pro se ac magistro Stephano filio Lachk domino suo ab una parte, item Nicolaus filius Pethe famulus eiusdem Stephani ex altera, coram .. capitulo Nitriensi personaliter constituti, idem comes Georgius retulisset, quod cum Ladislaus et Thomas filii Petri filii Emerici de Patha, Paulum sponsum comitis Petri filii Stephani de eadem Patha ex facto preconcepto crudeli morte occidissent, et .. citati semel secundo et terciario regni consvetudine requirente, ad ipsorum presenciam venire contumaciter non curassent, propter quod eorum possessionaria porcio in eadem Patha habita in duabus partibus eidem magistro Stephano tamquam comiti, tercia vero pars Sebastiano fratri eiusdem Pauli parti adverse legitime devoluta extitisset, dictus magister Stephanus consideratis fidelibus serviciis ipsius Nicolai filii Pethe famuli sui, easdem duas partes eiusdem possessionarie porcionis predictorum Ladislai et Thome cum omnibus suis

utilitatibus memorato Nicolao . . contulisset . . ubi comes P trus filius Stephani de Patha predicta, cuius redemcioni ip incumbisset . . dicte collacioni . . consensum prebuisse fass extitisset.

Garai Miklós nádor 1411. évi ítéletéből, melyet ez a Márton-t előtt való hétfőn Nyitra és Trencsén vármegyék részéről Zelchen falu megkezdett közgyűlés 28-ik napján hozott és pedig a »Sebastianus fil Martini filii Bodo de Rakalap« által »Mauricius filius Johannis et La slaus filius Stephani filii eiusdem Johannis de Baak« ellen Patha n Nyitra vármegyei birtok miatt indított peres ügyben; Garai Miklós ná ítéletének eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 556. dipl. lt. 3306.

17.

1340. máj. 5. A budai káptalan I. Károly királynak jele hogy a garam-szent-benedeki convent Ság és Olper nevü bi kainak haszonélvezésétől Szunyogi Andrást eltiltatta.

. . Karolo regi . . capitulum ecclesie Budensis . . ves noverit regia celsitudo, quod cum receptis literis vestris pat tibus vestrum mandatum continentibus super eo, ut quociesc que per abbatem et conventum sancti Benedicti de iuxta G ab earum data per anni circulum requisiti foremus, tocies u cum homine vestro ad hoc deputato ad exequendum nego dicte ecclesie vestre (így) sancti Benedicti nostrum mitt deberemus testimonium, inter cetera unacum Nicolao filio M richy homine vestro . . magistrum Jacobum filium Jos socium et concanonicum nostrum ad prohibiciones quasd faciendas misissemus; demum iidem ad nos redeuntes . . retu runt, quod feria quarta proxima post festum Philippi et Jac apostolorum . . accedentes in vicinitatem possessionum Sag Olper vocatarum predicti monasterii, prohibuissent Andre de Zunug *vicecomitem comitatus de Zolnuk* (kitörölve) usu possessionum earumdem nomine monasterii antedi usque metas Wger nuncupatas omnesque pertinentes easdem. Datum die tercia prohibicionis antedicte, anno dom Millesimo CCC^{mo} quadragesimo.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kin oszt. N. R. A. 78. 17. dipl. lt. 3307.

18.

1340. máj. 10. A boszniai káptalan előtt Neunai László özvegye, unokái Garai András fiai, és szolgája Besenyő Imre részére négy Baranya vármegyei faluról szóló adományát megerősíti.

Nos capitulum ecclesie Boznensis . . significamus . . quod nobilis domina Jolenth vocata relicta . . comitis Ladizlai de Newna ab una parte, item Nicolaus et Paulus filii magistri Andree filii quondam Stephani bani de Gara ex altera, tercia vero ex parte comes Emericus dictus Besenew filius scilicet Petri de Zent-Iuan, ad nostram . . accedentes presenciam, eadem Jolenth dixit . . quod ipsa quasdam duas villas suas denuo ordine iudiciario tempore et mediantibus privilegialibus literis magnifici viri comitis Pauli iudicis curie domini regis acquisitas, Dersfalva et Fenekfalva vocatas, in comitatu Barana existentes inter fluvium Drawa et Karasu sitas et limitatas, ad possessionem videlicet Ebres pertinentes, visis quippe et circumspectis fidelibus serviciis et meritoriis prefati comitis Emerici filii Petri quibus a primo evo sue puericie ipsi magistro Andree de Gara genero suo multipliciter studuisset complacere et indefesse, cum effusione scilicet sanguinis sui, et post mortem prefati magistri Andree generi sui predictis Nicolao et Paulo filiis eiusdem tamquam dominis suis naturalibus in ipsorum orphanitate remanentibus et existentibus in diversis ipsorum negociis et serviciis minime sibimet pepercisset, nec fortunis casibus suam personam preponere retraxisset, nec eciam bona sua universa in iuventute sua acquisita pro predictis Nicolao et Paulo filiis memorati magistri Andree domini sui expendere et exponere recusasset, que scilicet bona et res in quantitate ad valorem quinquaginta marcarum ad omne minus expendere ipsum comitem Emericum rescivisset et cognovisset; idcirco ob recompensacionem tantorum serviciorum simul et tantarum expensarum, licet plura mereretur, nolens surda aure ista huiusmodi bona et fidelia servicia prefato magistro Andree genero suo impensa pertransire, nec eciam anima eiusdem magistri Andree generi sui his preterimissis colledatur vel offendatur, quantum ad presens ipsas

duas villas Dersfalva et Fenekfalva vocatas eadem domina Jolenth de bona voluntate et consensu ac permissione Nicolai et Pauli predictorum personaliter astancium cum omnibus utilitatibus et cum fluvio Drawa ad easdem villas pertinente sicut hactenus habite fuissent et possesse, dedisset donasset ac eciam quodammodo insuper titulo vendicionis pro ipsa scilicet quantitate pecunie quinquaginta marcarum vendidisset prefato comiti Emerico et per eum suis heredibus.. perpetuo.. possidendas.. eodem itaque die et in eodem loco prefata domina Jolenth in momento astando, alias duas villas suas simul et semel ac eodem titulo.. acquisitas, Molonzeg et Korpona, alio vero nomine ad presens Vylamteleke nominatam, circa easdem villas Dersfalva et Fenekfalva vocatas immediate adiacentes similiter cum omnibus utilitatibus suis, iam dictis Nicolao et Paulo filiis eiusdem magistri Andree nepotibus suis dixit se dedisse, imo dedit donavit et contulit.. perpetue.. possidendas.. prefatas vero dictas quatuor villas Dersfalva et Fenekfalva, Molonzeg et Korpona, alio vero nomine Vylamteleke vocatas, eadem domina Jolent dixit se tali modo a se invicem separasse, quod dictas duas villas Dersfalva et Fenekfalva vocatas, prefato comiti Emerico et suis heredibus cum directa medietate universorum utilitatum eorumdem, similiter vero alias duas villas Molonzeg et Korpona sive Vylamteleke vocatas, eodem modo cum directa medietate omnium ad se pertinencium in solidum antedictis Nicolao et Paulo nepotibus suis, nondum aliquas metas interponendo sed quamdiu ipsis placuerit a se invicem separari, contulit possidere. Quas quidem quatuor villas Dersfalva, Fenekfalva, Molonzeg, Korpona sive Vylamteleke vocatas a possessione Ebres vocata hec mete sicut inferius exprimuntur separant et distingunt: quod prima meta incipit a fluvio Drawa ex parte orientis et venit ad arborem tul cruce signatam, inde tendit per terras arabiles et venit ad arborem harazthfa cruce signatam, abhinc tendit per silvam versus meridiem eundo per arbores cruce signatas et venit ad magnam viam ubi est arbor harazth cruce signata, inde transit ipsam viam et venit similiter ad arborem harazth cruce signatam, deinde eundo per arbores cruce signatas similiter versus meridiem venit ad unum rivulum Malak-

vocatum, ubi est arbor harazt cruce signata, et ibi iungitur terre seu possessioni Stephani filii Nicolai filii voyvode et transit ipsum Malaka per arbores cruce signatas et venit ad alium rivulum similiter Malaka vocatum et transit et venit ad unam viam, ac pertranseundo ipsam viam similiter versus meridiem, intrat fluvium Karasu, ibique terminatur . . Datum feria quarta proxima post quindenas festi beati Georgii martiris, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1508. 30. dipl. lt. 3308. Közli: Kovács N.*)

---

*) A Garaiak családjáról előttem fekszik a gr. Zay Károly által az Új M. Muz. 1855.évi folyama 351. lapján, és Nagy Iván által Magy. Orsz. Családai IV. köt. 328. lapján közzétett két rendbeli nemzékrend, de egyikben sem találom Garai István bánnak fiát Andrást, sőt oklevelünk szerint ennek Neunai László leányától született fiairól: Miklósról és Pálról sem tétetik azokban említés. Az hogy Garai Pál macsói bánnak István bán fiának András nevű fivére volt, az I. köt. 574. l. és a II. köt. 479. l. közölt oklevelekből is kitűnik; ezek fivére volt még János, kit az ugyanott 450. l. olvasható oklevél Brutus melléknévvel, Pált pedig Kozol melléknévvel említi föl; Nagy Iván családfáján István bán fiáról Jánosról az áll, hogy ez 1402-ben halt meg mint kalocsai érsek; kétlem, hogy a föntidézett adatok szerint ezen, a XIV-ik század elején már teljes korú János a XV-ik század elején még kalocsai érsek lett volna, annyival inkább, mert ezen János érsekről, kit különben Pray is, Spec. Hyer. II. 75. l. szintén a Garai családból valónak mond, Bebek Detre nádornak a Bárczay család ltárában őrzött 1401-ki oklevelében a következő olvasható: »Johannes electus Colochensis et Jordan filius Chunk frater patruelis et domina Margaretha consors magistri Simonis dicti Soos socer eiusdem« (Fasc. XXXVI. Nro. 7.) Ezen János érsek tehát sem a Garaiak, hanem Szepesi Jakab I. Lajos király korabeli országbíró családjából származott. A gr. Zay Károly által az Új M. Muzeum 1855. I. 351. l. közzétett nemzékrendben Garai István bánnak csak két fia, Miklós és Pál neveztetnek meg. Mindezekből látszik, hogy ezen nevezetes család őseit eddig közzétett genealogiai munkáink igen hiányosan említik föl; annak helyén és idején lesz talán alkalmam, hogy az újabban felfedezett oklevelekből a nemzékrend hiányait kiegészíthessem. Szerk.

19.

1340. Visegrád, máj. 15. Pál országbíró ítélete a turóczi conventnek Salya nevü Vág melléki birtokáról.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum frater Paulus prepositus ecclesie de Thuruch ordinis premonstratensium, Petheu de Kolon, pro eo, quia in statucione septuaginta iugerum terre tempore ereccionis metarum possessionis dicte ecclesie sue de Thuruch Salya vocate sibi facienda contradiccionis velamine obviasset, contra se ad regiam presenciam anno dominice incarnacionis Millesimo trecentesimo tricesimo octavo in causam attraxisset, et ipsa causa . . ad octavas festivitatis Omnium Sanctorum anno domini M° CCC^mo XXX^mo nono sub forma faciende concordie iuxta quamplurium literarum nostrarum prorogatoriarum devenisset, tandem in quindenis festi beati Michaelis archangeli ante predictas octavas Omnium Sanctorum partes predicte personaliter ad nostram accedentes presenciam, se . . in talem pacis et concordie unionem devenisse retulerunt . . quod ubi et in qualicunque loco idem prepositus predictum Petheu de Kolon per Johannem filium Chamaz de Perloth vel Andream filium Nicolai aut Petrum filium Chymaz de Sygard vel Nicolaum filium Vepezd aliis absentibus hominem domini regis presente testimonio capituli Posoniensis illic personaliter vocari faciendo, metas predicte possessionis ecclesie sue iuxta tenorem privilegii domini Bele regis illic in specie exhibendi ac secundum conscienciam suam deo debitam iuxta regni consvetudinem prestito iuramento erigere et ostendere presumeret, idem Petheu in nullo appareret contradictor . . prout hoc idem Petheu de Kolon fassus exstitit coram nobis. Tandem predictus frater Paulus prepositus de Thuruch ad nostram accedendo presenciam, nobis literas prefati capituli Posoniensis demonstravit, in quibus vidimus contineri, quod prefatus Petrus filius Chymaz de Sygard homo domini regis, unacum domino Johanne presbitero speciali capellano dicti capituli Posoniensis per idem capitulum in testimonium dato, in octavis festi beati Georgii martiris nunc preteritis super faciem ipsorum

septuaginta iugerum terre, convocatis vicinis et commetaneis universis et presentibus accessisset, licet Petheu de Kolon memoratus nec per se nec per suum procuratorem tunc inibi comparuerit, et ipsa septuaginta iugera terre ad aliam terram possessionis Salya ecclesie de Thuruch per novas metas quasdam, quarum series seu cursus inferius exprimetur, circa veras et veteres ac inter veras et veteres cursive de novo erectas seu positas, ubi scilicet dictus frater Paulus prepositus Thuruchiensis iuxta regni consvetudinem et more iurandi sua deposuisset iuramenta, iuxta eciam continenciam privilegii domini Bele regis inibi tunc exhibiti sequestrando, iure perpetuo possidenda et habenda eisdem preposito et ipsius ecclesie beate virginis de Thuruch statuisset. Cursus quidem metarum memorate particule terre, prout in eisdem literis capituli Posoniensis vidimus contineri, is est: primo incipit a loco Cwrim vocato penes fluvium Wag, ubi fuit una antiqua meta et bona, penes quam est alia noviter erecta, que separant versus occidentem terram ecclesie de Thuruch Salya vocatam, et ad orientem ipsius ville Hethmych, adhuc ulterius procedendo similiter ad occidentem relinquendo vicinitatem terre ville Hethmych, in medio prati est una meta antiqua et circa eandem alia est de novo erecta, que separant versus septemtrionem terram seu possessionem iamdicte ecclesie de Thuruch Salya vocatam a terris aliorum nobilium seu villarum sibi convicinancium, deinde adhuc versus occidentem procedendo et perveniendo ad finem silve nucum, penes quandam aquam propter maiorem cautelam consencientibus partibus tunc inibi presentibus erexisset iterum unam novam metam, adhuc ulterius similiter versus occidentem procedendo penes quoddam bivium circa aquam Murutua vocatam erexisset iterum alias duas novas metas, quarum superior separaret terram sepefate ecclesie de Thuruch Salya vocatam, et alia videlicet inferior nobilium de Sygard, adhuc ulterius procedendo similiter ad occidentem circa aquam Holthwag dictam in duobus locis ad duas antiquas metas alias novas duas erexisset, que ad partem septemtrionem separarent terram sive possessionem sepedicte ecclesie beate virginis de Thuruch Salya vocatam ab alii terri sibi convicinantibus; et quia ulterius

propter impedimenta aquarum pro tunc ire nequivisset et eciam ad aquam Holthwag incidisset cursus metarum terre ecclesie antedicte, ideo ibi acquievisset. Unde quia series dictarum literarum capituli Posoniensis ipsum fratrem Paulum prepositum in facie dicte litigiose particule terre iuramentum deposuisse, et tam deposito ipso iuramento quam secundum continenciam privilegii domini Bele regis eandem particulam terre septuaginta iugerum per hominem regium sub testimonio dicti capituli Posoniensis eidem preposito et ecclesie sue sub metis prenotatis statutam fore declarabat, ideo eandem particulam terre septuaginta iugerum eidem preposito et ecclesie sue adiudicavimus sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidendam .. Datum in Wyssegrad, vicesimo secundo die festi beati Georgii martiris, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo.

A pecsét töredékei veres selyem-zsinóron függnek; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Jes. Tyrnav. 24. 49. dipl. lt. 3310. Közli: Kovács N.

20.

1340. Visegrád, máj. 15. Pál országbíró Rozgonyi Péternek és Lászlónak Sóvári László és Tiba fia Tamás ellen Visnyó birtok miatt folyamatba tett perében halasztást ad.

Nos comes Paulus iudex curie domini regis damus pro memoria, quod discussionem cause quam inter Petrum filium Ladislai et Ladislaum filium Johannis de Rozgun actores ab una, item Ladislaum filium Johannis de Sowar et Thomam filium Tyba parte ab altera, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum et capituli Agriensis in quindenis beati Georgii martiris, in facto possessionis Wysno vocate facere tenebamur, quia predictus dominus noster rex prefatos Petrum filium Ladislai et Ladislaum filium Johannis de Rozgun in quadam expedicione regni nostri proficua in Ruteniam unacum Wyllermo palatino sicut sibi dictum fuisset profecta fore denotans, per literas suas ipsam causam ad quindenas residencie exercitus sui precipiebat prorogari; ideo ob preceptum eiusdem domini regis ad

quindenas dicti exercitus regii proxime movendi sub statu priori duximus prorogandam; nihilominus predictus Thomas filius Tyba privilegium domini Ladislai regis super quodam concambio ut dictum fuerat confectum, quo mediante quedam possessionaria porcio in possessione Zakul habita in concambium ipsius possessionis Wysno data fuisset, exhibere teneatur coram nobis in termino prenotato. Datum in Wyssegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo quadragesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 419. 3. dipl. lt. 3309. Közli: Kovács N.

21.

1340. máj. 18. A veszprémi káptalan előtt Márk fia Synka, Zimán nevü birtokát Hector fiának Miklósnak zálogba adja.

Nos capitulum ecclesie Wesprimiensis.. significamus. quod Synka filius Mark de Zyman ab una parte, item Nicolaus magnus de eadem Zyman pro magistro Nicolao filio Ectoris ex altera coram nobis constituti, idem Synka quartam partem predicte possessionis sue Zyman vocate a parte meridiei adiacentem, cum duabus sessionibus et omnibus utilitatibus ipsius quarte partis possessionis, predicto magistro Nicolao filio Ectoris pro quatuor marcis latorum denariorum partim in denariis partim in estimacione condigna receptis.. quandocunque poterit redimendam, confessus est pignoris vinculo obligasse; hoc adiecto, quod idem magister Nicolaus predicto Synka proximo suo in omnibus causis et negociis suis motis et movendis opem et operam efficacem pro viribus et pro posse sicut fratri impendere loco et tempore opportunis deberet et teneretur cum rebus et persona. Datum feria quinta proxima ante festum Ascensionis Domini, anno eiusdem M° CCC° quadragesimo.

Hátlapján kerek pecsét maradványaival; eredetije néhai Szalay Ágoston gyűjteményében.

22.

1340. Visegrád, máj. 20. Pál országbíró bizonyítja, hogy Pósa fia Iván, és több szászi nemesek, a felett hogy Lóczi Péter fiának Lászlónak egy szolgáját el nem fogták, és tőle egy oklevelet el nem vettek, az esküt letették.

Nos comes Paulus iudex curie .. memorie commendamus, quod Barrabas de Samuth .. quasdam literas capituli ecclesie Posoniensis .. nobis presentavit, in quarum tenoribus vidimus contineri, quod Iwan filius Pousa, Simon et Nicolaus filii Johannis, Paulus et Pethe filii Michaelis, Nicolaus dictus Wod, Paulus dictus Lopow, Nicolaus dictus Cher et Petrus filius Charna nobiles de Zaz, nonagesimo se videlicet quilibet eorum decimo se nobilibus in octavis beati Georgii martiris in capitulo ecclesie Posoniensis .. secundum formam nostri iudicii contra Ladislaum filium Petri de Louch super eo, quod ipsi feria secunda proxima post festum Pentecostes cuius tunc preteriisset revolucio annualis, Johannem filium Nicolai de Kurthuelus proximum et servientem eiusdem Ladislai de predicta possessione ipsius Ladislai Louch venientem, inter possessiones Zaz et Cheturtuk vocatas ex precogitata dolositatis nequicia insidiando non interfecerint, et unum privilegium super quadam possessione centum marcas valenti confectum ab eodem non abstulerint, imo in omnibus aquisicionibus prefati Ladislai innocentes extiterint, sacramentum prestare debuissent, qui quidem nobiles de Zaz super premissis predicta eorum iuramenta suo modo deposuissent .. unde nos eosdem racione premissorum reddidimus expeditos .. Datum in Visegrad, sabbato proximo ante festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° quadragesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1671. 59. dipl. lt. 3311.

23.

1340. máj. 25. A váradi káptalan előtt András fia Bálint és fiai, Zeben nevü egész birtokukat, valamint orbánostelki és bothkutai birtokrészeiket Bereczk és Lökös fiainak Karol nevü birtokáért elcserélik.

Capitulum ecclesie Waradiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Valentino filio Andree pro se personaliter, necnon Andrea et Thoma filiis suis ab una, nobilibus vero viris magistris Johanne et Nicolao filiis Briccii ac Petro et Benedicto filiis Lewkus fratris ipsorum parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, confessum exstitit . . Valentinum per eundem, quod cum ipse quandam possessionem Zeben vocatam et particulas possessionarias Vrbanusteluk videlicet et Bothkutha ad eandem Zeben pertinentes in comitatu Bihariensi existentes ordine recaptivasset iudiciario, eas ad se asserens titulo hereditario debere pertinere, credensque dictas possessionem Zeben et particulas possessionarias per . . Andream episcopum Waradiensem . . tenuisse et possedisse, ipsum super eisdem ad regie presenciam citasset maiestatis, et quamplures prorogaciones facte fuissent legitime in causa antedicta, prout in literis iudicis curie regie exinde confectis et per ipsum Valentinum nobis exhibitis vidimus contineri; cuius quidem possessionis Zeben dum medietas olim per Petrum filium Urbani et Abraham filium eiusdem Petri Nicolao filio Jakus pro quindecim marcis, quedam vero insula Zylas vocata ad eandem possessionem Zeben pertinens per Andream patrem suum et Abraham antedictum alteri Nicolao filio Buhthe pro duodecim marcis civibus Waradiensibus aliis literis nostris mediantibus pro tempore certo impignorate et pluribus terminis ad hoc eis datis neglecta solucione non redemte, diversis quescionibus et disceptacionibus hinc et inde inter Ladislaum filium predicti Petri easdem possessionem et insulam redimere volentem, et dictos cives racione ipsarum medietatis possessionarie et insule prius ortis et satisdiu ventilatis, prout in literis tam vicecomitis Bihariensis et quatuor iudicum nobilium de eodem quam civitatis nostre Waradiensis per memo-

ratum Valentinum nobis ostensis uberius continebatur, eisdem civibus perpetuari debuissent, prenominatus Ladislaus filius Petri patruelis suus, delatis literis regiis, perpetuacionem earumdem fieri prohibens, prefatas medietatem possessionariam scilicet et insulam secundum quod ius suum exigebat hereditarium, ab eisdem civibus pecuniis ipsorum plene eis solutis et restitutis redemisset seu liberasset, ipsisque liberatis eandem possessionem Zeben totam ac Urbanus et Bothkutha particulas possessionarias cum ipsa insula Zylas in permutacionem cuiusdam possessionis Korwl vocate eisdem magistris Johanni et Nicolao filiis Briccii ac Petro et Benedicto filiis Lewkus contractu permutacionis tradidisset, recognoscens hoc tam in persona propria quam Andree et Thome filiorum suorum predictorum de suo beneplacito et pura voluntate, receptis viginti quinque marcis racionis Budensis ab ipsis plene et integre, prenominatam possessionem Zeben ac easdem particulas possessionarias Urbanus et Bothkutha cum universis utilitatibus et pertinenciis suis .. reliquit eisdem filiis Briccii et filiis Lewkus ac suis heredibus .. possidendas .. renunciando memoratus Valentinus omni accioni sue mote et movende ac iuri quod in eisdem possessionibus habebat, ita quod nil deinceps dominii proprietarii sibi et suis posteris reservavit in eisdem, sed totum dominium ipsarum transtulit in eosdem filios Briccii et filios Lewkus tamquam veros dominos et legitimos possessores; assummens tamen .. sepefatus Valentinus .. prelibatos filios Briccii et filios Lewkus .. ab omnibus .. inquietare attentantibus per omnia expedire .. et ad cautelam insuper idem Valentinus universas literas suas tum causales tum protestacionales racione predictarum possessionum confectas restituit in nostri presencia sepedictis filiis Briccii et filiis Lewkus ea condicione, quod si quas ex ipsis vel alias predictam possessionem Zeben et alias particulas possessionum quoquomodo tangentes dolo concepto in fraudem alterius partis pro se ipso et suis posteris reservaret, quandocunque in lucem producte fuerint, casse habeantur et inanes, et eciam exhibicio earum pena calumnie puniatur eo facto .. Datum in festo Ascensionis Domini, anno eiusdem M° CCC° quadragesimo; domino cardinali Bertrando preposito, discretis viris

Ladislao lectore, Philippo cantore, Petro custode . . existentibus.

Hátlapján: Super permutacione possessionis Zeben cum possessione filiorum Briccii Nogkorul vocata.

Veres-zöld zsinóron függő pecsét töredékeivel, felül chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Poson. 61. 7. dipl. lt. 3313. Ugyanez megvan ugyanott teljesen megegyező hasonló alakban, ép pecséttel, csakhogy a dolog természeténél fogva, a chyrographum ezen alól látható N. R. A. 1713. 69. dipl. lt. 3313. Közli: Kovács N.

24.

1340. máj. 26. A dömölki convent előtt Sebe nemes asszony, Máté csöglei lakos özvegye, tizenkét hold szántóföldet Buda fiainak elzálogosít.

Nos Nicolaus abbas monasterii beate virginis de Demenk et conventus loci eiusdem significamus . . quod nobilis domina Sebe nomine, relicta Matthei filii Dietrici de Chigla, coram nobis . . constituta, confessa est viva voce, quod in possessione sua predicta Chigla vocata, que quidem possessio a predicto Mattheo domino suo remansit, et per factum iudicis necessitate compulsa ut ne in manus iudicis deveniret, duodecim iugera terrarum arabilium Pethe magno, Andree et Paulo filiis Buda de eadem Chigla pro septima dimidia pensa denariorum plenarie receptorum ab eisdem pignori obligasset a data presencium usque sextam revolucionem eiusdem annualem per eosdem possidenda; que si ipsis sex annis completis redimere poterit bene quidem, alioquin deinceps ad numerum trium annorum possidebunt, et post hoc quandocunque poterit liberam habebit redimendi facultatem. Cui quidem impignoracioni Laurencius filius Oliveri de eadem Chigla utrisque partibus assensum prebuit . . hoc expresso, quod nemo aliorum nec predicta domina Sebe aut Margaretha filia eius vel Laurencius filius Oliveri prenotatus redimere possint ab eisdem, et si medio tempore causa divisionis per generacionem nobilium ibidem existencium a predicta domina eandem terram alienari contin-

lus . . rex . . capitulo ecclesie Scepsiensis . . dicit nobis Egidius filius Michaelis, quod Petrus filius Benedicti terras suas intra metas possessionis sue Bertolt vocate in comitatu de Sarus habite potencialiter arari faceret in eius preiudicium et iacturam; super quo fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus cum Emerico filio Danus vel Ladislao filio Laurencii altero absente homine nostro, vestrum hominem idoneum pro testimonio transmittatis, qui sciant et inquirant de premissis omnimodam veritatem; et post hec prout vobis veritas super hoc constiterit nobis rescribatis. Datum in Wysserad, in octavis festi apostolorum Petri et Pauli beatorum, anno domini M°CCC° quadragesimo. Nos itaque preceptis excellencie vestre . . obedientes unacum predicto Ladislao filio Laurencii homine vestro nostrum misimus hominem . . Mathiam presbiterum chori nostri prebendarium ad premissa . . inquirenda, qui demum reversi nobis . . retulerunt, quod in festo sancti Petri ad vincula, ab omnibus quibus decuit et licuit . . inquirendo talem de premissis scivissent veritatem, quod Petrus filius Benedicti antedictus terras supradicti Egidii filii Michaelis intra metas possessionis sue Bertolt memorate in comitatu de Sarus existentis potencialiter arari fecisset. Datum in crastino dicti festi sancti Petri ad vincula, anno domini prenotata.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Tagányi K.

32.

1340. aug. 2. A vasvári káptalan Vas vármegye alispánjának jelenti, hogy Boley fiát Hermáni Bertalan birtokainak elfoglalásától eltiltotta.

. . Andree vicecomiti magistri Stephani comitis Ferrei Castri iudicibusque nobilium eiusdem comitatus, capitulum ecclesie sancti Michaelis de eodem Ferreo Castro . . literas vestras . . recepimus in quibus vidimus contineri, quod Bartholomeus filius Karuli de Herman vobis dixisset . . quod cum magistro Gure filio Boley et aliis fratribus suis uterinis

26.

1340. Avignone, jun. 9. Két nyílvános jegyző és több egyházi személyek előtt Welislaus báthai apát, a garam-szent benedeki apát Sigfrid ellen emelt többrendbeli vádjait visszavonja.

In nomine domini Amen. Sub anno Nativitatis eiusdem M. CCC°. quadragesimo, indiccione octava hora quasi prima, nono die mensis Junii, Auinione, in domo habitacionis venerabilis in Christo patris domini Siffridi abbatis monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron, Strigoniensis diocesis, ordinis eiusdem, sancti pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Benedicti pape XII. anno sexto, in presencia mei notarii et alterius notarii infrascripti et testium subscriptorum, ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum, religiosus vir frater Welislaus de Bohemia abbas monasterii sancti Michaelis de Batha, Quinqueecclesiensis diocesis, dicti ordinis, quandam revocacionem in carta papiracea scriptam per me exhiberi et legi fecit, huiusmodi sub tenore: Coram vobis reverendis viris, dominis Stephano preposito Quinqueecclesiensi et electo Colocensi et Michaele preposito ecclesie Omnium Sanctorum in promontorio Wesprimiensi, et aliis testibus hic astantibus et vobis notariis publicis, ego frater Welislaus de Bohemia abbas monasterii sancti Michaelis de Batha, Quinqueecclesiensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, profiteor et publice recognosco, quod honorabilem virum dominum Siffridum abbatem monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron, Strigoniensis diocesis, ordinis eiusdem sancti, pluries offendi, ex eo, quod eidem occulte et manifeste, false et iniuriose sepius detraxi, dicendo, quod pecunias ordinis regni Vngarie iniuste ac inutiliter expendisset, item quod pecunias aliquas, visitacionis officium exercendo, ab aliquibus personis ordinis extorsisset, item quod non esset procurator ordinis dicti regni, et alia quecunque et sub quacunque forma verborum et ubicunque contra prefatum dominum Siffridum abbatem sum et fui loquutus, revoco et dico me male et inique, false et iniuriose esse et fuisse loquutum et nunquam vera fuisse et esse, promittens et nihilominus iurans ad hec sancta dei evangelia, quod de cetero

nunquam contra sepedictum dominum Siffridum nec occult[illegible] manifeste labia detraccionis velim aperire, nec aliqua [illegible] ipsum procurare, que contra honorem suum sint et per [illegible] sibi posset aliquod preiudicium generari; sic me deus ad[illegible] et sancta dei evangelia per me corporaliter tacta. Qua vid[illegible] revocacione sic perlecta, prefatus frater Welislaus di[illegible] revocacionem ratam habuit et eam denuo unacum iuram[illegible] ut premittitur oretenus repetivit, promittens sub iurament[illegible] ipsum prestito omnia et singula que superius continentur [illegible] liter et inviolabiliter observare. Et quia eciam idem f[illegible] Welislaus quasdam appellaciones contra prefatum domi[illegible] Siffridum abbatem interposuerat, ut dicebat, eisdem app[illegible] cionibus, que tamen ut asseruit ex causis non veris fu[illegible] interiecte, ad requisicionem dicti domini Siffridi renun[illegible] sponte et expresse; de quibus omnibus et singulis idem d[illegible] nus Siffridus abbas cum insercione dicte revocacionis [illegible] consilium sapientis, sicut in meliori forma fieri posset vel [illegible] sevit, peciit a me notario cum subscripcione alterius no[illegible] infrascripti sibi fieri publicum instrumentum, et sigilla [illegible] licet dicti fratris Welislai abbatis ac domini electi Colo[illegible] predicti apponi in testimonium omnium premissorum. Ac[illegible] anno, mense, indiccione, pontificatus, die, hora et loco qu[illegible] supra; presentibus honorabilibus viris dominis Stephan[illegible] Michaele prepositis supradictis ac Nicolao ecclesie sancti [illegible] tini Scepusiensis, [illegible] Satecensis, Nicolao de [illegible] ecclesiarum, [illegible] Strigoniensis, Pragensis et Quin[illegible] ecclesiensis [illegible] Johanne, plebano de Cremnicz [illegible] Strigoniensis [illegible] presbiteris de Quinque[illegible] capell[illegible] domini electi et aliis [illegible] tibus [illegible].

[illegible] Nicolaus natus Arnoldi de [illegible] Wrat[illegible] publicus imperiali [illegible] tarius [illegible] iuramenti prestiti [illegible] sicut [illegible] renunciacioni [illegible] et singulis [illegible] premissis [illegible] infrascript[illegible] presens [illegible] conscripsi et in hanc publicam formam [illegible]

proprio et signo consvetis consignavi, in testimonium premissorum.

Et ego Theodericus quondam Ruperti de Stiburg clericus Olomucensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis unacum notario publico et testibus supradictis interfui, et rogatus hic me subscripsi et signum meum consvetum apposui, in testimonium premissorum.

A pecsétek egyike hártyaszeleten függ, a másik elveszett. A jegyzői szokott sigliák a jegyzői aláírások elé az okmány oldalára rajzolvák; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 68. 146. dipl. lt. 3317. Közli: Kovács N.

27.

1340. jun. 15. Pozsega vármegye alispánja és bírótársa előtt Ilyés fiai Péter és István, Dolánban levő birtokukat testvéreiknek Miklósnak és Tamásnak eladják.

Nos comes Pytunch viceiudex Duymi comitis de Posaga et Iwan comes terrestris memorie commendamus . . quod Petrus et Stephanus filii Elye ab una parte, Nicolaus et Thomas fratres eiusdem filii eiusdem Elye parte ab altera coram nobis constituti, iidem Petrus et Stephanus confessi fuerunt . . quod ipsi quandam particulam terre ipsorum in Dolan adiacentem, de Thoma filio Mark et Emerico filio Laurencii precio paratam, porcionem ipsorum totalem, prefatis Nicolao et Thome pro sex pensis denariorum . . vendidissent in heredum heredes perpetuo possidendam prout ipsi tenuerunt et possederunt; tali modo, quod si aliquis eosdem impeteret . . iidem Petrus et Stephanus expedire tenerentur . . Datum in festo Viti et Modesti martirum, anno domini M° CCC° quadragesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

28.

1340. jun. 21. A garam-Szent-benedeki convent Bars vármegye főispánjának és bírótársainak jelenti, hogy Baracskai Jakabot és Tamást s ezek jobbágyait, Pál fia István baracskai birtokának haszonélvezésétől eltiltatta.

.. magistro Tetheus comiti Borsiensi et iudicibus nobilium eiusdem comitatus, conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Goron.. literas vestras pro Stephano filio Pauli, Petro et Paulo filiis eiusdem prohibitorias recepimus .. et secundum tenorem earumdem cum Stephano filio Bensa homine vestro Salamonem capellanum nostrum ad ipsam prohibicionem faciendam pro testimonio iuxta vestram peticionem duximus transmittendum, qui demum reversi et per nos diligenter requisiti concorditer retulerunt, quod feria secunda proxima post festum Corporis Christi proxime preteritum Jacobum et Thomam de Barakcha, Nicolaum et Stephanum filios Jacobi iobbagiones eorum et omnes alios ad ipsos pertinentes, a cultura particule possessionis Barakcha ad ipsum Stephanum et filios eiusdem pertinentis .. observata regni consvetudine prohibuissent. Datum feria quarta post festum Corporis Christi prenotatum, anno domini M° CCC^mo qudragesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Komáromy András.

29.

1340. jun. 29. A szepesi káptalan előtt János néhai lőcsei bír Kis-Tamási másképen Arnoltfalva nevü egy ekényi birtoka Farkasfalvi Frank fiainak 200 arany forintért eladja.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus .. significamus .. quod Joannes quondam iudex de Lewcha ab una parte vero ab altera magistri Michael et Jacobus filii Frank de Farkasfalua coram nobis personaliter constituti, per eundem

Joannem propositum extitit . . quod ipse terram ad unum aratrum sufficientem regalis mensure, de terra Kystamasi excisam . . similiter Kystamasi alio nomine Arnoltfalua vocatam, sibi per Karolum . . regem . . pro fidelibus serviciis donatam et collatam, annotatis magistris Michaeli et Jacobo pro ducentis florenis auri . . vendidisset . . ipsis et per eos eorum heredibus . . iure perpetuo . . possidendam . . assummens prefatos magistros Michaelem et Jacobum . . racione antedicte terre unius aratri . . ab omnibus impetitoribus suis propriis laboribus expedire . . Datum in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M^mo CCC^mo quadragesimo.

Kívül: Super terra unius aratri in villa Arnoldi; istos agros possident cives de Sperendorff.

A pecséttöredék elhalványult rózsaszínű selyem-sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Jesuit. Leucsov. 7. 78. dipl. lt. 3319. Közli: Kovács N.

30.

1340. aug. 1. Az egri káptalan bizonyságlevele arról, hogy Szentkirályi Majos fia Miklós, és László fiai Pál és János, Szentkirály nevü Gömör vármegyei birtokukat a megjelölt határok szerint két részre felosztották.

Nos capitulum ecclesie Agriensis . . significamus . . quod comes Nicolaus filius Moyus de Scenthkyral ex una, et Paulus filius Ladislai de eadem pro se et pro Johanne fratre suo . . parte ab altera coram nobis personaliter constituti, in eadem possessione ipsorum hereditaria Zenkyral in comitatu Gumuriensi existenti, pari voto et per modum pacificum talem inter se divisionem perpetuo duraturam coram nobis fecisse retulerunt, quod una pars eiusdem possessionis a plaga occidentali adiacens cum omnibus . . pertinenciis suis . . salvo loco sessionali pro sacerdote et rectore ecclesie sancti regis Stephani in eadem fundate de consensu communitatis pro eadem ecclesia commisso et ordinato, et terris arabilibus ad eandem sessionem sacerdotalem pertinentibus, ac eciam aliorum quorumlibet iuribus salvis remanentibus facta ipsa divisione, cum particula terre

Noghrona vocate cessisset eisdem Paulo et Johanni filiis Ladislai et ipsorum heredibus perpetuo possidenda, alia vero pars eiusdem possessionis a plaga orientali existens similiter cum quibuslibet . . pertinenciis suis . . devoluta extitisset in ius et proprietatem preallegati comitis Nicolai filii Moys et suorum heredum similiter perennaliter possidenda . . Item quasdam terras suas campestres, que in terras arabiles et virgulta in se ambire dinosceretur, similiter in duas partes coequales inter se divisissent . . quarum unam partem a plaga septemtrionali dicto comiti Nicolao et suis heredibus, et aliam partem a plaga meridionali annotatis filiis Ladislai et ipsorum posteritatibus inter se perennaliter reliquissent possidendas. Signa autem pro metis posita, quibus porcio ipsorum filiorum Ladislai in dicta possessione Zenthkyral habita tam a porcione ipsius Nicolai, quam a porcione aliorum vicinorum et commetaneorum eorumdem filiorum Ladislai distingitur et separatur, prout eedem partes nobis expresserunt hoc ordine protenduntur: primum enim signum incipit a sanctuario dicte ecclesie et ipsam ecclesiam per medium scindendo exit ante dictum locum sessionalem ipsius sacerdotis, et deinde eundo intrat in quandam viam per quam itur de eadem villa Zenthkyral in villam Abafolua vocatam, et in eadem via currendo iungit metas terre filiorum Rennoldi. ubi exit de eadem via et intrat in aliam viam in qua iuxta metas eorumdem filiorum Rennoldi ad plagam occidentalem currendo intrat in fluvium Sayo, et in eodem fluvio Sayo superius ad plagam septemtrionalem currendo iungit metas terre filiorum Simonis, ubi regirat ad plagam orientalem et currendo venit iterato ad dictum sanctuarium ubi inceperat et ibi terminatur; signa vero, quibus prefata porcio ipsius comitis Nicolai a porcione amborum filiorum Ladislai et eciam ab aliorum vicinorum et commetaneorum porcionibus separantur, eo modo egrediuntur: quod primo egreditur a dicto sanctuario et intrat in fluvium Zenthkyralpataka vocatum, et in eodem fluvio versus plagam orientalem currendo venit usque ad unum locum vulgo Balusreue vocatum, ubi in eodem fluvio reflectitur ad plagam septemtrionalem et per largum spacium in eodem currendo et pluries arbores salicum transeundo exit de eodem fluvio et iungit unam metam

Joannem propositum extitit .. quod ipse terram ad unum aratrum sufficientem regalis mensure, de terra Kystamasi exciam .. similiter Kystamasi alio nomine Arnoltfalua vocatam, sibi per Karolum .. regem .. pro fidelibus serviciis donatam et collatam, annotatis magistris Michaeli et Jacobo pro ducentis florenis auri .. vendidisset .. ipsis et per eos eorum heredibus .. iure perpetuo .. possidendam .. assummens prefatos magistros Michaelem et Jacobum .. racione antedicte terre unius aratri .. ab omnibus impetitoribus suis propriis laboribus expedire .. Datum in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M^mo CCC^mo quadragesimo.

Kivül: Super terra unius aratri in villa Arnoldi; istos agros possident cives de Sperendorff.

A pecséttöredék elhalványult rózsaszínű selyem-sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Jesuit. Leucsov. 7. 78. dipl. lt. 3319. Közli: Kovács N.

30.

1340. aug. 1. Az egri káptalan bizonyságlevele arról, hogy Szentkirályi Majos fia Miklós, és László fiai Pál és János, Szentkirály nevű Gömör vármegyei birtokukat a megjelölt határok szerint két részre felosztották.

Nos capitulum ecclesie Agriensis .. significamus .. quod comes Nicolaus filius Moyus de Scenthkyral ex una, et Paulus filius Ladislai de eadem pro se et pro Johanne fratre suo .. parte ab altera coram nobis personaliter constituti, in eadem possessione ipsorum hereditaria Zenkyral in comitatu Gumuriensi existenti, pari voto et per modum pacificum talem inter se divisionem perpetuo duraturam coram nobis fecisse retulerunt, quod una pars eiusdem possessionis a plaga occidentali adiacens cum omnibus .. pertinenciis suis .. salvo loco sessionali pro sacerdote et rectore ecclesie sancti regis Stephani in eadem fundate de consensu communitatis pro eadem ecclesia commisso et ordinato, et terris arabilibus ad eandem sessionem sacerdotalem pertinentibus, ac eciam aliorum quorumlibet iuribus salvis remanentibus facta ipsa divisione, cum particula terre

Noghrona vocate cessisset eisdem Paulo et Johanni filiis La
slai et ipsorum heredibus perpetuo possidenda, alia vero p
eiusdem possessionis a plaga orientali existens similiter c
quibuslibet . . pertinenciis suis . . devoluta extitisset in ius
proprietatem preallegati comitis Nicolai filii Moys et suor
heredum similiter perennaliter possidenda . . Item quasd
terras suas campestres, que in terras arabiles et virgulta in
ambire dinosceretur, similiter in duas partes coequales in
se divisissent . . quarum unam partem a plaga septemtrion
dicto comiti Nicolao et suis heredibus, et aliam partem a pla
meridionali annotatis filiis Ladislai et ipsorum posteritatib
inter se perennaliter reliquissent possidendas. Signa autem p
metis posita, quibus porcio ipsorum filiorum Ladislai in dic
possessione Zenthkyral habita tam a porcione ipsius Nicol
quam a porcione aliorum vicinorum et commetaneor
eorumdem filiorum Ladislai distingitur et separatur, pro
eedem partes nobis expresserunt hoc ordine protenduntu
primum enim signum incipit a sanctuario dicte ecclesie
ipsam ecclesiam per medium scindendo exit ante dictum locu
sessionalem ipsius sacerdotis, et deinde eundo intrat in qua
dam viam per quam itur de eadem villa Zenthkyral in villa
Abafolua vocatam, et in eadem via currendo iungit metas ter
filiorum Rennoldi, ubi exit de eadem via et intrat in alia
viam in qua iuxta metas eorumdem filiorum Rennoldi ad pl
gam occidentalem currendo intrat in fluvium Sayo, et in eod
fluvio Sayo superius ad plagam septemtrionalem curren
iungit metas terre filiorum Simonis, ubi regirat ad plaga
orientalem et currendo venit iterato ad dictum sanctuariu
ubi inceperat et ibi terminatur; signa vero, quibus prefa
porcio ipsius comitis Nicolai a porcione amborum filior
Ladislai et eciam ab aliorum vicinorum et commetaneor
porcionibus separantur, eo modo egrediuntur: quod primo eg
ditur a dicto sanctuario et intrat in fluvium Zenthkyralpata
vocatum, et in eodem fluvio versus plagam orientalem c
rendo venit usque ad unum locum vulgo Balusreue vocatu
ubi in eodem fluvio reflectitur ad plagam septemtrionalem
per largum spacium in eodem currendo et pluries arbor
salicum transeundo exit de eodem fluvio et iungit unam met

terream iuxta ipsum fluvium a dicta plaga septemtrionali erectam, et abinde reflectitur rursus ad plagam orientalem et ascendit ad quoddam berch super quo inter tres arbores est una meta terrea, a qua reflectitur ad plagam occidentalem et in eadem inter terras arabiles currendo iungit metas terre dictorum filiorum Rennoldi, iuxta quas currendo transit locum sessionalem Geroldi quondam proximi eorum et venit iterato ad dictum sanctuariam et ibi terminantur; ita tamen, quod dicta particula terre Rona vocata sub his signis a terra dicte ecclesie incipiendo currit in quadam via usque ad metas nobilium de Louch, et abinde usque ad metas terre Rechke vocate annectitur seu applicatur ad porcionem filiorum Ladislai prememoratorum modo prenotato; mete autem quibus dicte due partes ipsarum terrarum campestrium ab invicem separantur, prout dicte partes nobis retulerunt, hoc ordine protenduntur: prima meta incipit a plaga occidentali in quodam berch ubi est una meta terrea, versus plagam orientalem currendo annectit unam arborem ilicis meta terrea circumfusam, et abinde in extremitate quorumdam virgultorum currendo venit similiter ad unam metam terream iuxta quandam viam in descensu cuiusdam berch erectam, abindeque versus eandem plagam currendo transit unam vallem Zegrethe vocatam et currendo iungit metas filiorum Nicolai ubi terminantur . . Datum in octavis sancti Jacobi apostoli, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo.

Hátlapján a pecsét csekély töredékével; eredetije két példányban az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 694. 10. dipl. lt. 3321. Közli: Kovács N.

31.

1340. aug. 2. A szepesi káptalan jelentése I. Károly királyhoz, a Benedek fia Péter által Mihály fiának Egyednek Bertóth nevü Sárosvármegyei birtokán elkövetett hatalmaskodás megvizsgálásáról.

Karolo . . regi . . capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . literas excellencie vestre nobis per Emericum filium Danus exhibitas noveritis nos . . recepisse in hec verba: Karo-

quarta súa filiali, quam ipsa domina de universis possessionibus et porcionibus possessionariis sub dominio eorumdem fratrum suorum existentibus requirit et requirere intendit coram nobis. Datum Agrie, quinto die termini prenominati, anno domini M° CCC^mo quadragesimo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 11. 9. dipl. lt. 3323.

34.

1340. Gömör, aug. 14. Gömör vármegye alispánjai és bírótársaik, Szkárosi László t és Andrást Szkárosi Miklós birtokának elfoglalásától tiltatják.

Nos Jacobus et Johannes filii Nicolai filii Bothiz, Vyllermi palatini vicecomites comitatus Gumuriensis ac quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod Nicolaus filius Nicolai nobilis de Scarus . . nostrum hominem petivit ad prohibicionem faciendam, nos vero Jacobum filium Elek nobilem de eodem nostro cum sigillo destinavimus cum eodem; demum idem ad nos rediens nobis recitavit, quod Ladislaum filium Johannis filii Honth ac Adream (így) filium Alexandri de eadem Scarus cum omnibus pertinenciis eorumdem a percepcione iuris seu utilitatis possessionis iam dicti Nicolai preter viam (így) publice prohibuisset ordine iuris observato. Datum in villa Gumur, in vigilia Assumcionis beate virginis, anno domini M° CCC^mo quadragesimo.

Zárlatán pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Hamvay cs. lban.

35.

1340. oct. 3. István pilisi apát és a convent, egy földterületről Bruck mellett a Csallóközben, néhai István apát által 1301-ben Hambato pozsonyi polgár részére kiadott adománylevelet megerösít.

Nos frater Stephanus . . abbas monasterii beate virginis de Pelys totusque conventus ibidem . . significa-

mus .. quod accedentes ad nostram presenciam discreti iuvenes Hamricus et Jacobus nati domini Hambatonis .. quondam civis Posoniensis amici nostri charissimi, exhibuerunt nobis literas privilegiales .. fratris Stephani abbatis de Pelis abavunculi eiusdem fratris Stephani, similiter eiusdem monasterii abbatis, necnon fratris Johannis abbatis eiusdem monasterii, et fratris Haymonis abbatis eiusdem monasterii atque conventus eorumdem cum eorum sigillis pendentibus predecessorum nostrorum karissimorum, petentes a nobis ut ipsas literas predecessorum nostrorum nostris literis privilegialibus confirmare dignaremur; quarum quidem tenor talis est: Nos frater Stephanus .. abbas monasterii beate virginis de Pelys significamus .. quod consideratis fructuosis obsequiis .. per honestum virum comitem Hambatonem civem Posoniensem nobis et nostro conventui fideliter exhibitis, quandam particulam terre inter terras Pruk et Humo existentem, quam terram a violentibus occupatoribus qui indebite ac iniuste ipsam terram longo tempore detinebant occupatam, non per nos tantum sed maxime consilio auxilio et iuvamine predicti domini Hambatonis suffragante rehabuimus, que eciam habitatoribus destituta tunc fuerat vacua et deserta; sed ut per bonitates dicti domini Hambatonis nominata terre particula possit reformari, de consilio et consensu nostri conventus ac de bona voluntate domini regis, locavimus ipsi comiti Hambatoni singulis annis pro singulis duabus marcis denariorum viennensium, quamlibet marcam cum singulis decem pensis computando, in filios filiorum contulimus perpetue possidendam .. in festivitatibus tamen beati Michaelis archangeli omni anno persolvendis .. Datum anno domini M° CCC° primo, in vigilia beati Jacobi apostoli. Nos vero dictorum iuvenum peticiones legitime factas cognoscentes, ipsas de consensu .. fratrum nostri conventus quemadmodum iuste sunt facte, duximus admittendas, considerantes quod monasterium prefatum per ipsos in suis opportunitatibus alleviare posset in futurum, prout per patrem eorum .. Hambatonem in retroactis temporibus fideliter actum extitit .. et quia dignum est et iuri consonum et promotoribus ac servitoribus monasterii beate Marie virginis de Pelys omni remuneracione bona et utili sit feliciter occur-

rendum, nos promocionibus et serviciis iuvenum predictorum paternaliter inclinati, que in recuperacione terre memorate et in aliquo monasterio et conventui nostro per predictum patrem eorum exhibita sunt, literas predecessorum nostrorum ante memoratas ratificamus . . decernentes irritum et inane, si a quo vel a quibus super hoc minus iuste altercantibus quid quam fuerit attentatum, quia tam ipsos iuvenes quam ipsorum heredes . . in ordinacione prehabita paternaliter promittimus conservare . . Datum in anno domini M° CCC° quadragesimo, feria tercia proxima post festum sancti Michaelis archangeli.

Sárga és meggy-szinű zsinóron függő pecséttel; eredetije a gr. Forgács cs. ghimesi ltárában. Közli: Pesty Frigyes.

36.

1340. Vizsoly, oct. 6. Izsép nádori albíró előtt Tusai Inák fia Dancs, bizonyos gabona elvitele dolgában Rádi Fábián panasza következtében a tisztító esküt leteszi.

Nos magister Iseyp viceiudex . . Vyllermi Drugeth palatini . . damus pro memoria, quod Fabyano filio Benedicti homine populari de Raad in octavis festi sancti Michaelis archangeli . . coram nobis . . comparendo, super Danch filium Inak de Tusa fruges suas in eadem Tusa per eundem prohibitas proponendo aquirente, idem Danch . . in eodem loco in ecclesia sancti Andree apostoli, super eo, quod ipse fruges eiusdem Fabiani in predicta possessione sua non prohibuisset nec abstulisset ab eodem, prestitit sacramentum et extitit expeditus. Datum in Vysul, in termino supradicto, anno domini M° CCC° quadragesimo.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Máriássy cs. letéteményében.

37.

1340. Eger, oct. 10. János borsodi főesperes és vicarius előtt Tolcsvai Langeus unokája László, Bezzeghi Ethkes Péternek és gyermekeinek a nagyanyjuk után járó leánynegyedi illetőségüket kifizeti.

Nos magister Johannes archidiaconus Borsodiensis vicariusque .. N(icolai) .. episcopi Agriensis in spiritualibus generalis significamus .. quod Joanne filio Petri dicti Ethkes de Bezzegh pro se et pro nobilibus dominabus consortibus Dominici filii Markus de Hopurth et Johannis filii Petri de Chalanus filiabus videlicet ipsius Petri et sororibus suis, Isatth et Aguch nominatis, cum literis procuratoriis vicecomitum et octo iudicum nobilium de comitatibus Abavyuar et Borsud, quas nos in sede nostra iudiciaria pro legitimis et sufficientibus literis procuratoriis fore reputavimus, ex una, et magistro Ladislao filio Johannis filii Langueus de Tholchva parte ab altera coram nobis person aliter constitutis, per eundem Johannem filium Petri suo et dictarum nobilium dominarum sororum suarum nomine .. propositum exstitit .. quod super omnibus causis et articulis earumdem, quas ipsi racione quarte filialis condam nobilis domine avie ipsorum filie videlicet prenominati Langueus, Zuchya nominate, coram eodem domino nostro episcopo et nobis iudiciario ordine contra ipsum magistrum Ladislaum movissent usquemodo vel movere potuissent in posterum, idem magister Ladislaus facta pecuniaria solucione octo marcarum cum dimidia, ipsis omnimodam congruam et condignam fecisset et impendisset .. satisfaccionem, et dicti Johannes filius Petri pro se et pro iamdictis nobilibus dominabus sororibus suis super preallegata pecuniaria solucione contenti, eundem magistrum Ladislaum et heredes suos super prenominata quarta filiali reddidissent .. expeditos. Insuper obligavit se idem Johannes et .. prelibatas nobiles dominas sorores suas ac ipsorum heredes, prenominatum magistrum Ladislaum et ipsius posteritates ab omnibus racione dicte quarte filialis .. inquietare nitentibus defendere .. Datum

Agrie, quinto die octavarum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC^mo quadragesimo.

Hátlapján pecsét csekély töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 828. 1. dipl. lt. 3329. Közli: Kovács N.

38.

1340. oct. 26. Az egri káptalan előtt Zolachi Tamás comes és több tenki nemesek, Ivánka fiait szomszédokúl fogadják s ha mégis egymást háborgatnák, ezért bírságfizetésre kötelezik magukat.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod comes Stephanus filius Thome de Zolach, Johannes filius Demetrii, Petrus filius Ivanka et Johannes filius Jacobi nobiles de Thenky ex una, et Konya filius alterius Ivanka pro se et pro Ladislao Johanne ac Petro fratribus suis parte ab altera coram nobis personaliter constituti dixerunt, quod quia dicti comes Stephanus (et) nobiles de Thenky, memoratos filios Ivanka in ipsorum vicinum et commetaneum coram nobis spontanee assumsissent .. et quia inter homines invicem sibi vicinantes queque discordia et contencio solet evenire, idcirco ipsi a tali futuro (így) causa se precavere volentes, taliter inter se convenissent .. coram nobis, quod si qua parcium temporis in processu alteram partem pro aliqua re, verbo vel facto, offenderet aut quoquomodo inquietaret, extunc talis pars inquietans, parti offensam pacienti iuxta ordinacionem et arbitrium proborum virorum nobilium comprovincialium suorum extra iudicium satisfaccionem impendere deberet et teneretur; quod si talis pars tunc aliud facere attentaret, extunc contra partem alteram, ordinacionem et arbitrium dictorum proborum virorum nobilium communiter videlicet tunc ad id eligendorum acceptantem, in decem marcis convinceretur eo facto - - Datum in festo sancti Demetrii martiris, anno domini M° CCC^mo quadragesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Tagányi K.

39.

1340. nov. 5-én. A kalocsai káptalan előtt Zylee és Weytheh nevű Duna-melléki birtokok mi módon történt felosztását és határjárását az illető birtokos felek elmondják.

Capitulum ecclesie Colocensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Michael et Clemens filii Benedicti filii Lazari de Belchuke ac Amade filius Pauli de Zylee ab una, parte vero ex altera Ladislaus et Nicolaus filii Sebastiani de Weytheh coram nobis personaliter constituti, per eosdem . . propositum exstitit . . quod quia vere mete et limites in possessiones dictorum filiorum Benedicti Bewlchuke, ac Amade filii Pauli Zylee, et filiorum Sebastiani Weytheh vocatis decisas propter vetustatem nimiam . . bono modo videri et inspici non dinoscebantur, ideo partes prefate per modum pacificum . . dictas possessiones sibi invicem adiacentes, vicinis et commetaneis earumdem inibi legitime convocatis, ipsis presentibus prius reambulando . . nullo contradictore apparente . . taliter ab invicem separassent et distinxissent: videlicet quod prima meta dicte possessionis ipsorum filiorum Sebastiani Weytheh vocate a parte possessionis dictorum filiorum Benedicti Belchuke nuncupate, a parte occidentali super quandam insulam Sumzygethe vocatam a parte inferiori eiusdem insule incipit, que insula ad partem occidentalem separat dictis filiis Benedicti, ad partem vero orientalem distinguit filiis Sebastiani prenotatis, inde transit a medium Danubii ad quendam zaton vulgariter Veythehfuuenye nominatum, que est ipsorum Ladislai et Nicolai prenominatorum, dehinc ad partem orientalem transit ad portum Danubii, abhinc ad eandem plagam pertransit unam viam publicam circa quam duas metas renovassent, quarum una a parte meridionali separat prelibato Amade filio Pauli, a parte autem aquilonari ipsis filiis Sebastiani, et per eandem plagam transeundo pertransit aliam viam penes quam similiter duas metas renovassent, inde transit ad unam vallem que vulgariter Telekalyawelgh dicitur, ubi iterum duas metas renovassent, abhinc ad ipsam orientalem in eadem valle currendo, vadit ad finem dicte ville Zylee, ubi similiter

duas metas renovassent, una videlicet a parte aquilonari distingit ipsis filiis Sebastiani, a parte vero meridionali Amade antedicto, abhinc transit ad unam aliam vallem vulgariter Kurthweleer nominatam, ubi similiter duas metas renovassent, et per eandem vallem transeundo parvum declinatur ad partem meridionalem et transit usque ad finem ipsius vallis, ubi in acie eiusdem vallis similiter duas metas renovassent que modo predicto distingunt, inde transit ad unum monticulum qui vulgariter Hegeshalm dicitur, in cuius pede iterum duas metas renovassent, una que est a parte meridionali separat ipsi Amade, a parte vero aquilonari dictis filiis Sebastiani, et ibi terminantur mete dictarum duarum possessionum Veytheh et Zylee vocatarum . . Datum die dominico proximo ante festum beati Martini confessoris, anno domini M^mo CCC^mo quadragesimo.

A kalocsai káptalannak 1389-ik évi május 28-án »Andreas filius Nicolai de Zyule sua, item Amade fratris sui« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 251. 27. dipl. lt. 3331. Közli: Kovács N.

40.

1340. nov. 10. Az egri káptalan jelentése Drugeth Villermus nádorhoz, hogy Várallyai Pós fia Lökös ellenében Buyai Chepan fiát Jánost bizonyos birtokrészbe beiktatta, és ennek határát is megjáratta.

. . Willermo Drugeth palatino . . capitulum ecclesie Agriensis. Literas magistri Isoph viceiudicis vestri in tenutis Wysul per vos constituti recepimus in hec verba: . . capitulo ecclesie Agriensis magister Iseyp viceiudex . . Wyllermi Drugeth palatini . . noveritis quod cum Johannes filius Chepani de Buya in octavis festi nativitatis beate Marie virginis iuxta continenciam literarum vicecomitis et quatuor iudicum nobilium de Hevesvyuar coram nobis personaliter comparendo, super facto cuiusdam particule terre ad eandem Buya pertinentis et quinque capeciarum siliginis et feneti se(u) graminum prohibitarum per eundem contra Leukus filium Pows de

Varaalya proponere voluisset accionem coram nobis. idem Leukus personaliter exsurgendo dixit. quod terram .. quam idem Johannes suam esse diceret, regni consvetudine requirente veniendo recapiat ab eodem; quocirca vestram petimus amiciciam reverenter per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus filius Jacobi de Bathur vel Ladislaus filius eiusdem aut Farcasius filius Nicolai de Zeek seu Johannes frater eiusdem aliis absentibus homo dicti domini nostri palatini in octava festi Omnium Sanctorum nunc ventura ad faciem eiusdem particule terre litigiose accedendo, eandem per illa signa metarum que idem Joannes sua esse dixerit .. ab eodem Leukus recaptivando statuat eidem Johanni si non fuerit per aliquos alios contradictum, contradictores autem si qui alii apparuerint, ad domini nostri palatini citet presenciam ad terminum competentem .. Datum in Vyssul, in termino supradicto, anno domini M° CCC^mo quadragesimo. Nos igitur .. postulacionibus eiusdem magistri Iseph viceiudicis vestri .. cum prefato Farcasio homine vestro nostrum hominem .. Nicolaum sacerdotem de choro nostro transmisimus ad premissa exsequenda, qui quidem homo vester demum ad nos reversus nobis retulit eo modo, quod ipse unacum dicto testimonio nostro in prefatis octavis Omnium Sanctorum iam preteritis accessissent ad faciem particule terre litigiose prenotate et eandem vicinorum et commetaneorum ipsius universorum legitimis convocacionibus factis et eisdem presentibus, specialiterque presente dicto magistro Leukus filio Pows, per signa metarum infra declarandarum que dictus Johannes sua esse dixisset, reambulando. ab eodem Leukus recaptivassent, recaptivatamque cum in proprietatem annotato Johanni filio Chepani .. statuere voluissent, tandem idem magister Leukus ipsos ab huiuscemodi solucione (igy) prohibuisset, nemine alio contradictore apparente; quem quidem magistrum Leukus ipsi non citavissent pro eo, quia eedem par- sicut dicitur in octavis dictarum octavarum coram vobis -t pretextu presentis negocii comparere; et prefatus homo -militer personaliter coram nobis comparendo, premissa idem homo vester nobis consequenter affirm- dictarum metarum per que ipsi i

nem dicti Johannis preallegatam particulam terre circuissent et circumeundo quo supra recaptivassent, prout iidem vester et noster homines nobis expresserunt, hoc ordine protenduntur: primum enim signum seu meta incipit a plaga meridionali in capite cuiusdam berch, ubi est una meta terrea, a qua in eodem berch versus plagam orientalem currendo iungit similiter unam metam terream in eodem berch existentem, et abinde ad eandem plagam currendo venit similiter ad unam metam terream angularem possessionibus Zeek, Poosvarallya et Buya vocatis distingentem, de qua reflectitur ad plagam septemtrionalem, et de ipso berch descendendo cadit in quoddam fossatum a quo exit et intrat in alveum cuiusdam fluvii de eadem possessione Buya egredientis, ubi reflectitur ad plagam occidentalem in eodem alveo, donec ipsa alveus aparet (így), et postmodum per rectam dimidietatem cuiusdam vallis currendo, iungit quendam locum lutosum, scilicet meta dicte possessionis Varaalya et ibi terminatur. Datum feria sexta proxima post dictas (octavas) Omnium Sanctorum, anno supradicto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 46. dipl. lt. 3325. Közli: Kovács N.

41.

1340. nov. 11. I. Károly király Zólyom-Lipcse város részére szabadalom levelet ad ki s abban a város határát is körülírja.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod nos possessionem nostram Lypche in comitatu Zoliensi constitutam .. stb. l. Fejér Gy. Cod. Dipl. VIII. 4. 443—444. ll. egész e szavakig: volumus habere declaratam hoc modo, ut quelibet singula curia integra debitum integrum persolvens annis singulis tres fertones compoti Budensis in duobus terminis, scilicet fertonem cum dimidio in festo Nativitatis domini, et tantumdem in festo beati Georgii martiris nobis solvere teneantur; terram autem et alias utilitates ipsius civitatis nostre, usibus scilicet hospitum nostrorum de eadem Lypche suo modo congruentes, habere volumus limitatas hoc modo:

quod prima meta incipit in rivulo exteriori in loco qui Scradno dicitur iuxta aquam Goron in via magna, per quam venitur de Byztricia in Lypchem, dehinc ascendit superius versus septemtrionem et vadit ad metas possessionis Scelte, abhinc tendit et attingit metas possessionis Prekud nominate, de qua progreditur et vadit ad metas possessionis Comyce nominate, dehinc eciam currit et progreditur ad terram Mosnyce que usibus eorumdem hospitum de Lypche remanebit deputata, hinc vadit per quasdam arbores ereztyuen nominatas, abinde transeundo ipsam aquam Goron ascendit versus metas aque Libitua, de qua procedit ad quendam locum Kerallese nominatum et ibi est una arbor magna theul dicta pro meta, deinde ad Plonam et de Plona ad locum priorem primo nominatum currit et ibi terminantur; fenilibus eisdem ex utraque parte aque Goron memorate existentibus possidere salva eciam piscacione eiusdem aque mercantur. Datum Lypche antedicta, in festo beati Martini confessoris, anno domini M° CCC° quadragesimo.

I. Lajos király 1347. évi átiratából, mely Zólyom-Lipcse város levéltárában őriztetik. Ezen kiváltságlevelet I. Károly király utódai egész Rudolf királyig, külön privilegialis leveleikkel megerősítették. Közli: Pesty Fr.

42.

1340. nov. 11. A nyitrai káptalan előtt Egerszegi Tamás özvegye és fiai, egerszegi jobbágyaikat Elefánti Miklósnak elzálogosítják.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis significamus . . quod nobilis domina relicta Thome filii Mark de Egerzeeg, Johannes et Petrus filii eiusdem ab una parte, item comes Nicolaus filius Mathie de Elephant ex altera coram nobis personaliter ituti, eadem domina et filii sui prefati retulerunt . . quod eos necessitate, sessiones iobagionum suorum cum obagionibus et utilitatibus universis ad easdem sestinentibus in eadem Egerzeg ex parte montis videntis existentes et adiacentes, eidem comiti

Nicolao in quatuordecim marcis denariorum numeri bud plene ab eodem receptorum . . pignori obligassent . . c nobis, tamdiu utilitates earumdem per eundem comitem laum percipiendas libere, que in numerum mutuate pe minime debebant computari, donec facultas eidem domin ctorumque filiorum suorum pro eisdem quatuordecim m budensibus absque aliquo gravamine suppetat redimend siones prenotatas. Datum in festo beati Martini confes anno domini M° CCC° quadragesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst N. R. A. 1671. 60. dipl. lt. 3333.

43.

1340. Egegh, nov. 18. Péter egeghi lelkész és érseki alvic előtt, Fehér András fia János, Márton fia Mihály özveg a férje birtokából járó hitbért és hozományi követelését k

Nos Petrus sacerdos de Egeg et vicevicarius . . Jacob positi sancti Thome martiris de promontorio Strigoniensi n doctoris decretorum ac vicarii generalis . . Chanadini . . a piscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui . . ficamus . . quod causam, que vertebatur ab una parte relictam Michaelis filii Martini de familia regis, ab alter inter Johannem filium albi Andree de eadem coram super dote et rerum parafernalium domine Sebee r Michaelis supradicti, tandem vero ex nostra permissio parcium voluntate per sententiam virorum nobilium in presencia astando, partes predicte taliter dixerunt se concordasse et ordinasse, quod idem Johannes eidem d relicte supradicte de possessione mariti sui bone me Michaelis antedicti pro dote et rerum parafernalium coram nobis duas marcas et fertonem . . ipsa autem d Sebee super dote et rerum parafernalium Johannem et post ipsum successores misit plenarie expeditos, tempore valeat aliquis molestare . . Datum in E

proximo post festum beati Martini confessoris, anno domini M° CCC^mo quadragesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. lt. 24418. Közli: Kovács N.

44.

1340. nov. 19. A váczi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy a midőn Cselénfi Sándor fiai kérelmére Bebek Domokos fiának és több Csetneki családbelieknek Somkút és Rozsosna nevü birtokokba való beiktatása a határjárással együtt megkísértetett, ez eljárásnak a szomszédok ellent mondtak.

Karulo . . regi . . capitulum ecclesie Wachyensis . acceptis literis . . Pauli iudicis curie . . in hec verba . . capitulo ecclesie Wacyensis comes Paulus iudex curie . . vestre amicicie presencium serie cupimus intimare, quod Jacobus clericus pro magistris Johanne et Jacobo filiis Alexandri filii Celen . . in octavis Nativitatis beate virginis ad nostram accedens presenciam, contra Stephanum Georgium Dominicum et Nicolaum filios Dominici dicti Bubek, Nicolaum dictum Kun et Jacobum filium eiusdem, Nicolaum et Ladislaum filios Ladislai filii Benedicti, Johannem filium Benedicti et Petrum filium eiusdem de Chythnek proposuit eo modo, quod iidem filii Alexandri filii Celen quasdam possessiones Sumkuth et Rosusna vocatas, sub metis et limitacionibus metarum in privilegio domini Bele olim regis Hungarie . . contentarum et in privilegium nostrum sine variacione aliquali transscriptarum, ex parte quarumdam possessionum Nostre Mykocha Thopolcha et Elsua vocatarum, vicinorum et commetaneorum earumdem possessionum legitimis convocacionibus factis, a prima meta usque ad finalem metam reambulando et undique distingendo, a quorumlibet impeticionibus expeditas et liberatas, predictis Stephano Georgio Dominico et Nicolao filiis iam dicti Benedicti, Nicolao Ladislao Petro et Johanni filiis Benedicti filii Detrici calvi, ac ipso Ladislao filio Benedicti volente domino viam universe carnis ingresso, Nicolao et Ladislao filiis suis, ac Jacobo

filio predicti Nicolai dicti Kun, perpetua stabilitate, prout se mediantibus literis nostris privilegialibus ad hoc obligassent, statuere debuissent, et eosdem Stephanum Georgium, Dominicum et Nicolaum filios Dominici, Nicolaum Ladislaum Petrum et Johannem filios Benedicti ac Jacobum filium Nicolai primo ad sextam feriam proximam post diem medii Quadragesime anno domini M° CCC^mo XXX^mo octavo preteritam, et dehinc ad octavas Pasce domini anno immediate sequenti elapsas per homines domini regis, presentibus testimoniis venerabilis capituli Strigoniensis, pro habendis possessionibus supradictis et metarum earumdem reambulacionibus faciendis tramite iuris observato in faciem predictarum possessionum fecissent invitare; in cuius prime vocacionis termino prefati filii Dominici et Nicolaus dictus Kun filius Benedicti ac Jacobus filius eiusdem Nicolai in superficie earumdem possessionum, Ladislao Johanne et Petro filiis Benedicti venire aut aliquem pro se destinare non curantibus comparuissent, sed easdem possessiones prenotato magistro Johanne filio Alexandri perpetua stabilitate iuxta eorum assumcionem statuere volente, dissimulativos querentes colores accipere noluissent, has pretendentes occasionum raciones, quod tum propter absenciam Ladislai Johannis et Petri filii Benedicti, tum eciam propter carenciam hominis domini regis et testimonii dicti capituli Strigoniensis, pro eorum parte adduci debencium, ipsas possessionarias statuciones et metarum reambulaciones nequirent acceptare; in secundarie autem reambulacionis et statucionis termino nemo eorum ad premissa peragenda comparuisset, sed binis hominibus eorum missis, acceptacionem perpetualis statucionis dictarum possessionum cum aliis pretactis suis processibus ad tercium diem dictarum octavarum Pasce domini petivissent prorogari, eo modo referentes, ut in ipso die vel per se vel per ipsorum legitimos procuratores in facie dictarum possessionum comparerent, et si easdem perpetuales statuciones possessionarias aut metarum reambulaciones acceptarent vel ne, racionabilem redderent racionem; ipsoque tercio die adveniente, predicti Ladislaus et Petrus filii Benedicti pro se et fratribus suis ac filiis Dominici et Jacobo filio Nicolai sine procuratoriis literis comparentes, retulissent

eo modo, ut quia predictus Johannes filius Benedicti frater eorum ad quem magis perpetualis acceptacio dictarum possessionum attineret, captivitatis vinculo foret mancipatus, ideo ipsi cum fratribus suis et filiis Dominici ac Jacobo filio Nicolai iam dictam perpetualem statucionem supradictarum possessionum ea vice non acceptarent, et eciam literas procuratorias pro predictis eorum fratribus, filiis Dominici et Jacobo filio Nicolai absentibus non haberent, et huiusmodi cavillatoria dissimulacione in ipsius secundarie vocacionis termino ipsas possessionarias statuciones fecissent pertransiri, intendentes et omni conaminis studio laborantes, eosdem magistros Johannem et Jacobum filios Alexandri ipsorum assumte obligacionis gravamine facere onerari; et ut premisse binarie vocacionis termini pretactis dissimulacionibus existant pertransiti, exhibicione nostrarum et dicti capituli Strigoniensis literarum ad ipsas binas vocaciones confectarum, ibidem in momento idem Jacobus clericus procurator predictorum filiorum Alexandri comprobavit, petendo nos, ut ad predictas possessionarias et metales reambulaciones ac perennales statuciones earumdem, terminum eisdem assignaremus congruentem; quibus auditis Jacobus filius Benedicti, Demetrius ac Michael pro predictis Stephano Georgio Dominico et Nicolao filiis Dominici, Nicolao Ladislao Petro et Johanne filiis Benedicti ac Jacobo filio Nicolai cum procuratoriis literis capitulorum Scepsiensis et Jauriensis ac conventus de Jazow exsurgentes responderunt, quod his binis terminis suprascriptis ex premissarum racionum inhibicionibus ipsas possessionarias et metales reambulaciones ac perennales acceptaciones predicti Stephanus Georgius Dominicus et Nicolaus filii Dominici, Nicolaus Ladislaus Petrus et Johannes filii Benedicti ac Jacobus filius Nicolai domini ipsorum facere usquemodo nequivissent, sed nunc ad ea omnia que iidem filii Alexandri in facto dictarum possessionum per viam predicte concordie facere assumsissent acceptanda, promti essent et parati; quo circa amiciciam vestram requirimus presentibus diligenter, quatenus unacum Nicolao filio Nicolai vel Andrea fratre suo de Honua aut Blasio filio Obulgan pro parte predictorum filiorum Alexandri, item Beke filio Pauli vel Benedicto filio Mathie aut Gaal filio Tyba pro parte pre-

dictorum filiorum Dominici et filiorum Benedicti ac Jacobi filii Nicolai, aliis absentibus hominibus domini regis, duos ex vobis viros idoneos pro testimoniis utique fide dignos transmittatis, in quorum presencia iidem nobiles de Chythnuk pro habendis predictis perennalibus premissarum possessionum statucionibus et metarum reambulacionibus ac distinccionibus, in quindenis festi Omnium Sanctorum nunc venturis, ut predicti procuratores eorum assumserunt, personaliter veniant aut legitimos eorum procuratores cum sufficientibus et legitimis procuratoriis literis pro se transmittant, iidemque magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri easdem possessiones Sumkut et Rosusna vocatas, sub metis et limitacionibus antiquarum metarum in ipso privilegio Bele regis contentarum et in privilegium nostrum sine variacione aliquali transsumtarum, ipsa privilegia ibi exhibendo, ex parte earumdem possessionum Noztre Mikocha Thopulcha et Elsua vocatarum . . a prima meta usque ad finalem metam reambulando et undique a vicinariis possessionibus distingendo, a quorumlibet contradiccionibus et impeticionibus expeditas et liberatas, predictis nobilibus de Chythnuk iuxta eorum propriam obligacionem statuant perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, iidem homines domini regis presentibus vestris testimoniis, ad octavum diem predictarum quindenarum Omnium Sanctorum, racionem contradiccionis ipsorum reddituros, in presenciam citent regie maiestatis; et habita huiusmodi citacione, si aliqua contradiccio ibidem fuerit obviata, iidem filii Alexandri litigionario processu vel aliter quomodocunque poterunt, predictas prohibitas possessiones vel possessionem per quemcunque vel quoscunque eisdem nobilibus de Chythnuk expedire et liberare, prout se ad hoc reperiuntur obligasse et predictus Jacobus clericus procurator eorum assumsit, teneantur. Et quia predicti Stephanus Georgius Dominicus et Nicolaus filii Dominici, Nicolaus Ladislaus Petrus et Johannes filii Benedicti ac Jacobus filius Nicolai predictos duos terminos supradictis dissimulacionum coloribus fecerant pertransiri, licet maiori onere deberent iudiciorum onerari, tamen misericorditer agentes cum eisdem, commissimus, quod iidem filii Dominici et filii Benedicti ac Jacobus filius Nicolai, excepto

ipso Johanne qui captivitatis vinculo exstiterat innodatus, in die reportacionis seriei premissorum ante litis ingressum nobis et parti adverse pro quolibet dictorum duorum terminorum obmissionibus singulas tres marcas solvere teneantur. Et post hec seriem omnium premissorum, cum cursibus metarum vel nominibus citatorum, domino regi ad eundem octavum diem dictarum quindenarum festi Omnium Sanctorum fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, decimo die octavarum Nativitatis virginis gloriose predictarum, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo. Nos itaque . . unacum prefato Nicolao filio Nicolai de Honua pro parte predictorum magistrorum Johannis et Jacobi filiorum Alexandri homine vestro Benedictum sacerdotem chori ecclesie nostre . . item cum Benedicto filio Mathie de Malah pro parte predictorum nobilium de Chythnuk similiter homine vestro . . magistrum Petrum archidiaconum Chengradiensem, homines nostros ad videndas reambulaciones et distinciones metarum possessionum Sumkuth et Rosusna predictarum et statuciones perennales earumdem pro testimoniis fide dignos destinassemus; tandem iidem homines vestre excellencie et nostra testimonia ad nos reversi nobis concorditer eo modo retulerunt, ut predicti magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri filii Celen in quindenis festi Omnium Sanctorum iam preteritis personaliter accessissent ad faciem possessionum Sumkuth et Rosusna vocatarum, et cum ipsi presentibus vicinis et commetaneis eorumdem ex parte possessionum Elsua primo incipiendo et tandem a parte Topolucha Mykocha et Noztre vocatarum iuxta tenorem privilegii Bele quondam regis Hungarie in privilegium iudicis curie vestre sine variacione aliquali transsumtum, per ipsos magistros Johannem et Jacobum filios Alexandri ibi exhibitum, a prima meta usque ad finalem metam reambulando et vicinariis possessionibus distingendo, predictis nobilibus de Chythnuk statuere voluissent, tandem Petrus filius Dese a parte Elsua, Nicolaus filius Desew filii Simonis a parte Topolcha, et a parte possessionum Mykocha et Noztre Gregorius dictus Zekkul filius Fabiani ipsis filiis Alexandri contradiccionis velamine in predicta statucione obviasset, et licet predicti Stephanus Georgius Dominicus et Nicolaus filii Dominici dicti Bubek, Nicolaus Petrus et Johan-

nes filii Benedicti et Jacobus filius predicti Nicolai, ac Nicolaus et Ladislaus filii Ladislai filii Benedicti predicti modo premisso ipsam statucionem per ipsos magistros Johannem et Jacobum filios Alexandri acceptare voluissent ut debebant, tamen predicti magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri per predictas prohibiciones predictorum Petri filii Deseu de Elsua, Nicolai filii Desew filii Simeonis et Gregorii dicti Zekul, predictas statuciones possessionum Sumkuth et Rosusna ad effectum perducere ut debebant, nequivissent; quos quidem Petrum filium Deseu, Nicolaum filium Deseu filii Simonis et Gregorium dictum Zekel, predicti homines vestri presentibus eisdem testimoniis nostris ad octavum diem predictarum quindenarum festi Omnium Sanctorum, racionem contradiccionis ipsorum reddituros, in presenciam citassent vestre maiestatis. Datum in festo beate Elyzabet, anno prenotato.

Zárlatán pecsét töredékeivel: eredetije megvan két példányban az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 735. 34. és 1536. 47. dipl. lt. 3326. Közli: Kovács N.

45.

1340. Visegrád, nov. 19. Pál országbíró Timárdém nevü birtokot, mely a miatt volt vitás, hogy a démi tímárok mint királyi szegődményseek, vagy pedig a Miklós fiai: Márk és Péter tulajdona-e? a teljesített vizsgálat után ez utóbbiaknak ítéli.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudiciarie deliberacionis nostre exprimencium, magister Chenyk de Wgud, Nicolaus filius Ekthoris, Beke de Scenthiwan et Paulus filius Pauli de Zolouk, unacum testimoniis capituli ecclesie Jauriensis ad faciem cuiusdam possessionis Thymardem vocate, inter predictum dominum regem actorem et Mark ac Petrum filios Nicolai de Thymardem in causam attractos litigiose . . die dominico proximo post vicesimum secundum diem festi beatorum Petri et Pauli apostolorum proxime preteritum accedere, et omnia ea

que in eisdem prioribus literis nostris prout inferius declarabitur uberius continebantur, exequi et investigare, seriemque ipsius totalis negocii et processus partes in literis iam dicti capituli Jauriensis ad octavum diem dicti termini nostro iudiciario examini reportare debuissent, tandem ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, quia Paulus dictus de Zala pro ipso domino rege . . ab una, et Synka filius Mark de Zyman pro ipsis Mark et Petro filiis Nicolai . . parte ab altera ad nostram accedentes presenciam, premissam possessionariam execucionem propter absenciam dicti magistri Chenyk fieri tunc nequivisse per literas prelibati capituli Jauriensis declarabant, idemque procurator domini regis adhuc ipsum magistrum Chenyk premisse possessionarie execucioni interesse non valere indicans, loco sui comitem Johannem de Poky consenciente procuratore partis adverse ad execucionem premissorum adducere assummebat, ideo predicto capitulo Jauriensi scripseramus . . ut ipsi homines eorum pro testimoniis . . transmitterent, coram quibus prefati comes Johannes de Poky, Nicolaus filius Ekthoris, Beke de Scenthiwan et Paulus filius Pauli de Zolouk, in octavis festi sancti regis Stephani anno in presenti, ad faciem dicte possessionis litigiose . . partibus vel eorum procuratoribus presentibus legitime accedendo, iuxta earum conscienciam deo et sacre corone regie debitam, super eo, utrum predicta possessio Thymardem vocata aut aliqua particula de eadem condicionariorum regalium vulgariter thymar dictorum exstiterit et ab antiquo fuerit, aut predictis Mark et Petro filiis Nicolai hereditario iure ab olim pertinuerit et pertinere debeat, investigando, falsitate qualibet proculmota, habentes deum pre oculis, scirent et inquirerent omnimodam veritatem; que si predictorum condicionariorum regalium de iure ab antiquo fuisse inveniretur, tunc eandem possessionem iuxta cursus verarum et antiquarum suarum metarum reambularent, et novis metis iuxta veteres ubi oporteret erectis, consideratis suis utilitatibus qualitatibus et quantitatibus ac iuribus universis, iuxta regni consvetudinem cum aliis probis viris estimando, statuerent Nicolao filio Dominici in persona ipsius domini regis, prout eidem domino regi pertinere dinosceretur regie maiestati conservandam;

[illegible] et qualiter predicti Mark et Petrus filii Nicolai aut alii aliqui eandem possessionem aut aliquam particulam de eadem tenuerint et possederint, similiter [illegible] conscienciam palam et occulte inquirendo et investigando, scirent omnimodam veritatem; si vero predicta possessio litigiosa ipsorum filiorum Nicolai hereditaria fuisse reperiretur, tunc ipsam ipsis filiis Nicolai relinquerent pacifice possidere, prout eis iidem Johannes de Pok, Nicolaus filius Ekthoris, Beke de Scenthiwan et Paulus filius Pauli de Zolouk scirent pertinere: seriem vero premissorum cum dicta inquisicione estimacione et statucione ac cursibus metarum, ad octavum diem dictarum octavarum sancti regis Stephani memoratum capitulum Jauriense fideliter rescriberet regie maiestati. Tandem idem capitulum Jauriense regie rescripsit maiestati in hunc modum, quod prenominati Johannes de Pok, Nicolaus filius Hectoris, Beke de Scenthiwan et Paulus filius Pauli homines regii, unacum discretis viris magistris Nicolao archidiacono Supruniensi et Gregorio concanonico, sociis et fide dignis testimoniis ipsorum, in predictis octavis festi sancti regis Stephani proxime preteritis ad faciem dicte possessionis Tymardeem, vicinis et commetaneis eiusdem universis convocatis accessissent, et eosdem vicinos et commetaneos ac alios quamplurimos de provincia nobiles ac communes homines super premissa inquisicione, mediante fide ipsorum deo et sacre corone debita, palam et occulte requisivissent; ipsi vicini et commetanei dicte possessionis Tymardeem ac alii nobiles et communes homines de provincia, fide ipsorum deo et corone sacre debita taliter respondissent, quod dicta possessio Tymardeem a progenitoribus et ab avis predictorum filiorum Nicolai fuisset et ipsis hereditarii iuris titulo pertinuisset ab antiquo, nec aliquam particulam de eadem condicionariis domini regis tymar dictis pertinere vel pertinuisse audivissent, sed semper progenitores dictorum filiorum Nicolai ipsam possessionem Tymardeem possedissent; etlicet sepedictam possessionem Tymardeem secundum formam dicti nostri iudicii ipsis filiis Nicolai pacifice possidendam relinquere debuissent, tamen ipsi absque precepto regio id facere non presumsissent. Et cum discussionem dicte cause ad octavas festivitatis

Omnium Sanctorum prorogassemus, et ipsis octavis occurrentibus predictum dominum nostrum regem seriem premisse totalis inquisicionis sibi seriatim recitando habuissemus de facto eiusdem possessionis litigiose requisitum, idem dominus noster rex nobis facie ad faciem factum dicte possessionis, prout dicti quatuor nobiles homines regii per partes deputati unacum testimoniis dicti capituli Jauriensis fuissent in premissis sciscitati, commisit decidendum. Unde quia prenominati Johannes de Pok, Nicolaus filius Hectoris, Beke de Scenthiwan et Paulus filius Pauli de Zolouk pro hominibus regiis per partes deputati, presentibus testimoniis dicti capituli Jauriensis, a vicinis et commetaneis et ab aliis comprovincialibus nobilibus et communibus hominibus, fide ipsorum deo et sacre corone debita attestantibus, dictam possessionem Tymardeem progenitorum et avorum predictorum filiorum Nicolai fuisse et ipsis hereditarii iuris titulo ab antiquo pertinuisse, nec aliquam particulam de eadem condicionariis domini regis tymar dictis pertinere vel pertinuisse, sed semper progenitores dictorum filiorum Nicolai ipsam possessionem Tymardeem possedisse reperiebantur scivisse manifeste, et eciam predictus dominus noster rex factum eiusdem possessionis iuxta seriem et vigorem dicte inquisicionis nobis commisit decidendum, ipsaque possessio Tymardeem ipsis filiis Nicolai ex vigore premisse inquisicionis hereditario iure pertinere agnoscebatur, ideo eandem possessionem Tymardeem eisdem Mark et Petro filiis Nicolai adiudicavimus sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidendam. Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum festivitatis Omnium Sanctorum predictorum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo.

Az elveszett pecsét veres selyem-zsinóron függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 571. 39. dipl. lt. 3334. Közli: Kovács N.

46.

1340. nov. 20. Gömör vármegye alispánjai és bírótársaik, Benedek fiának Lászlónak Leklenei Miklós fiai ellen, kik Turso János nevü jobbágyukat tartoztak elöállítani, halasztást adnak.

Nos Jacobus et Johannes magistri vice Vyllermi palatini comites et quatuor iudices nobilium de comitatu Gumuriensi damus pro memoria, quod causam quam magister Ladislaus filius Benedicti contra Johannem dictum Turso iobagionem Nicolai et Andree filiorum Nicolai de villa Leklene, quos iidem domini ipsorum statuere tenentur, feria secunda proxima post octavas beati Martini confessoris iuxta continenciam priorum literarum nostrarum movere habebat coram nobis, volentibus partibus ad feriam secundam proximam post diem Epiphanie domini duximus prorogandam, ad peremtoriam responsionem coram nobis faciendam vel pacem referendam. Datum in termino prenotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 62. dipl. lt. 3455.

47.

1340. Visegrád, nov. 26. Pál országbíró előtt Tivadar fia Péter és ennek fiai, s István fia Simon elismerik, hogy Orogvány birtok Celenfi Sándor fia János Panith nevü birtokához tartozik.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum inter magistrum Johannem filium Alexandri filii Celen ab una, et Petrum filium Theodori, Stephanum Paulum Nicolaum et Johannem filios suos, ac Simonem filium Stephani parte ab altera, racione metarum cuiusdam possessionis ipsius magistri Johannis Ponyth vocate in comitatu Gumuriensi existentis, intra cuius metas in privilegio . . Bele olim . . regis . .

super eadem possessione Ponyth confecto contentas idem magister Johannes quandam terram ut dicebatur Vrhuan vocatam adiacere et sibi pertinere, prefati vero Petrus filius Theodori et filii sui, ac Simon filius Stephani eandem terram Vrhuan hereditarii iuris et eciam quibusdam instrumentorum titulis ipsis attinere asseruerant, litigionarie quescionis materia coram nobis diucius ventilata exstitisset, tandem eodem magistro Johanne filio Alexandri personaliter ab una, et prelibatis Petro filio Theodori, Stephano filio suo et Simone filio Stephani pro se personaliter et pro ipsis Paulo Nicolao et Johanne filiis ipsius Petri cum sufficientibus et legitimis procuratoriis literis capituli Agriensis parte ab altera coram nobis constitutis, per eosdem Petrum filium Theodori, Stephanum filium suum et Simonem filium Stephani, habita primo nostra iudiciaria licencia et permissione, propositum exstitit . . quod licet nomen dicte terre Vrhuan vocate in dicto privilegio domini Bele regis super facto dicte possessionis ipsius magistri Johannis filii Alexandri Ponyith vocate confecto et ibidem nobis per eundem magistrum Joannem exhibito, specialiter et nominatim non habeatur, eo quod in antiquis privilegiis solummodo capitales possessiones nominantur, tamen quia ipsi prefatam terram Vrhuan litigiosam intra metas dicte possessionis ipsius magistri Johannis Ponyth vocate in dicto privilegio domini Bele regis repertas adiacere, et eidem magistro Johanni ex vigore dicti privilegii domini Bele regis omni rigorositatis tramite agnovissent pertinere, ideo ipsi eandem terram Vrhuan secundum cursum metarum in dicto privilegio domini Bele regis seriatim contentarum, eidem magistro Johanni filio Alexandri et per eum suis heredibus . . reliquissent . . ac iidem Petrus filius Theodori, Stephanus filius suus et Simon filius Stephani sua personaliter, et dictorum Pauli Nicolai et Johannis filiorum ipsius Petri in personis . . relinquerunt . . coram nobis iure perpetuo . . possidendam . . e converso autem idem magister Johannes filius Alexandri eosdem Petrum filium Theodori et filios suos, ac Simonem filium Stephani, ab omni onere quo ipsi pro indebita detencione eiusdem terre Vrhuan contra ipsum innodati exstiterant . . pecuniaria solucione a nobis expedivit . . Datum in Wyssegrad, duodecimo die quindenarum

festi Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo.

Az elkorhadt pecsét lila-színű selyem zsinóron függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 455. 10. dipl. lt. 3335. Közli: Kovács N.

48.

1340. Visegrád, dec. 11. Pál országbíró László pécsi püspököt a margit-szigeti apáczák ügyvéde részére öt márka fizetésre kötelezi.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod quia in causa que in facto possessionariorum iurium pro trecentis marcis et ad quinquaginta aratra estimatorum inter dominum Ladislaum episcopum Quinqueecclesiensem ab una, et religiosas dominas sanctimoniales de Insula Leporum parte ab altera litigiosorum, secundum continenciam priorum literarum nostrarum et capituli Strigoniensis totum processum ipsius cause exprimencium ad finalem decisionem deducta in octavis festivitatis Omnium Sanctorum finaliter terminari debebat magister Johannes archidiaconus de Ozuag et canonicus dicte ecclesie Quinqueecclesiensis pro eodem domino episcopo . . astando, se ad finalem decisionem ipsius cause intromittere non audere, sed ipsum dominum episcopum personaliter venire velle asserebat, et dictam causam absque efficaci racione prorogare attentabat; ideo fratre Petro legitimo procuratore dictarum dominarum coram nobis astante et ipsius cause finem debitum exspectante, predictam causam ad octavas Strennarum nunc venturas cum gravamine iudicii regalis ante litis ingressum per ipsum dominum episcopum persolvendi, duximus prorogandam eo modo, ut eandem amplius de ipso termino nec literis regalibus nec reginalibus idem dominus episcopus vel pars adversa diucius possit prorogare, sed ipse dominus episcopus vel personaliter venire vel procuratorem suum legitimum et sufficientem transmittere teneatur ad habendam finalem decisionem cause memorate, ut ipso termino dictam causam fine debito terminare valeamus, prout fuerit opportunum. Et quia

idem magister Johannes archidiaconus legitimus procurator ipsius domini episcopi ipsum fratrem Petrum priorem procuratorem dictarum dominarum ab octavo die dictarum octavarum Omnium Sanctorum viginti quatuor diebus continuis finalem decisionem dicte cause exspectari et dissimulari faciendo iuri parere non curavit, ideo volentes de expensa ipsius fratris Petri prioris procuratoris dictarum dominarum his viginti quatuor diebus per dissimulacionem procuratoris ipsius domini episcopi facta, congruam impendere satisfaccionem, cum ipsum fratrem Petrum priorem de eo, ut quantam expensam in exspectacione dicte cause predictis viginti quatuor diebus fecerit, ad suam humanitatem habuissemus requisitum, idem frater Petrus prior se ad suam humanitatem his viginti quatuor diebus quinque marcas compoti Budensis in exspectacione dicte cause dixit expendisse, quamvis se sentiret plus expendisse; unde nos commisimus, ut idem dominus episcopus ipsas quinque marcas compoti Budensis pro expensa ipsius fratris Petri prioris procuratoris dictarum dominarum eidem fratri Petro in eisdem octavis ante litis ingressum solvere teneatur coram nobis. Nihilominus idem dominus episcopus quoddam transscriptum predicti domini nostri regis, et eodem domine quoddam privilegium domini Ladislai olim regis Hungarie sub capite sigilli nostri in trapellum intercludendo, eodem termino exhiberi faciant ad iudicium coram nobis. Datum in Wyssegrad, secunda feria proxima ante festum beate Lucie virginis, anno domini M°CCC^mo quadragesimo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Poson. 43. 5. dipl. lt. 3338. Közli: Kovács N.

49.

1340 körül. Miklós egri püspök inti az ujhelyi Ágoston szerzetebeli remetéket, hogy az odavaló Pál szerzetebeli remeték malmának károsításától óvakodjanak.

Fratribus priori et conventui fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini de Vyhel.. Nicolaus.. episcopus Agriensis.. noveritis, quod.. frater Nicolaus prior fratrum heremitarum beati Pauli primi heremite ordinis predicti de eadem

vicarius provincialis, exhibuit nobis quasdam literas papales commissionis, per quas episcopus Agriensis est iudex ipsorum delegatus; exhibuit eciam alias literas patentes domini Chanadini predecessoris nostri diffinitivam sentenciam super facto molendinorum vestri et eorumdem, super fluvio Ranua constructorum, in quarum eciam fine est conclusum per penam excommunicacionis, si qua parcium a dicta sentencia vel ordinacione recederet temporis in processu. Quibus exhibitis conquestus est dolorose, quod vos predictam sentenciam non curantes, molendinum eorum per vestri molendini exaltacionem vastassetis; quocirca amicicie vestre sane consulimus, quod absque omni strepitu concordetis cum eisdem, ita quod ipsorum molendinum per vestrum non paciatur detrimentum, alioquin nos oporteret necessario contra vos procedere, secundum tenorem literarum predictarum, in quo processu procul dubio vos contingeret aggravari, quod non libenter videremus, cum vestrum ordinem favore speciali prosequamur; quarum quidem literarum, si aliud par non habetis, potestis petere copiam ab eisdem. Datum Agrie, die dominico proximo post festum Simonis et Jude beatorum.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. lt. 3344. Közli: Kovács N.

50.

1341. Visegrád, jan. 3. I. Károly király Drugeth Villermus nádor kérelmére az egri káptalant kiküldi, hogy vizsgálódjék az iránt, vajjon igaz e, hogy Péter fia Beke zakalyai várnagy Bajor nevü birtokához az említett várhoz tartozó földterületből bizonyos részt elfoglalt?

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . magnificus vir Willermus Druget palatinus et iudex comanorum fidelis noster dicit nobis, quod Beke filius Petri de Bayur dictus de Zakalya, tempore quo ipse per dominum Philippum palatinum . . castellanus in Zakalya constitutus exstitisset, in reambulacione et statucione possessionis Bayur prenotate

ad .. supplicacionem eiusdem domini Philippi palatini a nostra maiestate ipsi Beke date .. magnam partem possessionis tunc castri nostri regii ad ipsam possessionem Bayur reambulando applicasset .. metas eciam non in locis antiquarum metarum possessionis Bayur, sed ibi ubi voluisset inter metas possessionum dicti castri Zakalya, que sibi date non fuissent, ipso Philippo palatino inscio erexisset, cum de iure in ereccione metarum contradictor esse debuisset; et quandam possessionem Clengbeerg vocatam, quam dictus Beke ipsum Wyllermum palatinum asserit abstulisse, nec tempore Philippi palatini nec tempore detencionis aut remissionis dicti castri, nec tempore Wyllermi palatini .. possedisset, quia in nullo competeret eidem, et quod proximis his diebus lite pendente inter ipsos, accepto homine nostro et alicuius loci testimonio, metas novas tam a parte possessionis sue Bayur, quam a parte possessionum eiusdem palatini ad castrum suum Zakalya pertinencium contra prohibicionem per homines in sui persona factam reambulando erexisset; insuper memoratam pessessionem Clenbeerg feria tercia proxima ante festum beati Luce evangeliste iam preteritum destruxisset desolando, res aufferendo et homines captivando in eadem. Super quo .. mandamus, quatenus .. vestrum mittatis hominem pro testimonio .. quo presente Stephanus filius Laad vel Laurencius filius Nicolai de Kemey altero absente homo noster ab omnibus nobilibus et ignobilibus hominibus .. diligenti inquisicione prehabita sciat de premissis veritatem; post hec prout exinde vobis veritas constiterit, nobis .. rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria tercia proxima post diem Strennarum, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo primo.

Az egri káptalannak 1341. jan. 15-én kelt jelentésében átírva, mely szerint a vizsgálat után a panasz valónak találtatott. A káptalan jelentésének eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 195. 5. dipl. lt. 3347. Közli: Kovács N.

51.

1341. jan. 10. A somogyvári convent Drugeth Villermus nádornak jelenti, hogy a midőn Ugali Pál ítélömesternek és testvéreinek Fiad és Hasság nevü birtokát a székesfehérvári káptalan Vadé nevü birtokától határjelekkel elkülönözni akarták, a vadéi és kéri jobbágyok ellentálltak.

.. Wyllermo Drugeth palatino et iudici comanorum conventus monasterii sancti Egidii de Symigio .. noverit vestra magnitudo, quod receptis literis vestris modum iudicii vestri exprimentibus, cum Petro filio Ladislai de Anduch homine vestro, ad separandas seu distingendas possessiones magistri Pauli de Wgal prothonotarii iudicis curie domini regis, Jacobi Nicolai et Stephani fratrum suorum uterinorum, Fyad et Hassag vocatas, a possessione domini Thatamerii Albensis ecclesie prepositi Vodey vocata, ereccionesque metarum inter easdem faciendas, que iuxta vestre iudiciarie deliberacionis modum in octavis Strennarum fieri oportebant, magistrum Paulum prothonotarium nostrum in testimonium transmisimus .. qui quidem homo vestre magnitudinis unacum eodem ad nos reversi nobis .. retulerunt, quod cum in octavis predictis ad facies premissarum possessionum, vicinorum et commetaneorum earumdem legitimis convocacionibus factis, pro magistro Paulo predicto Blasio literato legitimo procuratore, Jacobo vero Nicolao et Stephano fratribus ipsius magistri Pauli uterinis presencialiter adherentibus accessissent, comitem Iwanka de Vode in persona eiusdem domini prepositi iuxta terminum possessionum predictarum cum iobagionibus eiusdem domini sui, item cum iobagionibus domini nostri regis de villa Ker, quampluribus sagittas cuspides et alia arma habentibus circa validum ignem stantes reperissent, cumque quandam particulam silve terram usui unius aratri vel parvum plus sicut visu considerare convenissent in se habentem, nomine terre ipsorum filiorum comitis Iwanka de Wgal ad dictas possessiones Fyad et Hassag vocatas pertinentis, per unam fossam veterem incipiendo ad plagam occidentalem in competenti spacio eundo et per eandem fossam ad par-

tem australem declinando et per longum spacium eundo, iuxta quasdam novas plantaciones vinearum ad orientem declinatur, pertingit duas metas veteres, reambulassent et reambulatam ereccionibus novarum metarum ab eadem possessione Wode separare et distingere, ac ipsis filiis comitis Iwanka de Wgal nomine eorum iuris statuere voluissent, predictus comes Iwanka eandem particulam silve predicte ecclesie Albensis ac eiusdem domini prepositi esse allegasset, iidem vero filii comitis Iwanka ad dictas possessiones eorum Fyad et Hassag vocatas pertinere asseruissent, et quod una dictarum duarum metarum veterum ipsis, alia vero domino nostro regi pertineret; itaque iuxta easdem duas metas veteres pausando, prefati populi tam domini prepositi predicti quam eiusdem domini nostri regis de eadem Ker, predictum procuratorem magistri Pauli et suos fratres predictos verbis indecenciis occupando iobagiones ipsorum inermes, qui cum ipsis ad faciendas ereciones metarum cum ligonibus et fossoriis inibi accessissent, denudassent aliquos, aliquos vero percussissent (ex) eisdem, et sic ipsos fugassent a facie terre particule supradicte; unde prout iidem homo vestre magnitudinis et noster premissa nobis retulerunt, vestre magnitudini duximus rescribendum. Datum tercio die octavarum predictarum, anno domini M° CCC° XL° primo.

Zárlatán pecsét nyomnival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. Albensis 39. 34. dipl. lt. 3362. Közli: Kovács N.

52.

1341. jan. 13. A nyitrai káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy a midőn a garam-szent-benedeki convent részére Zengen nevű birtok fölmérése végett a helyszínére kimentek, Bars város mint ellenfél részéről senki sem jelent meg.

.. Karolo .. regi .. capitulum Nitriensis ecclesie .. literis .. Thome woyvode Transsilvani et comitis de Zonuk ac procuratoris et iudicis tavarnicatus vestri, super facto mensuracionis cuiusdam possessionis litigiose Zengen vocate .. receptis, cum Philippo filio Nicolai de Wared, Stephano filio Pauli et Petro filio Alexandri de Zeccha hominibus vestris, Jacobo vero quarto

homine vestro absente propter suam gravem infirmitatem, dominum Johannem chori nostri presbiterum, in octavis residencie vestri exercitus, ad mensurandum eandem possessionem Zengen ut premissum est litigiosam inter conventum sancti Benedicti de iuxta Gron ab una parte, et cives de Bors ex altera, utrum quantitatis sit quatuor aratrorum minus centum iugeribus, vel maioris, iuxta continenciam literarum eiusdem domini woyvode pro testimonio destinavimus, qui . . ad nos reversi . . retulerunt, quod licet pluribus diebus in facie eiusdem possessionis perseverantes, aliis suis vicinis et commetaneis convocatis et presentibus, dictos cives pluries per nuncios, tandem per proprias personas suas illuc vocassent, tamen iidem cives nec per se nec per suos procuratores ad mensurandum eandem possessionem contumaciter accedere noluissent, propter quorum absenciam ipsa mensuracio, vel si eadem possessio sit maior quam sufficiens ad qautuor aratra minus centum iugeribus, eidem conventui statucio per eosdem fieri potuisset. Datum in octavis Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC ^{mo}. quadragesimo primo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt Eccles. 24. 20. dipl. lt. 3349. Közli: Kovács N.

53.

1341. jan. 18. János borsodi főesperes és püspöki vicarius előtt Rozgonyi Péter és László, nörokonuk Klára asszony leánynegyedi járandóságát kiadják.

Nos magister Johannes archidiaconus Borsadiensis vicariusque Nicolai episcopi Agriensis in spiritualibus generalis . . significamus . . quod Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis nobiles de Ruzgun ex una, et nobilis domina relicta Chamaz de Dampnincha filia videlicet Ladislai Clara vocata soror videlicet eiusdem magistri Petri parte ab altera coram nobis personaliter constituti, dixerunt . . quod licet pretextu quarte filialis eiusdem nobilis domine, quam ipsa nobilis domina ab eisdem fratribus suis coram eodem . . episcopo et nobis iudiciario ordine repetit et repetivit ac de possessionibus ipso-

rum intra limites dyoecesis dicte ecclesie Agriensis existentibus quoad porcionem suam requisivit, lis et contencio hucusque mota fuisset inter ipsos et exorta, tandem tamen ut omnis litis dissensionis et contencionis materia de medio ipsorum radicitus evelleretur et falce pacis succideretur, ipsique a modo et deinceps eterno pacis et favoris inter se amplecti valerent . . interveniente ordinacione . . virorum nobilium, taliter inter se concordassent et obtenta nostra iudiciaria licencia concordarunt coram nobis, quod iidem nobiles de Ruzgun pro omnimoda expedicione dicte quarte filialis assumsissent solvere eidem nobili domine septuaginta quinque marcas compoti Cassensis, ex qua quidem quantitate pecunie dicti nobiles de Ruzgun undecim marcas cum dimidia eidem domine iam persolverunt coram nobis, pro residuis vero sexaginta tribus marcis et dimidia iidem nobiles de Ruzgun, quandam possessionem ipsorum Noghchichua vocatam populosam in comitatu Zemlyniensi existentem cum omnibus utilitatibus . . ac sub metis et limitacionibus antiquis, quibus ipsi eandem hucusque possedissent, a presentibus octavis Epiphaniarum domini usque ad undecimam revolucionem annualem earumdem octavarum dedissent . . eidem nobili domine sorori ipsorum sub federe impignoracionis, tali modo, quod ipsa domina universos usus fructus et utilitates dicte possessionis Noghchichua, intrinsecos videlicet et extrinsecos, utpote collectas iobagionum in eadem commorancium, munera consveta et quoslibet census per dictos decem integros annos tamquam verus possessor et dominus terre recipiendi et exigendi ac in suos proprios usus convertendi haberet facultatem, testimonio presencium literarum; e converso vero annotati nobiles de Ruzgun dictam quantitatem pecunie sexaginta trium marcarum cum dimidia infra dictam undecimam revolucionem annualem semper coram . . Jacobo plebano de Cassa, sicuti iudice delegato per nos nunc ad id deputato, in eadem civitate Cassensi solvere tenebuntur nobili domine prenotate, super quibus quidem solucionibus iidem nobiles de Ruzgun continue literas eiusdem domini plebani testimoniales recipere debebunt et expeditorias; terminos autem solucionum sepedicti nobiles de Ruzgun vel per se vel per nuncios ipsorum notificare debebunt domine prenotate, ad hoc, ut ipsa nobilis

domina in eisdem terminis solucionum se transferre vel procuratorem . . suum destinare sciat in civitatem supradictam, hoc specialiter declarato, quod preallegati nobiles de Rozgun prescriptam quantitatem pecunie sive ante dictam undeciman revolucionem annualem ipsi domine plenarie persolvant, tamen eadem domina prenotatam possessionem infra dictum tempus habendi et possidendi ac utilitates eiusdem percipiendi habebit facultatem modo supradicto, nec eandem antea nisi ipsis integris decem annis peractis eisdem nobilibus de Rozgun resignabit domina supradicta; insuper obligarunt se iidem nobiles de Rozgun . . quod nec ipsi nec ad eosdem pertinentes per dictos annos preallegatam nobilem dominam et incolas seu hospites in eadem possessione commorantes ac quoslibet alios ad eandem dominam pertinentes impedirent vel quoquomodo molestarent, quod si ipsi secus facerent in hac parte, extunc ipsi contra eandem dominam in iudicio viginti marcarum sine porcione iudicis convincerentur eo facto; si vero aliqui ad ipsos pertinentes pretaxatam nobilem dominam ac ad eandem pertinentes aliqualiter impedire attentarent, ipsique eidem domine ex parte talium impediencium iusticie complementum impendere non curarent, extunc ipsi similiter premisse pene subiacerent contra dominam prenotatam; hoc eciam non pretermisso, quod si prenotati nobiles de Ruzgun dictam quantitatem pecunie per eosdem decem annos ipsi domine persolvere non curarent, extunc similiter in viginti marcis absque porcione iudicis, contra eandem dominam convincerentur, et pecunia persoluta vocabulum amissionis sortiretur, ac causa sepedicte domine integraliter vires resummeret eo facto; ita videlicet, quod ipsa domina homine dicti . . episcopi vel nostro, aut forte tunc vicarii qui nobis successerit, accepto, universas possessiones eorumdem nobilium de Ruzgun intra limites dyocesis Agriensis quo supra existentes, sicut nunc sic et tunc estimandi facere habebit facultatem, pro quarta sua filiali supradicta . . Datum Agrie, sexta die octavarum Epiphanie domini prenotatarum, anno domini M°CCC°XL^mo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. N. R. A. 1536. 48. dipl. lt. 3352. Közli: Kovács N.

54.

1341. Prodaviz, febr. 4. Mikch bán, István Ákos és László fiai egyetértésével, negyedik fia Lóránt osztályrészébe Újvárt és az ahoz tartozó négy falut kijelöli.

Nos Mykch banus tocius Sclavonie et magistri Stephanus Akus et Ladislaus filii eiusdem significamus . . quod quia nos pacem et tranquillitatem diligentes statum pacificum inter filios nostros . . desideravimus ordinare, ex deliberacione matura consensuque et voluntate prefatorum magistrorum Stephani Akus et Ladislai dulcissimorum filiorum nostrorum, taliter duximus disponendum, quod castrum nostrum Wyuar vocatum cum omnibus possessionibus ad ipsum castrum pertinentibus, videlicet Wyfalu Lythenya Keykmezeu et Strachina specialiter nominatis, ac omnibus villis tam populosis quam desertis locis villarum ad dictum castrum et prenominatas possessiones pertinentibus, necnon ceteris earum utilitatibus, strennuo iuveni magistro Lorando dilecto filio nostro pro porcione sua divisionali perpetuo duximus conferendum; tali modo, quod si in divisione communi et equali inter nos et prenotatos dulcissimos filios nostros successive in ceteris castris et possessionibus nostris habenda, cuilibet nostrorum porcio similis in qualitate et quantitate non cederet, et ipse magister Lorandus plus et magis in possessionibus et utilitatibus possessionariis ad prenominatum castrum Wyuar pertinentibus servaret et obtineret quam alicui ex nobis in dicta communi et equali in ceteris castris et possessionibus habenda divisione porcio cederet, tunc idem magister Lorandus de possessionibus et utilitatibus possessionariis ad pretactum castrum Wyuar vocatum pertinentibus, tantum quantum expediens fuerit, ad ipsam communem divisionem et equalem excidere et assignare teneretur; et e converso si in prememorata communi et equali habenda divisione in possessionibus et possessionariis utilitatibus prenominato magistro Lorando plus et magis cedi deberet, extunc antedictam suam sicut decet augmentare teneremur porcionem; hoc declarato, quod si deinceps et amodo memoratus magister Lorandus filius noster . . per propria

domina in eisdem terminis solucionum se transferre vel procuratorem . . suum destinare sciat in civitatem supradictam, hoc specialiter declarato, quod preallegati nobiles de Rozgun prescriptam quantitatem pecunie sive ante dictam undecimam revolucionem annualem ipsi domine plenarie persolvant, tamen eadem domina prenotatam possessionem infra dictum tempus habendi et possidendi ac utilitates eiusdem percipiendi habebit facultatem modo supradicto, nec eandem antea nisi ipsis integris decem annis peractis eisdem nobilibus de Rozgun resignabit domina supradicta; insuper obligarunt se iidem nobiles de Rozgun . . quod nec ipsi nec ad eosdem pertinentes per dictos annos preallegatam nobilem dominam et incolas seu hospites in eadem possessione commorantes ac quoslibet alios ad eandem dominam pertinentes impedirent vel quoquomodo molestarent, quod si ipsi secus facerent in hac parte, extunc ipsi contra eandem dominam in iudicio viginti marcarum sine porcione iudicis convincerentur eo facto; si vero aliqui ad ipsos pertinentes pretaxatam nobilem dominam ac ad eandem pertinentes aliqualiter impedire attentarent, ipsique eidem domine ex parte talium impediencium iusticie complementum impendere non curarent, extunc ipsi similiter premisse pene subiacerent contra dominam prenotatam; hoc eciam non pretermisso, quod si prenotati nobiles de Ruzgun dictam quantitatem pecunie per eosdem decem annos ipsi domine persolvere non curarent, extunc similiter in viginti marcis absque porcione iudicis, contra eandem dominam convincerentur, et pecunia persoluta vocabulum amissionis sortiretur, ac causa sepedicte domine integraliter vires resummeret eo facto; ita videlicet, quod ipsa domina homine dicti . . episcopi vel nostro, aut forte tunc vicarii qui nobis successerit, accepto, universas possessiones eorumdem nobilium de Ruzgun intra limites dyoecesis Agriensis quo supra existentes, sicut nunc sic et tunc estimandi facere habebit facultatem, pro quarta sua filiali supradicta . . Datum Agrie, sexta die octavarum Epiphanie domini prenotatarum, anno domini M°CCC°XL^mo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 48. dipl. lt. 3352. Közli: Kovács N.

54.

1341. Prodaviz, febr. 4. Mikch bán, István Ákos és László fiai egyetértésével, negyedik fia Lóránt osztályrészébe Újvárt és az ahoz tartozó négy falut kijelöli.

Nos Mykch banus tocius Sclavonie et magistri Stephanus Akus et Ladislaus filii eiusdem significamus . . quod quia nos pacem et tranquillitatem diligentes statum pacificum inter filios nostros . . desideravimus ordinare, ex deliberacione matura consensuque et voluntate prefatorum magistrorum Stephani Akus et Ladislai dulcissimorum filiorum nostrorum, taliter duximus disponendum, quod castrum nostrum Wyuar vocatum cum omnibus possessionibus ad ipsum castrum pertinentibus, videlicet Wyfalu Lythenya Keykmezeu et Strachina specialiter nominatis, ac omnibus villis tam populosis quam desertis locis villarum ad dictum castrum et prenominatas possessiones pertinentibus, necnon ceteris earum utilitatibus, strennuo iuveni magistro Lorando dilecto filio nostro pro porcione sua divisionali perpetuo duximus conferendum; tali modo, quod si in divisione communi et equali inter nos et prenotatos dulcissimos filios nostros successive in ceteris castris et possessionibus nostris habenda, cuilibet nostrorum porcio similis in qualitate et quantitate non cederet, et ipse magister Lorandus plus et magis in possessionibus et utilitatibus possessionariis ad prenominatum castrum Wyuar pertinentibus servaret et obtineret quam alicui ex nobis in dicta communi et equali in ceteris castris et possessionibus habenda divisione porcio cederet, tunc idem magister Lorandus de possessionibus et utilitatibus possessionariis ad pretactum castrum Wyuar vocatum pertinentibus, tantum quantum expediens fuerit, ad ipsam communem divisionem et equalem excidere et assignare teneretur; et e converso si in prememorata communi et equali habenda divisione in possessionibus et possessionariis utilitatibus prenominato magistro Lorando plus et magis cedi deberet, extunc antedictam suam sicut decet augmentare teneremur porcionem; hoc declarato, quod si deinceps et amodo memoratus magister Lorandus filius noster . . per propria

maliciosa opera sua aliquid de dicta sua porcione perderet seu alienaret, illud in suam volumus porcionem computari; si vero ipsum magistrum Lorandum, antequam prefata communis divisio inter nos foret, potencia vel processus litigiosus in sepefata sua porcione vel aliqua eius parte molestaret .. extunc in his ipsum communiter tenebimur adiuvare et defensare ab eisdem; hoc eciam nolumus silencio preterire, quod si aliquis ex dictis filiis nostris, videlicet Stephano Akus Ladislao et Lorando, successive presentem nostram ordinacionem ipsi magistro Lorando factam sibi iniustam fore assentiret, tunc idem magister Lorandus antedictum castrum Wyuar nominatum cum omnibus possessionibus ad ipsum pertinentibus .. in communem et equalem divisionem premissam tenebitur relinquere et resignare; volumus insuper, quod prefatus magister Lorandus in forma presenti literas domini nostri regis et .. capituli Budensis pro nobis teneatur facere emanari; dicimus eciam, quod sepefatus magister Lorandus filius noster .. ceteras possessiones nostras, tam hereditarias, quam aquisitas, quas usquemodo servavit et habuit, nobis teneatur restituere et resignare obtinendas. In cuius rei memoriam uberiorem ad cautelam presentes ipsi magistro Lorando filio nostro dulcissimo concessimus literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine robaratas. Datum in Prodauiz, in dominica Circumdederunt, anno domini M°CCC° XL^mo primo.

János veszprémi püspöknek »magister Lorandus filius Mykch quondam bani tocius Sclavonie« kérésére kiadott 1347-ki átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 338. 34. dipl. lt. 3355. Közli: Kovács N.

55.

1341. febr. 21. Az egri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Magyar Dénest az általa András fiától Lászlótól és Erble fiától Egyedtöl megvett Pályi nevü Szatmár vármegyei birtokba beiktatta.

.. Karulo .. regi .. capitulum ecclesie Agriensis .. literas vestre serenitatis recepimus .. in hec verba. Karulus ..

rex .. capitulo ecclesie Agriensis .. dicit nobis Dionisius dictus Magyar, quod quedam possessio sua Paly vocata in comitatu de Zotmar existens, quam a Ladislao filio Andree, Egidio filio Erble et Michaele filio eiusdem dixit se precio comparasse, reambulacione .. plurimum indigeret; super quo .. precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Stephanus filius Adam vel Martinus de Geyche altero absente homo noster ad faciem predicte possessionis Paly accedendo .. reambulet ipsam .. reambulatamque .. et .. separatam relinquat eidem Dyonisio dicto Mager .. Datum in Wyssegrad, feria quinta proxima post festum beate Agathe virginis et martiris, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo. Nos igitur .. cum prefato Stephano filio Adam homine vestro nostrum hominem .. magistrum Dominicum clericum subnotarium nostrum transmisimus pro testimonio ad premissa mandata vestra exequenda, qui quidem homo vester demum ad nos rediens nobis retulit eo modo, quod ipse unacum dicto testimonio nostro feria quinta proxima post festum sancti Valentini martiris iam preteritum, accessisset ad faciem possessionis Paly prenotate et eandem vicinorum et commetaneorum ipsius universorum legitimis convocacionibus factis et eisdem presentibus, specialiterque presentibus Andrea filio Andurnuk seruiente et procuratore Pauli dicti Magyer .. item Lukachio filio Gabrielis, Michaele filio Mayus, Ladislao filio Derse, Laurencio filio Gregorii et Alexandro filio Alexandri nobilibus de Dubus, item Ivan Nicolao et Ladislao filiis Nicolai ac Johanne filio Mykou nobilibus de Popos, per suas veras metas et antiquas infra specificandas reambulasset reambulatamque cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis .. preallegato Dionisio dicto Magyer statuisset sicut suum ius perpetuo possidendam, nemine contradictore apparente .. Mete autem quibus dicta possessio Paly ab aliorum nobilium possessionibus distingitur et separatur, prout iidem vester et noster homines nobis expresserunt, hoc ordine protenduntur: prima enim meta incipit a plaga orientali inter quasdam possessiones Eyegh et Keer vocatas in quodam magno prato ubi sunt due mete terree, a quibus versus plagam .. orientalem per modicum spacium currendo transit quendam

fluvium Eygh nominatum et venit ad unum monticulum ubi sunt due mete terree, de quibus ad eandem plagam eundo iungit quoddam magnum pratum in cuius extremitate sunt due mete terree, abindeque similiter ad eandem plagam pergendo transit quandam silvam Egurerdeu vocatam in cuius exitu sunt due mete terree, ab iisque adhuc ad eandem plagam currendo transit ipsam silvam ubi sunt due mete terree, a quibus versus sepedictam plagam currendo venit ad quoddam promontorium parvum ubi sunt due mete terreo, abindeque similiter ad eandem plagam currendo transit quandam aliam silvam et iungit duas metas terreas in extremitate ipsius silve erectas, ab iisque ad eandem plagam currendo venit ad unam viam Amedewta vocatam iuxta quam sunt due mete terree, et abhinc adhuc ad eandem plagam currendo venit ad quasdam terras arabiles, et in eisdem inter duas particulas terre Zouan et Zouan vocatas currendo iungit duas metas terreas, abindeque ad eandem plagam currendo venit ad quendam monticulum in cuius cacumine sunt quatuor mete terree angulares possessionibus Paly Zalka Jarmy et Popus vocatis designantes, a quibus versus plagam meridionalem regirando venit ad duas metas terreas in eodem monticulo erectas, abindeque versus prefatam plagam meridionalem currendo iungit duas metas terreas similiter in eodem monticulo existentes, ab iisque adhuc ad eandem plagam meridionalem currendo iungit duas metas terreas in fine ipsius monticuli erectas, a quibus eandem plagam transeundo venit ad alium monticulum iuxta dictam viam Omedewta existentem, in cuius cacumine sunt quatuor mete terree similiter angulares, possessionibus Dobus Popus et Paly prenotatis seperantes, et abhinc regirat versus plagam orientalem et in quadam silva currit et iungit duas metas terreas, abindeque ad eandem plagam currendo prope quendam campum sunt due mete terree, a quibus ad eandem plagam satis per longum spacium currendo iungit duas metas terreas inter quasdam terras arabiles erectas, abindeque versus eandem plagam currendo transit quandam viam de dicta possessione Paly in prefatam possessionem Dobus ducentem, prope quam sunt due mete terree, a quibus ad eandem plagam pergendo venit ad quandam arborem ilicis sub qua sunt

mete terree, ab iisque similiter ad eandem plagam currendo transit similiter unam silvam et venit ad quendam fluvium Humurudk vocatum, quem transeundo iungit tres metas terreas, de quibus versus prefatam plagam in eodem prato currendo venit iterato ad primum locum ubi inceperat et ibi terminatur. Datum in die Cinerum, anno supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival: eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. B. A. 1536. 50. dipl. lt. 3357. Ugyanott megvan a nagyváradi conventnek 1341. jan. 8-án kelt bizonyságlevele, hogy »Dionisius dictus Magyar filius Simonis filii Chalk de Redey« András fiának Lászlónak Pályi nevű birtokát 38 márkáért vette meg. Dipl. lt. 3348. Közli: Kovács N.

56.

1341. mart. 11. A nyitrai káptalan előtt Janka fiai: Miklós és János, Kamar vagy Jankaháza nevü Nyitra vármegyei birtokukat György comes kapui várnagynak örök áron eladják.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis . . significamus universis, quod comes Georgius castellanus de Kopu ab una parte, atque Nicolaus et Johannes filii Janka de Kamar comitatus Nitriensis ex altera coram nobis personaliter constituti, iidem Nicolaus et Johannes sunt confessi . . quod urgente eos necessitate nimia, dictam possessionem eorum Kamar alio nomine Jankahaza vocatam in eodem comitatu Nitriensi inter fluvios Wag et Dudwag existentem, cum universis suis utilitatibus . . dicto comiti Georgio et per eum suis heredibus . . pro octoginta marcis denariorum latorum viennensium, quamlibet marcam cum decem pensis computando . . vendidissent . . coram nobis, iure perpetuo . . omni iuri omnique proprietati dicti Nicolaus et Johannes renunciantes quod vel quam in ipsa possessione sua Kamar sive Jankahaza habere noscebantur. Datum in dominica Oculi mei, anno domini M° CCC^mo XX^mo primo.

Viaszlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Forgách cs. ltárában Museumban. Közli: Komáromy A.

57.

1341. márt. 14. A kolozsmonostori convent előtt Marcel fia Miklós, Alfermenes nevü Külső-Szolnok vármegyei birtokát Rimai Mihálynak elzálogosítja.

Nos conventus monasterii beate virginis de Colusmum [illegible] stra . . significamus . . quod . . Nicolaus filius Marcel nob lis de Olfermenes ab una de comitatu exteriori Zolno[illegible] item magister Michael dictus de Ryma parte ab alter [illegible] coram nobis propria in persona constituti, per predictum Nic[illegible] laum propositum extitit . . quod possessionem Olfermenes . [illegible] racione redemcionis aliarum possessionum suarum olim occ[illegible] patarum, licet propter birsagia compulsus ex magna sua nece[illegible] sitate, ex consensu vicinorum suorum, scilicet nobilium de D[illegible] boka, Ladislai et Nicolai filiorum Nicolai filii Mykud, predict[illegible] magistro Michaeli pro sexaginta marcis puri auri fini argenti confessus est coram nobis obligasse, a data presencium usq[illegible] ad revolucionem termini infrascripti; tali vinculo nihilomin[illegible] imposito, quod si in solvendo terminum inferius positum pret[illegible] riret, extunc ipsas predictas sexaginta marcas cum pena vigin[illegible] marcarum subiecta deberet persolvere, et sic de singulis annı[illegible] ipsi magistro Michaeli quousque predictus Nicolaus sua[illegible] possessionem sepedictam poterit redimere, tenebitur cum pe[illegible] pagare interiecta. Datum in medio Quadragesime, ann[illegible] domini M° CCC° quadragesimo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Dan[illegible] cs. ltárában.

58.

1341. márt. 14. A nagyváradi convent előtt Albert és Cyba[illegible] fiai az Erdőháton levő birtokaikon megosztoznak.

Nos Johannes prepositus et conventus monasterii sanc[illegible] Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi . . sig[illegible] ficamus . . quod . . nobilibus viris . . Michaele et Nicolao fil[illegible]

Alberti, item Michaele et Johanne filiis Cybok magistris coram nobis personaliter constitutis, confessum extitit per eosdem . . quod in universis possessionibus ipsorum in Erdeuhath existentibus inferius declarandis talem inter se fecissent divisionem . . quod possessiones Wskwleu et Kezteg vocate cum omnibus utilitatibus earumdem, simul cum tercia parte cuiusdam possessionis Wrgeteg nuncupate, prefato Nicolao filio Alberti et suis heredibus . . perpetuo . . possidenda devenisset, ita videlicet, quod ex utraque parte rivuli Vskuleupataca vocati usque possessionem predictam Kezteg, inter easdem possessiones idem magister Nicolaus vel sui successores olacos congregandi pro se liberam habeant facultatem; preterea dimidietas cuiusdam possessionis ipsorum Cethke vocate a parte Crisii ex parte septemtrionali existens, quam possessionem cursus rivuli Cethkepotaka vocati separat . . simul cum loco curie inter cursus duorum rivulorum fossato distincto a parte occidentis existenti, cum Tuissesmeze (. . . . . .)ndem locum curie adiacenti pro loco sessionali ordinato, et dimidietate ecclesie lapidee in honorem sancte Elisabeth ibidem fundate, eidem magistro Michaeli (. . . . .) cessissent iure perpetuo . . possidende; et e converso pars eiusdem possessionis Cethke a parte meridiei existe (. . . . .) ssato distincto, et cum dimidietate eiusdem ecclesie, eisdem Michaeli et Johanni filiis Cybok perpetuo . . possidenda ipsis et ipsorum heredibus . . devenisset; hoc tamen declarato, quod si processu temporis cursus dicti fluvii Crisii alicui ipsorum in sua possessione sibi in divisione cessa, damnum vel de (. . . . .) alteri parti illud damnum supplere teneretur; item pars possessionis Fanchuka vocate a parte orientali adiacens, quam possessionem rivulus fa (. . . . .) parat et dividit, predictis Michaeli et Johanni filiis Cybok cessisset perpetuo . . possidenda . . e converso pars eiusdem possessionis Fanchuka (. . . .) aeli filio Alberti similiter perpetuo . . possidenda devenisset; ceterum villas ipsorum olacales *(értsd: olachales)* hoc modo divisissent, quod villa Churzachk (. . . . .) eisdem Michaeli et Johanni filiis Cybok perpetuo possidenda devenisset, et e converso villa Kurtwelus vocata cessisset eidem Michaeli filio Alberti . . item dimidietas ville olacalis Kereklygeth vocate a parte orientali existens,

suis parafernalibus reddidissent .. ac [illegible] comes Paulus in persona eiusdem domine reddidit .. expressum hoc non pretermisso, quod porcionem suam quam in eadem particula possessionis Paryty, quam nunc idem Stephanus possidet, temporis in processu [illegible] eidem Stephano requirere posset pro premissis [illegible] similiter sibi et per eum suis heredibus reliquisset perpetuo possidendam, salvis tamen iuribus ecclesie [illegible] vel aliorum, simul cum porcione sua sibi de porcione Pethew [illegible] per ipsum Pethew sepedicto Stephano [illegible] vinculo obligaminis interposito; quod si .. ipsa domina .. vel sui successores super premissis videlicet dote et rebus suarum parafernalium ac porcionibus possessionariis in eadem Paryty ipsam dominam contingentibus litem suscitare [illegible] pena punirentur eo facto; preterea idem Paulus se ipsum et suos successores ad hoc obligavit coram nobis ut [illegible] Stephanum ac ipsius posteritates racione premissorum inquietare nitentibus defendere .. teneretur .. Datum feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini Millesimo CCC^mo quadragesimo primo.

A pecsét sárga és piros selyemzsinóron függ. felül chyrographum rajta; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 434. 16. dipl. lt. 3367. Közli: Kovács N.

61.

1341. apr. 18. A székesfehérvári káptalan előtt ***Kunch fia János*** *rekesztői besenyő,* ***Klára*** *nevű nővérének* ***Soponyai János*** *jegyesének jegyajándékul a rekesztői birtok egy* ***hatod részét adja.***

Nos capitulum ecclesie Albensis significamus .. quod Johannes filius Kunch bissenus de Rekeztheu pro eodem patre suo, Demetrio Stephano et Blasio fratribus suis uterinis in nostri presencia personaliter constitutus, sextam partem seu porcionem de possessione ipsorum Rekeztheu vocata .. Johanni filio Georgii iobagioni nostro de Supuna, karissimo sororio suo, cum domina Clara karissima sorore sua pro sponsaliciis

et nupcialibus donis de consensu .. patris et fratrum suorum predictorum, iure perpetuo .. in filios filiorum .. confessus est donasse .. pacifice possidendam .. nullo contradictore penitus coram nobis apparente .. Datum feria quarta proxima post octavas Resurreccionis domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo primo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1597. 34. dipl. lt. 3372. Közli: Kovács N.

62.

1341. apr. 19. A csanádi káptalan előtt Gál umuri nemes s Thoka temesi ispán és várnagy egymásközt kibékülnek s a még fönforgó ügyeik elintézésére választott bíráikat megnevezik.

Capitulum ecclesie Chenadiensis .. significamus .. quod accedentes ad nostram presenciam magister Gallus nobilis de Vmur ex una, parte vero ex altera Nicolaus dictus de Bath famulus magistri Thowka comitis et castellani Tymisiensis pro eodem domino suo .. propositum exstitit per eosdem .. quod quecunque cause vel iniurie, damna et nocumenta inter dictos magistros Thowcam et Gallum exorte et illate usque ad diem datarum presencium fuissent seu exstitissent, alter alteri plene et in totum relaxassent ita, ut nulla pars alteram partem pro omnibus causis hactenus factis et illatis inter partes poterit aut ausus erit molestare seu aggravare, deinceps autem quecunque cause inter ipsos oriri seu moveri contingerint, ad arbitrium magistrorum videlicet Stephani filii magistri Lachk magistri agazonum domini regis et Nicolai filii Stephani magistri agazonum domine regine, Nicolai dicti Trewtul comitis et castellani Posoniensis et Thome rufi castellani de Vyuar commisissent, in hunc modum, ut quecunque pars arbitrium illorum quatuor hominum vel trium illorum, si omnes interesse non possent, non acceptaret, contra aliam partem arbitrium ipsum acceptantem in viginti marcis convinceretur eo facto; item quecunque ex partibus prius obierit, vivens pars filiis et pueris ipsius defuncti iusticiam veram tenetur conser-

vare, si vero secus faceret, false prestasse vigore presencium devinceretur eo facto. Datum feria quinta proxima post octavas festi Passce domini, anno eiusdem M°CCC^mo XL^mo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 382. 14. dipl. lt. 3373. Közli: Kovács N.

63.

1341. Újbécs, apr. 26. Drugeth Villermus nádor a Pest és Pilis vármegyék részéről tartott közgyülésen, Gyarman fiát Pethőt Zahyus nevü birtokban Pest vármegye szolgabírái és esküttjei bizonyságtételére megerösíti.

Nos Wyllermus Druget palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in quadam nostra generali congregacione universitati nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum feria quarta proxima post festum beati Georgii martiris in villa nostra Wybech vocata celebrata, Petheu filius Gyarmani de medio universorum exsurgendo dixit tali modo, quod possessio Zahyus vocata in ipso comitatu Pestiensi existens ipsius esset hereditaria et ad ipsum titulo iuris hereditarii pertineret; cumque nos ad peticionem ipsius Peteu Dominicum filium Thome de Pakon, Thomam filium Petri de Zaday, Petheu filium Peus de Pilis, Gregorium filium Pauli de Gemereu iudices nobilium, item Mark filium Iwan de Dobosy, Johannem filium Johannis de Bykchey, Dominicum de Lyby, Stephanum filium Ladislai de Heten, magistrum Ladislaum filium Pauli de Rada, Petrum filium Salamonis de Pakon, Thomam dictum Takou de Sambuk, Johannem filium Dominici de Boson, Andream filium Blasii de Nyek, Philippum filium Sebastiani de Gyog et Simonem filium Woigch iuratos assessores et universos nobiles de eodem, super eo, utrum dicta possessio Zahyus ipsius Petheu existat hereditaria et ad ipsum titulo iuris hereditarii pertineret vel ne, ad fidem et fidelitatem deo domino nostro regi sacreque corone regie pro iusticia observanda prestitam diligenter quesivissemus, tandem iidem iudices nobilium, iurati assessores et vicini ac commetanei

ipsius possessionis et universi nobiles ipsius Pestiensis comitatus matura deliberacione prehabita, predictam possessionem Zahyus nullo contradictore existente ipsius Petheu filii Gyarmani esse et ad ipsum titulo iuris hereditarii pertinere unanimiter affirmarunt; quibus sic perceptis, et nos auctoritate nostra iudiciaria eandem possessionem Zahyus eidem Petheu adiudicavimus et permisimus perpetuo possidendam sine preiudicio iuris alieni. Nos autem iudices nobilium predicti comitatus Pestiensis in premisse nostre assercionis et dictorum iuratorum ac vicinorum et commetaneorum et nobilium predictorum testimonium, presentibus sigilla nostra duximus apponenda. Datum secundo die congregacionis nostre et loco prenotatis, anno domini M° CCC° XL^mo primo.

Hátlapján több pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. ered. N. R. A. 22. 77. dipl. lt. 3374. Közli: Kovács N.

64.

1341. apr. 30. Domokos kápolnai lelkész és alesperes előtt Ilona asszony, Sándor fia Jakab panithi jobbágyának bizonyos birtok megfizetésére halasztást enged.

Nos Dominicus sacerdos rector ecclesie de Capulna vicearchidiaconus Gumuriensis damus pro memoria, quod cum iuxta priorum literarum nostrarum, continenciam modum et formam iudicii nostri exprimencium, feria secunda proxima ante festum Philippi et Jacobi martirum Michael filius Cosme de villa Ponyth iobagio magistri Jacobi filii Alexandri a nobis tamquam iudice et a quadam muliere Elena nuncupata de iudicio sex marcarum se coram nobis expedire debuisset, adveniente ipso termino, ad instantem peticionem eiusdem magistri Jacobi eadem mulier ipsam solucionem ad quindenas datarum presencium duxit prorogandam, eo modo .. quod si ipso termino non solveret, ipsas sex marcas cum pena dupli solvere teneretur. Datum in termino prenotato, anno domini M° CCC^mo XXXX^mo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival: eredetije a N. Muzeumban, a Hamvay cs. ltárában.

65.

1341. apr. 30. Az esztergomi keresztesek conventje előtt Weech unokája Miklós comes, Neszmély Radván és Monorós nevü Komárom- és Esztergom vármegyei birtokokból a Zuard és Péter fiainak valamint Miklós leányának járó leány negyedi illetöséget kiadja.

Nos conventus cruciferorum domus hospitalis sancti regis Stephani de Strigonio . . significamus . . quod nobilibus viris videlicet comite Nicolao filio Nicolai, nepotis Weech ab una parte, item comite Dominico filio Zuard et Johanne filio comitis Petri patruelibus ipsius comitis Nicolai ex altera coram nobis personaliter constitutis, idem comes Nicolaus quasdam possessiones suas scilicet Neezmel in comitatibus de Strigonio et de Kamarun existentem, item Radwan in comitatu de Kamarun iuxta Danubium, et Monorows in comitatu Strigoniensi, item alias possessiones suas seu porciones possessionarias in quibuslibet possessionibus et in quibusvis comitatibus quovis titulo existentes et per ipsum possessas, eisdem Dominico et Johanni ac nobili domine Margarethe vocate sorori ipsorum filie scilicet Johannis filii Nicolai, racione quarte filialis, et per ipsos ipsorum heredibus . . cum omnibus utilitatibus suis . . ac iure patronatus ipsarum ecclesiarum predictarum possessionum dedisse . . perpetuo et irrevocabiliter possidendas . . viva voce . . tali contradiccione interiecta est confessus, quod iidem comes Dominicus et Johannes filius Petri ac prefata nobilis domina racione sue quarte filialis inter se ad tres partes seu porciones equales dividerent et cum metis et terminis limitarent in filios filiorum . . perpetuo possidendas . . Datum in vigilia beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M° CCC° XL^mo^ primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 51. dipl. lt. 3375. Közli: Kovács N.

66.

1341. máj. 5. A pécsi káptalan Siklósi Péter végrendelkezéséről bizonyságlevelet ad.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis . . significamus . . quod cum nos ad peticionem nobilis viri magistri Petri fratris Gula de Suklous in lecto egritudinis laborantis, duos discretos viros ex nobis et honestos, videlicet magistros Paulum cantorem et Petrum Orodiensem dictum decanum ecclesie nostre antedicte ad audiendum quandam eius confessionem infrascriptam demumque nobis referendam, pro nostris hominibus duxissemus destinandos, iidem postmodum ad nos reversi nobis consona voce dixerunt, quod ipsi feria secunda proxima ante octavas festi beati Georgii martiris proxime preterita, accessissent ad magistrum Petrum supradictum, quem quidem magistrum Petrum in lecto egritudinis graviter decumbentem invenissent, qui in ipsorum presencia confessus exstitisset viva voce, et sicut mediantibus suis literis nobis insinuare curavit, quod ipse possessiones et porciones possessionarias ubique locorum constitutas, que sibi a suis filiis per divisionem cessissent et ad suam devenissent porcionem, specialiter autem porcionem quam haberet in quadam possessione Letyne vocata, videlicet rectam dimidietatem eiusdem, que Petro filio Nicolai filii Hontha pro quarta filiali domine avie sue exstiterat impignorata et per . . Ladislaum episcopum Zagrabiensem pro Ladislao suo nepote filio videlicet eiusdem magistri Petri uniore ex nobili domina Katherina vocata sorore videlicet ipsius domini Ladislai episcopi procreato, pro viginti marcis, marcam quamlibet cum sex pensis computando, coram nobis ab eodem redemta exstitit, cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis universis dedisset . . dicto Ladislao suo filio perpetuo possidendas in filios filiorum suorum . . hoc tamen expresso, quod si nutu divino ipsum Ladislaum suum filium ante legitimam etatem de hoc seculo decedere contigerit, extunc eedem possessiones et porciones possessionarie ad manus predicte nobilis domine consortis sue et magistri Sebastiani fratris eiusdem domini Ladislai episcopi iuridice remanerent possidende, . . tamdiu donec ipse magister Petrus aut alii sui filii, ad quos

de iure pertineret, redimerint easdem pro eadem pecunie quantitate, pro qua per ipsum dominum Ladislaum episcopum redemte extiterunt iuris ordine observato; assumsisset eciam idem magister Petrus et se coram eisdem nostris hominibus firmiter ad hoc obligasset, ut omnes possessiones et porciones possessionarias, que nomine eiusdem Ladislai sui filii per dictum dominum Ladislaum episcopum Zagrabiensem redemte fuerint, deinceps impignorandi et quoquomodo alienandi nullam haberet potestatem, et si aliquas vel aliquam de possessionibus et porcionibus possessionariis predicto modo redemtis impignorare obligare vel quoquomodo alienare .. attentaret, talis obligacio et impignoracio.. irrita esset ipso facto et inanis.. Datum sabbato proximo post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} primo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1508. 33. dipl. lt. 3377. Közli: Kovács N.

67.

1341. Eger, máj. 5. János borsodi főesperes és püspöki vicarius bizonyítja, hogy az Aba nemzetségből való Pál fiának Imrének fia János, a Boksa nemzetségből származott Tamás fiának Lászlónak özvegye ellen a kitüzött határnapon nem jelent meg.

Nos magister Johannes archidiaconus Borsodiensis vicariusque.. Nicolai.. episcopi Agriensis in spiritualibus generalis damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum Johannes filius Emerici filii Pauli de genere Aba et fratres sui, per dominum Detricum sacerdotem de Tusa hominem nostrum legitime citati, contra nobilem dominam relictam Ladislai filii Thome de genere Boxa in octavis sancti Georgii martiris coram nobis comparere, et in eisdem octavis nos velut iudicem, et eandem dominam tamquam actricem in iudiciis duodecim marcarum complacare debuissent, adveniente ipso termino, prefati filii Emerici neque venerunt neque miserunt ad premissa peragenda, per magistrum Thomam filium et procuratorem eiusdem nobilis domine..

in persona eiusdem domine matris sue legitime coram nobis expectati. Datum Agrie, quinto die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo.

Zárlatán töredezett pecséttel; eredetije a N. Muzeum könyvtárában a Sóvári Soós cs. ltárában. Közli: Komáromy A.

68.

1341. máj. 5. A pécsi káptalan előtt Siklósi Miklós Letyne nevü Baranya vármegyei birtokát László mostoha fivérének, ki László zágrábi püspök nővérétől született, elzálogosítja.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod Nicolaus filius magistri Petri de Suklous ad nostram personaliter accedendo presenciam exstitit confessus viva voce, quod ipse totalem suam porcionem possessionariam in quadam possessione Letyne vocata in comitatu de Barana existenti habitam, videlicet rectam eiusdem dimidietatem, que sibi a prefato suo patre et ab aliis suis fratribus cessisset in divisione, cum omnibus suis utilitatibus . . Ladislao fratri subcarnali ex domina Katherina sorore videlicet . . Ladislai . . episcopi Zagrabiensis procreato, pro viginti marcis denariorum banalium, marcam quamlibet cum sex pensis computando . . pignori . . obligavit coram nobis tali modo, quod quandocunque temporum in processu predictam suam porcionem possessionariam in dicta possessione Letyne habitam, pro predicta pecunie quantitate redimere poterit . . coram nostro homine redimet a suo fratre antedicto; si vero pretactum Ladislaum suum fratrem ab hac luce, quod absit, usque ad tempus redemcionis decedere contingeret, tunc eadem porcio possessionaria ad manus dicte nobilis domine et magistri Sebastiani fratris eiusdem . . Ladislai episcopi remanebit possidenda, tamdiu, donec ipse Nicolaus redimeret eandem pro dicta pecunia pro qua exstitit impignorata a nobili domina et magistro Sebastiano supradictis; hoc tamen expresso, quod si ipse predictam suam porcionem possessionariam medio tempore vendicioni exponeret, non alteri nisi predicto Ladislao vendendi haberet facul-

tatem . . Datum sabbato post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 200. 23. dipl. lt. 3376. Közli: Kovács N.

69.

1341. máj. 8. Pál országbíró előtt Zakai István és társai, mint Zonk Jánosnak Zabary Miklós ellenében Nádasd nevü Ujvármegyei birtokra vonatkozólag szavatosai, bizonyítékaikat előterjesztik.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudicii nostri exprimencium magister Johannes dictus Zonk in causam attractus Stephanum filium Anthalei filii Gothardi de Zaka, Johannem et Nicolaum filios Andree in expedicionem cuiusdam possessionis Naddasth alio nomine Zaka vocate in comitatu Novi Castri existentis in octavis beati Georgii martiris contra Nicolaum de Zabary actorem statuere debuisset coram nobis, ipso termino adveniente, pretacto Nicolao de Zabary coram nobis personaliter astante, Johannes filius Jacobi pro eodem magistro Zonk . . ad nostram accedendo presenciam, prefatos expeditores coram nobis statuit, ubi predictus Stephanus filius Anthalei expeditor dicte possessionis pro se personaliter et pro Johanne fratre suo ac eisdem Johanne et Nicolao filiis Andree similiter expeditoribus eiusdem . . astando respondit eo modo, quod predicta possessio Nadasth alio nomine Zaka vocata, quam predictus Anthaleus pater suus et filii Andree prenotati prefato magistro Johanni dicto Zonk et Blasio fratri suo vendidissent, eidem patri suo et filiis Andree mediante privilegio capituli Agriensis a Herrico filio Herthuigh woyuode titulo emcionis devoluta exstitisset, et super hoc efficacia haberent instrumenta, que in termino per nos dato exhiberent; unde nos decrevimus quod iidem filii Anthalei et filii Andree omnia eorum instru-

menta, quibus mediantibus ipsa possessio a predicto Herrico filio Herthuigh ipsi Anthaleo et filiis Andree emcionis titulo foret devoluta, in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste nunc venturis in facto eiusdem possessionis absque ulteriori dilacione exhibere teneantur coram nobis, quibus visis faciemus in premissis prout fuerit opportunum. Datum in Wyssegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XXXX^mo primo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 569. 33. dipl. lt. 3378. Közli: Kovács N.

70.

1341. Nagy-Károly, máj. 10. I. Károly király udvari káplánjának Demeter kanonoknak a Körös-szeg várához tartozó Ősi másképp Teleki nevü falut adományozza.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod discretus vir magister Demetrius cantor ecclesie Budensis canonicusque ecclesie Waradiensis fidelis capellanus noster ad nostre serenitatis accedens presenciam, fidelia servicia .. nostre exponens maiestati .. quandam terram seu possessionem Ewsy vocatam alio nomine Teluky dictam, Ladislai dicti Vook filii Thome quondam propter infidelitatem filiorum suorum perditam et ad nostras regias manus devolutam nunc ad castrum nostrum Kereszeg pertinentem in comitatu Bihoriensi iuxta fluvium Hoyow in vicinitate seu commetaneitate possessionis .. capituli ecclesie Waradiensis Medies vocate et possessionis monasterii sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi similiter Ewsy nominate existentem, a nobis sibi .. conferri perpetuo postulavit; nos enim consideratis .. fidelitatibus suis ac scienciarum et virtutum claritudine, prout per relacionem magnifici viri Thome woyvode Transsilvani et comitis de Zonuk .. nobis innotuit, favore regio ducti, predictam terram seu possessionem Ewsy alio nomine Teluky predicti castri nostri Kereszeg cum omnibus suis utilitatibus .. sub eisdem metis antiquis et limitacionibus metarum et eo iure quibus

ab antiquo eadem possessa exstitit, cum plenitudine iuris eiusdem, eidem magistro Demetrio capellano nostro et per consequens Gregorio Simoni et Donch filiis Benedicti de Mezes fratribus suis eorumdemque fratrum suorum heredibus perpetuo donavimus . . possidendam . . Datum in villa Karul, in octavis festi Invencionis sancte crucis, anno domini M° CCC° XL^mo primo.

Az oklevél alsó szélén: relacio woyuode per magistrum Pethew, a mi a hátlapon a pecsét helyén is olvasható; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 949. 4. dipl. lt. 3379. Közli: Kovács N.

71.

1341. Varsány, máj. 12. I. Károly király a mai Békés vármegyében fekvő gyula-varsándi birtokot Berend fiának Mártonnak, Békés vármegye főispánjának adományozza.

Nos Karolus . . rex . . significamus, quod cum magister Martinus filius Berend comes de Bekes quandam possessionem Vossyan vocatam in comitatu de Zarand existentem, asserens eam Stephani filii Alexandri hominis sine herede decedentis, a nobis perpetuo sibi dari postulasset, et nos volentes de qualitate et quantitate eiusdem possessionis, et utrum nostre collacioni pertineret informari, capitulo Chanadiensi super eadem scripsissemus, tandem idem capitulum nobis scripsit in hec verba . . Karolo . . regi . . capitulum ecclesie Chanadiensis . . literas vestre celsitudinis recepimus in hec verba: Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Chanadiensis . . noverit fidelitas vestra, quod magister Martinus filius Berend comes de Bekes quandam possessionem Wossyan vocatam in comitatu de Zarand existentem, asserens quondam Stephani filii Alexandri hominis sine herede decedentis eam fuisse, a nostra maiestate peciit sibi dari . . et quia de qualitate et quantitate eiusdem possessionis veritas nobis non constet . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Abraam filius Dionisii de Gerla vel Johannes filius Mark de Syma aut Ladislaus de eadem, aliis absentibus homo noster, sciat et inquirat de qualitate et quantitate dicte possessionis

Wossyan vocate a quibus decet et licet omnimodam veritatem, et post hec . . de qualitate . . eiusdem possessionis . . nobis fideliter rescribatis. Datum in Alto Castro, feria sexta proxima ante dominicam Oculi, anno domini M° CCC° XL^mo primo. Nos igitur . . cum Johanne filio Mark de Syma homine vestro predicto nostrum misimus hominem Johannem sacerdotem nostri chori pro testimonio . . ad premissa exequenda, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod feria quinta proxima ante festum beati Georgii martiris et aliis duobus diebus immediate sequentibus, ad faciem possessionis Wossyan vocate quondam Stephani filii Alexandri in comitatu de Zarand existentis accessissent, et ab universis vicinis et commetaneis eiusdem de eadem possessione talem scivissent veritatem, quod prout esset possessio hominis heredum solacio destituti, et habitaciones ac domus preter unam curiam in ea non existerent, sed silvam prata et fluvium ac terram arabilem ad decem mansiones vel modico ad plures sufficientes haberent, sed in facie eiusdem possessionis quedam domina quartam suam filialem, et alia nobilis domina res parafernales et dotem suam in eadem dixissent se habere. Datum in festo preallegato, annis ab incarnacione domini prenotatis. Nos igitur ex rescripcione predicti capituli Chanadiensis sic informati, predictam possessionem Wossyan in comitatu de Zarand existentem cum omnibus suis utilitatibus . . sub certis metis limitacionibusque antiquis, eidem magistro Martino et per eum suis heredibus . . iure perpetuo . . donavimus . . irrevocabiliter possidendam . . committentes eidem magistro Martino, ut illis dominabus que dotem et res parafernales ac quartam puellarem in ipsa possessione se dicuntur habere, ius earumdem persolvat . . Datum in villa Wossyan, sabbato proximo post octavas festi beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M° CCC° XL^mo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. B. A. 1508. 32. dipl. lt. 3363. Közli: Pesty Frigyes.

72.

1341. Visegrád, máj. 15. Drugeth Villermus nádor előtt Csetneki Miklós és ennek vérrokonai a Bebek családbeliek, Batyz fiaival s az ezek által szavatosokúl beidézett Mareus István fiaival a Máriássy család öseivel, a köztük Krasznahorka és Berzéte várak s ezek tartománya miatt fönforgó per eldöntését választott bírákra bízzák.

Nos Wyllermus Druget palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod magister Nicolaus filius Benedicti filii Detrici de Chutnuk, item Stephanus Georgius et Nicolaus filii Dominici dicti Bubek tam pro se personaliter quam idem Stephanus . . pro Dominico fratre ipsorum uterino, item Nicolaus filius Benedicti de Zeek pro magistro Johanne filio ipsius Benedicti . . pro Petro autem fratre eiusdem uterino cum . . literis procuratoriis . . ab una, item magistri Jacobus et Johannes filii Nicolai filii Batyz parte ab altera coram nobis personaliter constituti, propositum extitit per eosdem . . eo modo, quod ipsi in causa quam ipse Nicolaus filius Benedicti de Chutnuk contra iam dictos Jacobum et Johannem filios Nicolai super facto castrorum Berzete et Kraznahorka vocatorum et super facto villarum et possessionum Berzete, Zalouchaza, Keurus, Rakunthas, Rudna, Pathchapataka, Vyfalw, item Kraznahorka et Huzyuret vocatarum ad eadem castra et possessionem Berzete pertinencium in comitatu Gumuriensi habitarum, item in causa quam iam dicti Jacobus et Johannes filii Nicolai de Gumur contra Johannem et Petrum filios Benedicti, item contra Stephanum Georgium Nicolaum et Dominicum filios Dominici dicti Bubek super facto expedicionis iuxta priorum literarum nostrarum continenciam in octavis beati Georgii martiris movebant coram nobis, nostram iudiciariam licenciam prius optinentes, iudiciarie ac iuridice composicioni deliberacioni . . dominorum Chanadini . . archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, Petri episcopi Sirimiensis et secretarii cancellarii domini regis, magnificorum virorum domini Thome woyvode Transsilvani et comitis de Zonuk, Nicolai filii Stephani magistri agasonum domine regine, magistrorum Thome filii Petri comitis de Lyptow et

castellani de Chokakw, Nicolai dicti Treutul comitis Posoniensis, Nicolai filii Geylet comitis de Turuch, Laurencii dicti Touth comitis Nitriensis et castellani de Semptey ac Pauli de Wgal comitis Pauli iudicis curie regie protonotarii, se, causam suam supradictam et omnem proprietatem dominii et iurisdiccionem quamlibet, quam ipse partes contrario se in castris et possessionibus supradictis habere se putarent . . commiserunt coram nobis tali modo, quod quitcunque dicti ipsorum compositores aut loco absencium alii adducendi quos partes voluerint, in quorum iudiciariam adiudicacionem ambe partes consenserunt, visis universis dictarum parcium instrumentis que ipse partes quandocunque qualicunque ingenio arte materia coram quocunque capitulo collegio et conventu aut iudice regni ordinario atque competenti super ipsis castris atque villis usque modo privilegialiter patenter vel clausaliter ad conservacionem sui iuris quod in eisdem castris atque villis haberent vel se sperarent habituros emanata et confecta coram iisdem suis compositoribus exhibere assumserunt, deo pre oculis habito, et iuxta eorumdem conscienciam in octavis festivitatis Omnium Sanctorum nunc venturis in Vyssegrad vel ibi ubi tunc dominus noster rex exstiterit iudiciarie deliberarent iudicarent et arbitrarentur ac decernerent iudicando super facto castrorum et villarum predictarum, hoc ambe partes pro rato atque firmo velle et nolle ac de necessitate nullius prorsus obviacionis cautela adinventa ac sine omni contradiccione et abdicacione ipsi personaliter aut per legitimum procuratorem ad hec sufficientem ibi comparendo assummere et acceptare, et assumta perpetuo et irrevocabiliter in filios suorum filiorum et heredes conservare tenerentur; hoc adiecto, quod si qua parcium sua instrumenta qualicunque modo vel cautela tunc ibi coram ipsis suis compositoribus et iudicibus exhibere non curarent, mortua cassa et vana haberentur ac nullius vigoris in iudicio vel extra iudicium exhibita obtinerent firmitatem; preterea preallegati Jacobus ac Johannes filii Nicolai filii Batyz, Mareus Nicolaum Clementem et Stephanum filios Stephani filii Mareus, quos idem Jacobus et Johannes in facto premissorum castrorum et possessionum suos esse dicebant expeditores, si vocati sponte ad expediendum eos non venirent et

coram eisdem suis arbitrariis compositoribus comparere renuerent, per formam citacionis iuxta regni consvetudinem citare et ad terminum prenotatum adducere perennaliter responsuros assumserunt; presertim ipse partes concordi voluntate se firmiter obligarunt, quod nulla ipsarum parcium literis domini nostri regis domine regine racione exercitus vel alterius cuiusvis occasionis modo prenotatum factum valeret prorogare; nos autem utpote iudicem ipsorum ordinarium iuxta meritum cause sic placare assumserunt ac si ipse partes iuxta nostram iudiciariam sentenciam in omnibus premissis et in capite convicti haberentur, prout ad omnia premissa . . prememorati Nicolaus filius Benedicti filii Detrici, Stephanus Georgius et Nicolaus se et dictus Stephanus eundem Dominicum fratrem ipsorum, item dictus Nicolaus filius Benedicti de Sceek dictos Johannem et Petrum filios Benedicti prenotatos . . item dicti Johannes et Jacobus filii Nicolai filii Batyz personaliter, ultronea coram nobis obligarunt voluntate. Cuius quidem iudiciarie deliberacionis seriem ipse partes in literis dictorum prelatorum et baronum compositorum videlicet eorumdem, octavo die octavarum festi Omnium Sanctorum predictarum nobis tenebuntur reportare. Datum in Vyssegrad, quintodecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo primo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1547. 82. dipl. lt. 3381. Közli: Kovács N.

73.

1341. Visegrád, máj. 19. Drugeth Villermus nádor, Hector fiainak Erdő-Inota nevü birtokát a reájuk emberölésért kiszabott fejváltság fejében Erdő-Inotai László fiainak ítéli oda.

Nos Wyllermus Druget palatinus et iudex cumanorum . . significamus . . quod cum Stephanus et Dominicus filii Ladislai de Erdewynata, Pethew Gregorium et Paulum filios Hectoris de eadem Erdewynata ad octavas festi nativitatis beate Marie virginis anno domini M° CCC° XL^mo iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Albensis in causam attractos in figura nostra iudiciaria, per exhibicionem litera-

rum privilegialium comitis Pauli iudicis curie . . seriem sui iudicii exprimencium in emenda suorum homicidiorum, scilicet in centum marcis, et per tenorem literarum vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Vesprimiensis in duodecim marcis contra se convictos fuisse demonstrassent, et super ipsis centum marcis ac sua de dictis duodecim marcis cedenda porcione videlicet quatuor marcis sibi satisfaccionem ex parte eorumdem filiorum Hectoris impendi a nobis postulassent, ipso Paulo filio Hectoris pro se personaliter et . . pro eisdem Pethew et Gregorio fratribus suis comparente, se et predictos fratres suos ipsam pecuniam aliunde solvere non habere allegante, ipsas centum et quatuor marcas ipsis filiis Ladislai cum possessionibus suis solvere assummente, nos . . capitulo ecclesie Vesprimiensis scripseramus eo modo, ut ipsi homines ipsorum pro testimonio fidedignos transmitterent, coram quibus homines nostri pro utrisque partibus deputati in octavis medii Quadragesime videlicet quarta feria et diebus octo si fuerit necesse subsequentibus, ad facies possessionariarum porcionum eorumdem filiorum Hectoris ubilibet existencium accedendo, ipsas reambularent, reambulatasque signis pro metis positis a vicinariis possessionibus separarent . . ac cum mensura regali mensurarent si possent, si vero mensurari non possent, visu considerando visa ipsarum qualitate quantitate deo pre oculis habito secundum consvetudinem regni estimarent, de quibus possessionariis porcionibus ad centum et quatuor marcas et non ultra estimatis; si vero possessionarie porciones ipsorum filiorum Hectoris dictas centum et quatuor marcas in estimacione non valerent, tunc pro ipsa pecunia pro qua infra ipsas centum et quatuor marcas fierent estimate, ipsas statuerent eisdem filiis Ladislai perpetuo possidendas si per alios non fieret contradictum, contradictores vero si qui alii fierent, contra eosdem filios Ladislai ad nostram citarent presenciam ad terminum competentem; et post hec omnium premissorum seriem ad octavum diem dictarum octavarum partes nobis in literis eiusdem capituli reportarent. Tandem in ipso octavo die partes literas dicti capituli Vesprimiensis coram nobis presentabant, in quibus comperiebatur, quod iidem filii Hectoris de suis possessionibus pro dictis centum et quatuor marcis eis-

dem Stephano et Dominico non plus nisi viginti quinque iugera terre campestris pro emenda dictorum homicidiorum et iudiciali gravamine in dictis octavis medii Quadragesime presentibus Petro de Akay homine nostro et magistro Cosma canonico testimonio dicti capituli ad id transmisso, convocatis vicinis et commetaneis, suis, statuissent ipsis Stephano et Dominico; predictis filiis Hectoris plures possessiones habere quas si voluissent ac vellent ipsis dare pro dictis eorum debitis potuisse proponentibus et reambulacionem et statucionem earumdem residuarum possessionum vice iterata a nobis eidem capitulo scribere flagitantibus, cum nos altera vice eidem capitulo Vesprimiensi scripsissemus, ut ipsi hominem ipsorum mitterent pro testimonio fide dignum, quo presente Petrus de Akay homo noster in die festi beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XL^mo primo, ad facies universarum possessionum iam dictorum filiorum Hectoris, quas dicti filii Ladislai demonstrarent, accederet, et ipsas infra et non ultra centum et quatuor marcis estimatas . . in quocunque valore et pecunia fierent estimate, statueret predictis filiis Ladislai perpetuo possidendas, sine preiudicio iuris alieni, si non fieret contradictum, contradictores vero si qui fierent, contra eosdem filios Ladislai ad nostram citaret presenciam ad terminum competentem; et post hec rescriberent nobis seriem premissorum. Tandem idem capitulum nobis scripsit tali modo, quod dictus Petrus de Akay homo noster et magister Albertus concanonicus notarius ac testimonium ipsius capituli in die festi sancti Georgii martiris proxime preteriti et duobus diebus sequentibus ad faciem possessionarie porcionis predictorum filiorum Hectoris contra prefatos filios Ladislai in homicidiis eo rumdem convictorum in predicta possessione Erdew - Inata vocata habite, vicinis et commetaines eiusdem universis convocatis presentibus ac unacum eis in reambulacione infrascriptarum terrarum procedentibus, videlicet Monkus filio Laurencii filii Birye generacione dictorum filiorum Hectoris et filiorum Ladislai, Pethew filio Pows, Paulo et Stephano fratribus suis proximis earumdem parcium, item Augustino officiale magistri Laurencii dicti Thoth de villa Sykesdfolwa vocata, Thoma filio Ladislai officiale eiusdem magistri Laurencii de villa

Tunew et Johanne villico de eadem, item Iwan villico de Cherne, Johanne filio Tagadow de Agyagus, item Benedicto et Chakow filiis Monorow de Myller pertinentibus ad castrum Bathurkew, item Michaele filio Fatha officiale Valentini filii Endelych de villa Zapar, vicinis videlicet et commetaneis, ac Thoka serviente predictorum filiorum Hectoris accedendo, reambulassent eandem, ubi et in qua iuxta demonstracionem dictorum filiorum Ladislai et affirmacionem predictorum vicinorum et commetaneorum ac generacionum et proximorum ipsarum parcium et in nullo contradicencium, unum molendinum prope sessionem seu curiam ipsorum filiorum Hectoris existens in tribus marcis parvorum denariorum estimatum, ac ipsam curiam et sessionem cum horto et arboribus fructiferis ibidem existentibus similiter in tribus marcis eiusdem ponderis seu monete estimatam, item quinquaginta sex iugera terrarum in locis infrascriptis declaranda, quodlibet iugerum pro duodecim denariis parvis viennensibus estimando, predictorum filiorum Hectoris esse et per eos ac per patrem eorum, ut dicti homines ipsius capituli et noster sciscitati fuissent, possessas fuisse invenissent, quod quidem molendinum et sessiones ac terras predictas prenominatis Stephano et Dominico filiis Ladislai statuissent possidendas; de quibus iugeribus terre alterum dimidium iugerum haberentur circa quandam arborem piri cuius unus finis venitur ad viam qua ad villam Jasth itur, et alter supra ad meridiem, item quatuor iugera forent iuxta nemus Monorows dictum cuius unus finis ad orientem ad montem Ewrkertuel dictum se extendit, item duo in eodem monte quorum fines ad septemtrionem et meridiem iacent, item similiter duo iugera sunt iuxta locum Koppanhorha dictum quorum unus finis iacet ad orientem ad viam qua in Albam itur, item tria iugera essent quorum unus finis ad septemtrionem et ad ipsum locum Koppanhorha et alter ad meridiem ad vineam Pauli filii Pok se extendunt, item unum iugerum esset iuxta nemus circa locum Mochula dictum cuius finis ad partes meridiei et septemtrionis se extendit, item in valle infra vineam predicti Pauli filii Powk tria iugera quorum fines ad septemtrionem et meridiem iacent, item unum iuger in terra seu loco Bulchusilwaya dicto inter duo nemora

haberentur, item in terra Keumel circa locum inferioris antique piscine tria iugera, item duo in eadem terra Keumel dicta infra magnum lapidem, item in eadem terra Kewmel circa predictum inferiorem stagnum a parte meridiei in latere montis sunt tria iugera, item iuxta fluvium duo iugera quorum unus finis iacet ad orientem ad molendinum Sykusdy et alter ad occidentem ad metam ville Jasth, in quibus iuxta eundem fluvium forent arbores merasi, item unum esset ibidem cuius finis ad meridiem ad viam Chulch et alter finis ad clausuram predicti molendini Sykesdy, item iuxta fluvium Egreg unum iugerum cuius unus finis iacet ad septemtrionem ad clausuram loci molendini Thome filii Thekew et alter ad viam qua in Jasth itur, item secundum iugerum ibidem a meridionali parte ipsius vie iuxta pratum haberentur, item a septemtrionali parte dicti fluvii Egreg alterum dimidium iugerum cuius unus finis supra ad montem ad virgultum Koachharastya dictum et alter ad viam qua itur in Jasth versus meridiem iacet ad terram Burgus dictam, item unum iugerum in eodem ordine et iacet similiter ad ipsum nemus ad viam predictam cum fine, item in loco Kuthfew dicto iuxta pratum a parte occidentis sunt duo iugera que ad septemtrionem uno fine iacent, item ab occidentali parte ipsius prati a parte silve Nyrmegh subtus ipsam silvam sunt similiter duo iugera, item in dicto loco Kuthfew adhuc duo iugera haberentur et iacent uno fine ad septemtrionem ad predictum nemus Koachharastya, item tria iugera sunt subtus montem Suklos dictum quorum unus finis ad ipsum montem ad septemtrionem et alter ad dictum locum Kuthfew ad meridiem iacent, item duo iugera habentur quorum unus finis versus meridiem ad silvam Pethefaya dictam et alter ad partem septemtrionalem se extendit, item iuxta nemus Iwanusberky dictum a parte septemtrionali sunt tria iugera, item supra molendinum predictorum filiorum Hectoris iuxta clausuram eiusdem sunt quatuor iugera, item quinque iugera sunt ante domum Johannis filii Bagamerii et unus finis duorum iugerum ex eis vadit ad pontem qui est ante ipsam domum et alter ad viam Kerezthuth dictam, tria vero iugera eorumdem existunt iuxta eandem viam quorum unus finis extendit se usque Petrustelyke et alter veniret ad eandem viam. Nos

itaque ex suprascripto tenore literarum rescripcionalium ipsius capituli Vesprimiensis sic lucide de premissis statucionibus et distinccionibus possessionariis informati, dictas terras viginti quinque iugerum terre campestris et quinquaginta sex iugerum terrarum in prescripto tenore in locis supradictis uberius declaratarum, cum uno molendino prope sessionem seu curiam ipsorum filiorum Hectoris ac ipsam sessionem et curiam, hortum et arbores fructiferas ibidem existentes, demonstrantibus eisdem filiis Ladislai et affirmantibus superius nominatim expressis generacionibus proximis et commetaneis, ac presente Thoka serviente dictorum filiorum Hectoris reambulatas et demensuratas eisdemque filiis Ladislai nullo contradictore apparente statutas, sub suis veris distinccionibus .. cum omnibus utilitatibus .. prout dicte litere capituli Vesprimiensis describebant, sine diminucione et augmento pro pecuniis in eisdem literis rescripcionalibus contentis, nostra iudiciaria auctoritate ipsis Stephano et Dominico filiis Ladislai in filios filiorum .. iure perpetuo .. possidere .. adiudicamus et exnunc presencium patrocinio confirmamus. Datum in Wyssegrad, duodecimo die quindenarum festi beati Georgii martiris prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo.

A pecsét elveszett; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1711. 7. dipl. lt. 3384. Közli: Kovács N.

74.

1341. Visegrád, máj. 24. I. Károly király Magyar Pál ghímesi várnagynak Adrián nevü Bodrog vármegyei birtokát az ország rendes bíróságainak hatósága alól kiveszi.

Nos Karolus rex .. significamus, quibus expedit universis, quod magister Paulus dictus Magyar castellanus de Gymus fidelis noster ad nostre serenitatis accedens presenciam, aures nostre maiestatis querulose propulsavit, quod iobagiones sui in possessionibus suis Adrian superiori et inferiori vocatis in comitatu de Budrug iuxta fluvium Tycie existentibus commorantes et servientes impossessionati, more aliorum iobagionum suorum in eisdem possessionibus suis residentes, ad presenciam

nonnullorum iudicum et iusticiariorum regni nostri in causis quibuslibet maioribus videlicet et minoribus contra libertatem regni nostri, quod quoslibet homines sepe sepius citarentur resque eorum et bona per comprovinciales prohiberentur, nulla prius ab ipso vel suo officiale iusticia ut conveniens esset postulata, per quod dicte possessiones sue desolaciones non modicas paterentur; supplicans humiliter nostre maiestati, ut super hoc de solita regie pietatis clemencia sibi providere dignaremur remedio opportuno; unde cum libertas regni nostri id requirat ut quilibet querulantes ex parte iobagionum quorumlibet et serviencium impossessionatorum in quibuslibet causis, exceptis furtis publicis latrociniis et causis criminalibus, prius a dominis eorumdem iobagionum vel suis officialibus, iusticiam debeant postulare, et si iidem in reddenda iusticia negligentes exstiterint, extunc non ipsi iobagiones eorum et servientes impossessionati sed idem dominus vel officialis ipsorum ad nostram vel ordinarii iudicis eorum presenciam debeant legitime evocari; igitur volumus et vobis palatino et iudici curie nostre eorumque vices gerentibus necnon comitibus parochialibus et iudicibus nobilium quorumlibet comitatuum, item civitatibus et liberis villis earumque rectoribus et generaliter quibusvis hominibus quocunque honore et titulo prefulgentibus quibus presentes ostendentur, regio edicto firmiter precipimus per presentes, quatenus iobagiones prefati magistri Pauli et servientes impossessionatos more aliorum iobagionum suorum in dictis possessionibus suis residentes, contra libertatem regni nostri in nullis causis, exceptis furtis publicis latrociniis et criminalibus, iudicare vel vestro iudicio astare compellere presummatis, nec res et bona eorumdem aliqualiter audeatis prohibere, si qui autem aliquid accionis vel quescionis contra ipsos iobagiones vel servientes impossessionatos more aliorum iobagionum seu hospitum suorum in dictis suis possessionibus commorantes habuerint, in presencia eiusdem magistri Pauli vel officialis sui exequerentur iusticia mediante, ex parte quorum ipse magister Paulus vel suus officialis quibuslibet querulantibus iusticie satisfaccionem exhibebunt; si vero ipse magister Paulus vel ipsius officialis in reddenda iusticia negligentes quibuspiam exstiterint, extunc non dicti iobagiones et ser-

vientes impossessionati, sed ipse magister Paulus vel suus officialis ad nostram vel ordinarii iudicis eorum presenciam debeant legitime evocari, ex parte quorum nos vel ipsi iudices eorum ordinarii quibuslibet querulantibus iusticie faciemus complementum. Datum in Wyssegrad, in octavis festi Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Vet. Buden. 28. 9. dipl. lt. 3665. Közli: Kovács N.

75.

1341. máj. 25. Az esztergomi keresztesek conventje bizonyítja, hogy Sarlai István, Gyerki Miklós fia Retend részére a kitüzött határnapra tíz márkát nem fizetett le.

Nos conventus cruciferorum ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio damus pro memoria, quod secundum continenciam priorum literarum nostrarum obligatoriarum Stephanus filius Pauli de Sorlou, Rethend filio Nicolai de Gerkey in octavis beati Georgii martiris proxime preteritis decem marcas coram nobis solvere debuisset ut tenebatur, ipsisque octavis advenientibus prefatus Stephanus ipsas decem marcas eidem Rethend solvere non curavit, per eundem Rethend sex diebus continuis expectatus. Datum in festo beati Urbani martiris, anno domini M° CCC° XL^mo primo.

Zárlatán monorú pecsét nyomaival, eredetije a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Tagányi K.

76.

1341. jun. 11. Az egri káptalan előtt Moyus fia Mihály dabosi nemes, Fábiánháza máskép Bohol nevü Szatmár vármegyei birtokát, melyet előbb Bátori Bereczk fiainak elzálogosított, ugyanezeknek örökáron eladja.

.. capitulum ecclesie Agriensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Michaele filio Moyus nobili de Dobus ex una, et magistro Johanne literato serviente et

procuratore magistrorum Johannis et Nicolai filiorum Briccii de Bathur.. pro eisdem dominis suis et.. pro Petro et Benedicto filiis Leukus filiis eiusdem Briccii parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem Michaelem filium Moyus .· propositum exstitit . . quod licet ipse quandam possessionem suam Fabyanhaza alio nomine Bohol vocatam in comitatu Zathmariensi inter possessiones eorumdem filiorum Briccii, Euchd Saruarmonostra Zenthmartun et Bankuetereme nuncupatas existentem, in honore sancti Benedicti abbatis et confessoris ecclesiam lapideam in se habentem, quam ipse pro evitandis quibusdam necessitatibus suis ipsum tunc urgentibus primo mediantibus literis eiusdem capituli Waradiensis in anno domini M° CCC^mo XXX^mo secundo confectis pro octo marcis, et demum iuxta continenciam literarum . . comitis Pauli iudicis curie regie et religiosorum conventuum ac prepositorum monasteriorum sancti Stephani prothomartiris de promonthorio Waradiensi et sancte crucis de Lelez obligatoriarum, que se in facto infraspecificati negocii alternatim respicere dinoscuntur, simul cum excrescencia duplorum principalium debitorum pro septuaginta duabus marcis, quamlibet marcam cum quinquaginta grossis computando, preallegatis filiis Briccii et filiis Leukus pignori obligasset, pro eadem quantitate pecunie ab eisdem filiis Briccii et filiis Leukus ut suum ius coram nobis redimere debuisset, tamen quia ipse unde eandem redimere valeret nimia ad presens inopia oppressus facultatem habere nequivisset . . prefatam possessionem suam titulo iuris hereditarii ipsum contingentem cum omnibus utilitatibus . . tum pro predictis septuaginta duabus marcis tum eciam aliis decem marcis similiter sub predicto compoto ab eisdem filiis Briccii et filiis Leukus plenarie receptis, quarum summa octuaginta duas marcas supplere dinosceretur, dedisset . . memoratis Johanni et Nicolao magistris filiis Briccii, Petro et Benedicto filiis Leukus ac ipsorum heredibus . . iure perpetuo . . possidendam . . insuper obligavit se idem Michael et heredes suos, memoratos filios Briccii et filios Leukus ac eorumdem posteritates ab omnibus consangvineis et proximis suis specialiterque a Lucachio filio Gabrielis de Thokay racione dicte possessionis Bohol alio nomine Fabyanhaza tempore progressivo inquietare

ultentibus semper . . defendere . . In cuius rei testimonium . . presentes contulimus sigilli nostri autentici munimine roboratas, presentibus tamen Nicolao preposito, Johanne custode, Martino cantore dominis, Johanne de Borsod, Dominico de Abawyuar, David de Zabouch, Johanne de Patha, Petro de Heues, Dominico de Borswa archidiaconis . . Datum in festo sancti Barnabe apostoli, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo; regnante Karolo illustri rege Hungarie, Chanadino archiepiscopo Strigoniensi, Colocensi sede vacante, et . . N(icolao) episcopo Agriensi existentibus.

Az ép pecsét sárga selyem-sodraton függ; alúl chyrographum rajta; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 841. 10. dipl. lt. 3389. Közli: Kovács N.

77.

1341. jun. 16. A pozsonyi káptalan kiküldöttje előtt a padáni nemesek azon határjárási perben, melyet a peténvi nemesek ellen folytattak, ügyvédet vallanak.

Capitulum ecclesie Posoniensis significamus . . quod magister Johannes filius Alexandri socius et concanonicus noster et Michael dictus Choaka officialis magistri Philippi vicecomitis Posoniensis in Chollokuz, ac Dominicus filius Stephani unus quatuor iudicum nobilium provincie, nostri presenciam personaliter adeuntes profitebantur, quod cum ipsi feria tercia proxime preterita ad perambulandum possessionem nobilium de Padan et metas renovandum de mandato dicti magistri Philippi vicecomitis Posoniensis accessissent, universi nobiles de dicta possessione Padan, scilicet singuli singulariter in eorum presencia constituti, causam eorum quam contra nobiles de Pethen scilicet Nicolaum filium Jacobi, Paulum filium Benedicti, Petrum filium Buhte, Johannem et Nicolaum filios Petri, Stephanum filium Martini, Nicolaum et Moius filios Myko, Matheum filium Mathe, Chuka filium Jacobi, Paulum filium Banko, Andream filium Chete, Jacobum filium Nicolai, Paulum filium Simonis, Mathiam filium Loth, Domi-

nicum filium Pauli, Gregorium filium Wogya et Johannem ac Petrum filios Thome super eo quod iidem nobiles de Pethen eos ab ereccione et renovacione metarum possessionis Padan prohibuerunt, forent moturi seu movissent, cum quibuslibet articulis cause eiusdem in presencia cuiuslibet iudicis, a data presencium ad usque finalem divisionem eiusdem cause, Petro filio Budow, Blasio filio Egidii, Nicolao filio Laurencii, Nicolao filio Zegyes, Dominico filio Petri, et Nicolao filio Salus de eadem Padan nobilibus, ipsis simul et cuilibet eorum per se et in solidum, iidem vero videlicet Petrus filius Budow, Blasius filius Egidii, Nicolaus filius Laurencii, Nicolaus filius Zegys, Dominicus filius Petri et Nicolaus filius Salus personaliter coram nobis constituti, eandem suam causam inter se alter alteri tamquam suis veris et legitimis procuratoribus commiserint prosequendam .. Datum sabbato proximo post festum beatorum Viti et Modesti martirum, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetijét Varga Márton úr közölte Kaposvárról.

78.

1341. Micske, jun. 27. Drugeth Villermus nádor Bihar és Kraszna megyék részéről közgyülést tartván, a megye tisztviselői Kállay Iván és társai Hene nevü birtokára vonatkozólag tanuskodnak.

Nos Wyllermus Druget palatinus et iudex comanorum .. significamus .. quod in congregacione nostra generali cum universis nobilibus et ignobilibus Byhor et Karazna comitatuum feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste apud villam Myxe celebrata, inter cetera magister Iwan filius Egidii de Kallo suo personaliter, Emerici et Petri filiorum Simonis fratris sui nomine de medio universorum consurgendo proposuit eo modo, quod dominus noster rex in suarum aliquarum recompensacionem fidelitatum quandam possessionem Lothardi patris Pauli infidelis notorii

eiusdem in comitatu Zabolch existentem Hene vocatam, ipsis iure perpetuo contulisset possidendam, nec unquam aliorum hominum memorata possessio exstitisset ad memoriam hominum nisi Lothardi memorati; cuius dicta iudices iurati et universi nobiles per nos pluries requisiti unanimiter et concordi voce dictorum comitatuum confirmarunt. Datum tercio die congregacionis nostre antedicte et loco prenotato, anno domini M° CCC° XL^mo primo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. fl. A. 830. 2. dipl. lt. 3392. Közli: Kovács N.

79.

1341. Visegrád, jun. 28. Pál országbíró Demeter fiának Kakasnak Sópatakon levő birtokát, Sópataki Péter fiai ellenében Pethene fiának Jakabnak ítéli.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum Jacobus filius Pethene de Sowpatak Nicolaum et Johannem filios Petri de eadem Sowpatak legitime citacionis modum observando contra se ad regiam presenciam in causam attraxisset, et ipsa causa quibusdam prorogacionum cautelis intervenientibus ad octavas festi beati Georgii martiris anno in presenti preteritas modo dilatorio devenisset, tandem ipsis octavis occurrentibus prefatus Jacobus filius Pethene de Sowpatak ad nostram accedendo presenciam contra eosdem Nicolaum et Johannem filios Petri de eadem Sowpatak in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod possessionariam porcionem quondam Kokos filii Demetrii fratris ipsorum patruelis in eadem possessione Sowpatak habitam, ab eisdem filiis Petri in suam et dicti Kokos filii Demetrii in divisionem perpetuam devolutam, predicti filii Petri statim defuncto predicto Kokos in suum preiudicium potencialiter occupassent et detinerent occupatam, cuius occupacionis et detencionis racionem scire vellet ab eisdem; quo audito predictus Nicolaus filius Petri pro se personaliter et pro prefato Johanne fratre suo consurgendo responderat eo modo, quod ipse Kakas et Jacobus unam et communem divisionem perennalem

ab ipsis pro se habuissent, ipse et dictus frater suus premissam possessionariam porcionem quondam prefati Kakas non occupassent nec detinerent occupatam; quibus perceptis quia prefatam possessionariam porcionem quondam prefati Kokos in dicta possessione Sowpatak habitam, per modum perpetue divisionis eidem Kokos et Jacobo filio Pethene devolutam ab eisdem non abnegabat, ideo capitulo Scepesiensi scribendo eorum amiciciam duxeramus postulandam, ut ipsi hominem eorum pro testimonio fidedignum transmitterent, quo presente Gregorius filius Georgii de Wasarhel vel Chel de Komlous aut Ipolitus de Salgow aliis absentibus homo domini regis in octavis festi Penthecostes tunc venturis ad faciem predicte possessionarie porcionis quondam predicti Kokos in dicta possessione Sowpatak habite accedendo .. reambularet eandem .. sicque reambulatam .. non obstante contradiccione dictorum filiorum Petri, statueret ipsi Jacobo filio Pethene eo iure quo sibi dinoscitur pertinere perpetuo possidendam si per alios non fieret contradictum, contradictores vero si qui fierent, citaret contra ipsum Jacobum filium Pethene ad regiam presenciam ad quintum decimum diem dicte possessionarie reambulacionis racionem sue contradiccionis reddituros; particulam enim possessionariam per quempiam prohibitam signis metalibus consignando et regali mensura mensurando estimaret regni consvetudine exigente.. Tandem idem capitulum Scepesiense.. in eorum literis per prelibatum Jacobum filium Pethene .. nobis exhibitis rescribebant regie celsitudini eo modo, quod predictus Ipolitus homo domini regis unacum ..* Gregorio presbitero chori ipsorum prebendario homine eorum, in octavis festi Penthecostes predictis proxime preteritis ad faciem supradicte possessionarie porcionis quondam Kokos supradicti in dicta possessione Sowpatak existentis accedendo, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et presentibus reambulasset eandem, reambulatamque per veras metas et antiquas, medietatem premisse possessionis Sowpatak a parte meridionali existentem cum medietate iuris patronatus ecclesie ibidem et omnibus aliis utilitatibus eiusdem .. statuisset ipsi Jacobo filio Pethene perpetuo possidendam, nullo existente penitus contradictore; nsuper ipredicti Nicolaus et

Johannes confessi fuissent coram predictis hominibus regio et capituli, universa . . instrumenta super predicta possessione Sowpatak habita ipsi Jacobo et fratribus suis fore communia, ac instante necessitate eadem, pro ipso Jacobo et fratribus suis sicut pro se ipsis exhibere tenerentur; unde quia prefata possessionaria porcio quondam prelibati Kokos, videlicet medietas dicte possessionis Sowpatak a parte meridionali existens cum medietate iuris patronatus ecclesie aliisque suis utilitatibus prefato Jacobo filio Pethene nemine contradictore existente statuta fore ex serie predictarum literarum capituli Scepesiensis reperiebatur, ideo eandem eidem Jacobo filio Pethene eo iure quo sibi dinoscitur pertinere, adiudicavimus sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidendam . . Datum in Wyssegrad, duodecimo die termini reportacionis seriei premissorum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Selyem-foszlányon függő pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Sóvári Soós cs. ltárában. Közli: Komáromy A.

80.

1341. jun 29. A bácsi káptalan jelentése I. Károly királyhoz, hogy Nagy Péter fiainak Bathyán és Belkulud nevü Bodrog vármegyei birtokaiban határt járatott.

. . Karolo . . regi . . capitulum ecclesie Bachiensis . . literas vestre regie maiestatis . . recepimus sub hac forma: Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Bachiensi . . Dicunt nobis magistri Thomas et Petheu filii Petri magni quod quedam possessiones ipsorum Bathyan et Belkulud vocate in comitatu de Budrug existentes, reambulacione metarum ereccione et ab aliorum possessionibus separacione . . indigerent; super quo . . mandamus, quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius Mark vel Johannes filius Laurencii aut Thomas filius Michaelis de Dorozlou aliis absentibus homo noster accedat ad faciem predictarum possessionum . . reambulet . . reambulatasque relinquat predictis

magistris Thome et Petheu perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, contra eosdem magistros Thomam et Petheu ad nostram citet presenciam . . Datum in Wyssegrad, secundo die beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo. Nos itaque . . unacum predicto Johanne filio Laurencii homine vestro nostrum misimus hominem videlicet magistrum Thomam concanonicum nostrum ad premissa exequenda pro testimonio fide dignum, qui deinde ad nos reversi . . retulerunt, quod idem homo vester sub testimonio predicti hominis nostri feria quarta et quinta proxime post octavas festi beati Stephani regis, ad faciem earumdem possessionum Bothyan et Belkulud vocatarum in comitatu Budrugiensi existencium accedendo, easdem per veras metas suas et antiquas a parte possessionum Budrug et Vdvart . . reambulasset et reambulatas sub eisdem metis suis a parte Budrug et Udvart predictis existentibus evidenter apparentibus, predictis magistris Thome et Petheu eo iure quod ad ipsos pertinere dinoscuntur, statuisset perpetuo possidendas, populis in eadem Udvard in nullo contradicentibus; cives vero et hospites de eadem Budrug legitime convocati illuc accedere noluissent, asserentes quod ipsos (. . . . .) super eorum iuribus predictarum possessionum suarum suis terminis et limitibus de terris et utilitatibus civitatis eiusdem Budrug separacione et distinccione ubique bene apparenti mete et signa sequestrarent et dividerent ab invicem, in nullo contradictores exstitissent. Datum feria sexta proxima post festum decollacionis beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo CCC^mo XL^mo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a gr. Forgács cs. ltárában. Közli: Komáromy A.

81.

1341. Visegrád, jul. 3. I. Károly király az ország bírói hatóságait utasítja, hogy Gyula fiának Andrásnak és rokonainak osztályos ügyökben addig ne járjanak el, míg Gyula fia András, a tengeren túlról András királyi herczeggel vissza nem érkezik.

Karolus .. rex .. prelatis baronibus comitibus parochialibus vel vicecomitibus et iudicibus nobilium quorumlibet comitatuum et eorum vices gerentibus quibus presentes ostendentur .. cum Nicolaus filius Jule serviens domini Andree ducis Calabrie filii nostri karissimi in partibus transmarinis in serviciis eiusdem filii nostri sit constitutus et ob hoc ipse in causis suis coram vobis comparere non possit, et Gregorius frater suus uterinus ac Andreas frater eiusdem Jule item Andreas et Georgius filii Andree fratres sui patrueles pro eo quia possessiones indivisas habeant absque ipso Nicolao in causis suis possessionariis respondere non valeant, volumus .. et districte precipiendo mandamus, quatenus universas causas Nicolai et Gregorii filiorum Jule, Andree fratris ipsius Jule item Andree et Georgii filiorum Andree, tam per ipsos contra alios quam per quoslibet alios contra ipsos in quibuslibet terminis motas coram vobis et movendas, sine gravamine iudiciali vel pondere aliquali usque redditum predicti Nicolai filii Jule de partibus transmarinis ad propria, prorogare debeatis statu priori permanente, super quibuslibet possessionibus eorum indivisis sicut predicimus motas et movendas causas eorumdem. Datum in Alto Castro, feria tercia proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° XL^mo primo.

Hátlapján gyűrűs pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1698. 35. dipl. lt. 3395. Közli: Kovács N.

82.

1341. Visegrád, jul. 10. I. Károly király Kompoldfi Péter fiai István és Kompold kérésére, ezeknek Heves vármegyei Szakálos nevü birtokát illetöleg, Heves vármegye alispánját és bírótársait vizsgálatra küldi ki.

Karolus .. rex .. comiti vicecomiti et iudicibus nobilium de Heueswyuar .. dicunt nobis Stephanus et Kompoldus filii Petri filii Kompoldi, quod quedam possessio Zakalus vocata in comitatu Heueswyuar existens, quam per nostram maiestatem predicto Petro patri ipsorum pro fidelibus suis serviciis asserunt fore collatam, ab avo et protavo Pauli filii Sech hominis sine herede defuncti fuisset hereditaria et nunquam ad Samyl filium Johannis nec ad David fratrem suum nec ad patrem et avum ipsorum ipsa pertinuisset nec nunc deberet pertinere, quare .. precipimus per presentes, quatenus unum vel duos mittatis ex vobis viros idoneos, qui ab omnibus quibus decuerit sciant et inquirant de eo, utrum predicta possessio Zakalus ab avo et protavo prefati Pauli filii Sech fuerit hereditaria, vel ad predictos Samyl et David fratrem suum necnon ad patrem et avum eorumdem pertinuerit vel ne, omnimodam veritatem, et post hec prout vobis veritas constiterit premissorum, nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria tercia proxima ante festum beate Margarethe virginis, anno domini M° CCC° XL^mo^ primo.

Heves vármegye alispánjának és bírótársainak 1341. jul. 25-én kelt jelentéséből, mely szerint a kérelmezők előadása a teljesített vizsgálat következtében valónak bizonyúlt; a jelentés eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 432. 30. dipl. lt. 3397. Közli: Kovács N.

83.

1341. jul. 15. A jászói convent előtt Kemey Miklós comes Kapa nevű Esztergom megyei birtokát Rozgonyi Péter és László Hidvég nevű Újvár megyei birtokáért elcseréli.

Nos Paulus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazow damus pro memoria, quod comite Nicolao filio Johannis de Kemey ab una, Petro vero filio Ladislai et Ladislao filio Johannis de Ruzgun parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, propositum exstitit per partes . . quod . . inter possessiones ipsorum, videlicet possessionem Kapa vocatam que Nicolai memorati in comitatu Strigoniensi, et possessionem Hydweyg vocatam que Petri et Ladislai supradictorum in comitatu Wyuariensi dignoscuntur contineri, tale concambium fecissent et ordinassent, quod possessio Hydwyg comiti Nicolao et possessio Kapa Petro et Ladislao, cuilibet ipsorum cum omnibus utilitatibus . . in heredes cessisset possidenda; et in quindenis beati Jacobi apostoli nunc venturis simul omnes pariter unacum filiis ipsorum sine omni crastinacione sub vinculo infrascripto deberent coram capitulo Agriensi comparere et ipsum concambium privilegio eiusdem confirmare, et si qua parcium ipsum concambium refutaret vel non compareret, absque strepitu iudicis pene viginti marcarum pars negligens parti concambium acceptanti subiaceret eo facto. Datum feria quinta proxima post octavas nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1017. 11. dipl. lt. 3396. Közli: Kovács N.

84.

1341. jul. 22. István pilisi apát Jakab pozsonyi birót a Homoró vize fölött a Csalló közben fekvő birtokban a kikötött bérfizetés mellett megerősíti.

Nos frater Stephanus . . abbas et conventus monasterii beate virginis de Pylys . . significamus . . quod providus vir Jacobus filius Alberti dicti Hombath civis in Posonio, necnon unacum eodem discreti iuvenes Nicolaus et Johannes filii Henrici fratris eiusdem Jacobi personaliter nostri in presenciam adeuntes profitebantur. quod ipsi possessionem seu hereditatem ipsorum videlicet allodium super aquam Humuro in Chollokuz in vicinitate terre Pruk iacens, cum universis utilitatibus eius . . quam scilicet terram a . . fratre Stephano abbate per prius providus vir condam comes Albertus Hombatho memoratus. feudi titulo, scilicet pro censu singularum viginti pensarum annis singulis memorato monasterio beate virginis in Pilys . . persolutarum . . iure perpetuo in filios filiorum . . irrevocabiliter possidendam . . ut certo cercius in literis privilegialibus condam fratris Stephani abbatis memorati vidimus compararat. dehinc nihilominus . . fratrum Stephani et Haymonis eiusdem monasterii beate virginis abbatum . . predecessorum nostrorum, et specialiter . . Karoli . . regis . . tamquam patroni monasterii nostri predicti, et nostris ad id confirmacionibus efficacibus subsecutis . . comiti Jacobo filio Dyeprehti iudici dicte civitatis Posoniensis, qui eciam coram nobis presens astitit. pro trecentis et septuaginta talentis ab eodem ex integro habitis et perceptis, ipsi inquam comiti Jacobo et eius heredibus . . iure perpetuo . . vendidissent, imo coram nobis vendiderunt . . totum ius proprietatis . . penitus et omnino in ipsum comitem Jacobum filium Dyeprechti et eius heredes . . irretractabiliter ex huiusmodi vendicionis titulo transfundendo transtulerunt . . supplicantes nobis . . ut cum nos ad ipsam terram tamquam domini terre ius dominii habere dinoscamur, huiusmodi ipsorum vendicioni et emcioni nostrum consensum adhibere dignaremur . . Nos itaque eorum benedigne precum instanciis admittendis iusto favore ir

nati, considerantes eciam quia ipsius terre per prius factam locacionem . . abbatum prefati nostri monasterii . . presertim ipsius . . Karoli sanis consensibus et iustis favoribus ac nostris per instrumenta efficacia confirmatam retractare nequeamus, eciam quia ipsum comitem Jacobum in multis ipsius sacri monasterii negociis arduis et aliis quibuslibet factis nostris, suis consiliis et laboribus necnon expensis multipliciter favorabilem conspeximus et speramus fieri ut promisit fide data in futurum, huiusmodi vendicioni et emcioni salvis dicti monasterii beate virginis iuribus universis, videlicet censu perpetuo duarum marcarum ipsi nostro monasterio et fratribus dei ministris in eodem annis singulis in beati Michaelis archangeli festo persolvi debendis, et dominii iure quod pro nobis imo pro ipso nostro monasterio penitus volumus reservari, nostrum consensum prebemus . . ius quidem dominii quod pro nobis reservamus est, quod si idem comes Jacobus filius Dyeprehti vel eius successores dicte possessionis qualibet alienacioni a se aliquo tempore intenderent, absque abbatis et conventus monasterii beate virginis de Pilysio supradicti licencia et consensu id facere prorsus non valeant nec presummant. In cuius rei testimonium presentes nostrorum abbatis videlicet et conventus sigillorum appensionibus consignatas eidem comiti Jacobo filio Dyprechti duximus concedendas. Datum die dominica in festo beate Marie Magdalene, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Kivül: Ex literis magnifici Nicolai comitis Posoniensis, anno domini 1324. confectis extractum:

Pensa denariorum Viennensium apud antiquos tantum valebat et faciebat quantum apud nos quadraginta denarii hungaricales, quorum unus valet tres Viennenses. Scripsit haec 4. die apr. 1559. Johannes ab Wylak episcopus Thinniniensis abbas Pilisiensis et S. Caes. Mattis Ferdinandi regisque Hungariae Consiliarius etc.

Az apát monorú, és a convent kerek alakú pecsétje megyszín és sárga selyem zsinóron függnek egymás mellett; az oklevél eredetije a gr. Forgács cs. ghimesi ltárában. Közli: Pesty Frigyes.

85.

1341. Visegrád, jul. 29. Tamás erdélyi vajda tudatja Endrjin kamarai gróffal, hogy a margit-szigeti apáczák jobbágyai a kamara haszna terhétől mentesek.

Thomas woyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . magistro Endurlino dicti Chempulini comiti camararum regalium Quinqueecclesiensis et Sirmiensis, aut pro tempore constituto et eius procuratoribus . . Noveritis, quod . . sancte moniales de Insula Leporum, instrumentis eorum privilegialibus mediantibus multum efficacibus domino nostro regi et suis barronibus evidenter declararunt, ut lucrum camere regie sui iobagiones ubique in regno constituti solvere non tenerentur et similiter idem dominus noster rex commisit ut nec solvere teneantur nec deinceps debeant; ideo auctoritate iudiciaria qua fungimur, nobisque commissa, vobis iniungentes mandamus, quatenus lucrum camere regie prout in literis regalibus super hoc idem vobis destinatis videbitis contineri, super iobagiones predictarum dominarum sub cameris predictis constitutis exigere vel exigi facere nullatenus presummatis. Tibi autem homini nostro cum eodem comite camere regie procedenti similiter precipimus, ut ad exigendum lucrum camere ad iobagiones dictarum dominarum ubique in regno existentes ire non presummas. Datum in Wyssegrad, quinto die festi beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival: eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 64. 9. dipl. lt. 3406. Közli: Kovács N.

86.

1341. aug. 3. Az egri káptalan jelentése I. Károly királyhoz Hangoni Gál és Egyed Busdarvölgye nevü Gömör vármegyei birtokának határjárásáról.

.. Karulo .. regi .. capitulum ecclesie Agriensis .. literas vestre excellencie recepimus in hec verba: Karolus .. rex .. capitulo ecclesie Agriensis .. dicit nobis Gaal filius Stephani de Hangun sua et Egidii filii Johannis de eadem Hangun in persona, quod quedam possessio ipsorum hereditaria Busdarvolge vocata in comitatu Gumoriensi existens metarum renovacione et reambulacione plurimum indigeret; super quo .. precipimus .. quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Mauricius de Bolug vel Laurencius de eadem Bolug aut Abram filius Johannis aliis absentibus homo noster ad faciem predicte possessionis accedendo et ibidem .. reambulet eandem .. reambulatamque .. relinquat eam predictis Gallo et Egidio perpetuo possidendam .. Datum in Wyssegrad, feria quinta proxima ante festum beate Margarete virginis et martiris, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo. Nos igitur .. cum prefato Mowrichio homine vestro nostrum hominem .. Stephanum sacerdotem de choro nostro transmisimus pro testimonio ad premissa mandata vestra exequenda, qui quidem homo vester demum ab nos reversus nobis retulit eo modo, quod ipse unacum dicto testimonio nostro in festo ad vincula sancti Petri apostoli videlicet feria quarta iam preterita, accessissent ad faciem possessionis Busdarwolge prenotate et eandem vicinorum et commetaneorum ipsius universorum legitimis convocacionibus factis et eisdem presentibus, specialiterque presentibus Nicolao et Paulo filiis Petri, Beke filio Pool, Johanne filio Mathei, comite Poch generacionibus predictorum Galli et Egidii, item comite Nicolao filio Pauli de Jene et Paulo dicto Nemeth procuratoribus Dionisii bani de Zeurinio et magistri Petri filii Desew filii Lorandi, per suas antiquas metas reambulassent, reambulatamque cum eandem novarum metarum ereccionibus a vicinariis possessionibus undique separare et cum suis utilitatibus

quibuslibet . . predictis Gallo et Egidio iuxta continenciam preallegatarum literarum vestrarum et vigorem, perpetuo possidendam statuere voluissent, tandem Lampertus filius Ladislai de Hangun . . . . . egozio et Lazaro filiis suis, ipsos non a reambulacione sed ereccione metarum dicte possessionis Busdarwolge et totali statucione . . . . . Gallo et Egidio quo supra facienda prohibuissent nemine alio contradictore apparente; quos quidem Lampertum, Lazarum . . . . . dem die et loco contra memoratos Gallum et Egidium ad vestram citassent presenciam, octavas Assumcionis beate virginis iam . . . . . coram vobis comparendi assignando . . Datum feria sexta proxima post octavas sancti Jacobi apostoli, anno domini M . . . . . .

Pecsét nyomaival; egérrágta eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 54. dipl. lt. 3399. Közli: Kovács N.

87.

1341. aug. 7. Az esztergomi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Tamás liptói főispán követelését Hannus esztergomi polgár utódai kielégítették.

. . Karolo regi . . Nicolaus prepositus et capitulum ecclesie Strigoniensis . . vestre excellencie literas . . noveritis nos recepisse . . in hec verba: Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Strigoniensis . . Dicit nobis magister Thomas comes Liptoviensis, quod ipse viginti tres tunellas vini sui in civitate Strigoniensi in proprio cellario suo existentes cuidam homini nomine Hannus de eadem pro septuaginta marcis vendidisset, insuper decem marcas in promtis denariis eidem dedisset et concessisset restituendas, et eciam domos suas in predicta civitate existentes . . idem Hannus ab ipso usque festum beati Michaelis archangeli proxime venturum conduxisset et appreciasset pro decem marcis causa commorandi, et ipso magistro Thoma in nostris serviciis Lyptovie existente, predictus Hannus viam universe carnis implevisset, et vineas suas et res quevis bona sua aliqui tam manifeste quam occulte occupa-

sent, eidem magistro Thome de predicta pecunia satisfacere non curantes; super quo precipimus vobis . . quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fide dignum, quo presente Vitus vel Valentinus cives de eadem vel Johannes filius Dominici aliis absentibus homo noster accedat ad ipsam civitatem vel alias quo necesse fuerit, et ubicunque idem magister Thomas vel apud quoscunque et specialiter circa Jensul proximum predicti Hannus, vineas et quelibet bona ipsius Hannus invenerit vel fore sciverit, pro eodem magistro Thoma debeat prohibere, detentoresque earumdem contra eundem magistrum Thomam ad nostram citet presenciam ad terminum competentem; et post hec diem prohibicionis citacionis nominaque citatorum et terminum assignatum cum tocius facti serie nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria sexta proxima post festum ad vincula beati Petri apostoli, anno domini M° CCC° XL^mo primo. Nos igitur preceptis vestre maiestatis obtemperantes ut tenemur, cum predicto Valentino cive de prelibata civitate Strigoniensi homine vestre serenitatis, nostrum misimus hominem pro testimonio, videlicet Sebastianum sacerdotem chori nostri prebendarium, qui tandem ad nos reversi retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima ante festum beati Laurencii martiris cum iudice et universis civibus civitatis Strigoniensis et specialiter cum Jenslino et Friderico propinquioribus eiusdem Hannus ad faciem duarum vinearum, unius videlicet in territorio Strigoniensi prope quendam fontem Vrkuta vocatum existentis, et alterius in territorio ville Belboyun vocate adiacentis accessissent, idem magister Thomas eosdem proximos predicti Hannus et alios quoslibet requisivisset, utrum de ipsa pecunie quantitate qua sibi ipse Hannus tenebatur, vellent satisfacere nec ne, dixissent se non habere satisfaciendi facultatem, tamen ipsum Hannum in predicta pecunie quantitate debitorem ipsi magistro Thome fassi extitissent; et quia nullus ex proximis suis ipsam pecuniam eidem magistro Thome solvere assumsisset, prenotatas duas vineas ipsius Hannus, quas liberas et salvas a quorumlibet manibus ac debiti impedimento invenissent, prelibato magistro Thome pro memorata sua pecunia assignassent cum omnibus suis utilitatibus . . et quamvis quidam iudeus Strigoniensis, nomine

Lazarus, tempore statucionis et assignacionis ipsarum vinearum contradiccionis obviaculo institisset, tamen coram nobis postmodum personaliter comparendo dixit se nullum ius de eisdem vineis habuisse vel habere, nec exinde aliquam contradiccionem pretenderet in premissis, sed pacifice et libere statucionem ipsarum vinearum fieri admisit coram nobis. Datum feria tercia proxima ante festum beati Laurencii martiris prenotatum, anno vero domini prenotato.

I. Károly királynak 1342-ik évi január 13-án »magister Thomas filius Petri comes de Lyptou et castellanus de Choukakw« kérelmére kibocsátott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 688. 45. dipl. lt. 3456. Közli: Kovács N.

88.

1341. aug. 8. A szepesi káptalan előtt Pyukfalvi Mihály és nővérei, Erzsébet nővérüket és ennek gyermekeit az atyai örökségből kielégítik.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod Michael filius Jan et Lilium soror sua et Hank filius eiusdem domine ac Egidius filius Petri pro domina Elizabeth consorte sua et Paulus filius eiusdem Petri pro domina Kathus similiter sua consorte filiabus Thome nepotis dicti Jaan de Pyukfolua parte ab una, ac domina Elizabeth filia predicti Jaan cum filio suo Laurencio ac filiabus suis Oleyt et Margaretha ab altera coram nobis personaliter constituti, per eosdem propositum exstitit . . quod super facto porcionis hereditarie dictam dominam Elizabeth, filium ac filias eiusdem predictos contingentis taliter . . concordarunt coram nobis, ita quod predictus Michael duo iugera terre arabilis de quibus unum situatur foris (így) villam supra montem iuxta lapidem, secundum autem iuger situatur iuxta paludem et iuxta terram Egidii predicti, domina vero Lilium predicta et filius suus Hank terciam partem horti ipsorum iuxta curiam iobagionem (így) Lorandi sitam . . et duo iugera terre arabilis sue de quibus unum situatur foris ipsam villam supra montem

circa terram Lorandi cum uno fine tendens ad metas Quintifori seu sancti Ladislai, secundum iuger situatur retro querquetum (így) iuxta terram eiusdem Lorandi inferius, iidem Egidius et Paulus nomine dictarum dominarum Olleyt et Margarethe consortum suarum tria iugera terre arabilis simul circa invicem sita ultra rivum ante villam Abram cum fine suo cuncia super terram Hank prenotati, intra metas dicte ville. Pyuk existencia, cum omnibus utilitatibus dedissent . . eidem domine Elizabeth, filio et filiabus suis racione porcionis ipsorum ipsis de hereditate dicti Jan provenientis filiis et heredibus suis iure prepetuo . . possidenda . . et dicta domina cum filio et filiabus suis predictis confessi sunt se de predictis contentari, hoc eciam vinculo non pretermisso, quod si predicta domina Elizabeth aut filiŭs suus Laurencius aut filie eius predicte litem racione porcionis Michaelis et reliquis supradictis moverent, pena calumnie convincerentur eo facto. Datum feria quarta proxima ante festum sancti Laurencii martiris, anno domini M° CCC° XL^mo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a M. T. Akademia könyvtárában. Közli: Komáromy A.

89.

1341. aug. 12. A szepesi káptalannak jelentése I. Károly királyhoz Telkibánya város határának megjárásáról.

. . Karolo . . regi . . capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . literas excellencie vestre . . recepimus in hec verba: Karolus . . rex . . capitulo ecclesie Scepusiensis salutem et graciam. Noveritis quod transmisimus magistrum Nicolaum filium Peteuch magistrum ianitorum nostrorum et discretum virum Paulum plebanum de Zeuleus dilectos et fideles nostros homines ad hoc, ut coram testimonio vestro montane nostre Telukbanya vocate metas dare et erigere debeant perpetuo duraturas; quapropter.. mandamus, quatenus mittatis unum ex vobis . . pro testimonio, coram quo dicti fideles homines nostri ipsas metas dicte montane dent et erigant, prout per nostram maiestatem eis est commissum; et

post hec cursum ipsarum metarum cum serie tocius facti nostre maiestati fideliter rescribatis. Datum in Alto Castro, feria quinta proxima post festum beate Margerete virginis et martiris, anno domini M° CCC° XL^mo primo. Nos itaque . . unacum predictis magistro Nicolao magistro ianitorum vestrorum, domino Paulo plebano de Zeleus . . unum ex nobis . . Beke fratrem et concanonicum nostrum misimus ad premissa vestra mandata exequenda, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod feria tercia proxima ante octavas festi beati Jacobi apostoli ad faciem premisse montane vestre Telukbanya accedendo, metas infrascripti cursus eidem dedissent erigendo perpetuo duraturas: prima meta incipit in cacumine nigri montis et inde descendit ad fluvium unum ad partem occidentalem qui vocatur Kysbikud, et deinde descendendo ad latus ipsius Ikurhyg et ibi cadit ad unam viam et mons remanebit civitati, ac deinde descendendo in Eurhig in fine terre arabilis sunt due mete terree, una est castri Gunch et alia predicte civitatis, deinde eundo vadit ad unam metam per ipsos de novo erectam, deindeque descendendo ad unam vallem sunt due mete terree et una renovata, ac deinde in eadem valle descendendo ad fines vinearum, abinde ad magnam viam que venit de Gunch et vadit ad Vereg ubi sunt due mete terree et una renovata, et deinde transit fluvium Vereg, perveniendo ad unam viam et transeundo ipsam viam est una meta terrea, et in una parva valle ascendendo vadit ad viam magnam que venit de Gunch et vadit ad Wyvar, abhinc in fine vinearum ad bonum spacium eundo ad magnam viam ubi sunt due mete terree et una renovata, deinde vadit ad septemtrionalem partem ubi est una meta terrea, et ibi cadit ad antiquam viam supra per rubetum et ibi cadit ad viam que vadit in Teluky, et inde ascendendo ad partem septemtrionalem vadit ad unum fontem qui vocatur Mohosfeu, et iste mete separant Wyuar et Panyk a civitate Teluky predicta; ab his metis ascendit ad magnum montem qui mons usque ad vineas remanebit civitati, vinee ac terre arabiles remanebunt predicte ville Panyk, et deinde similiter ad occidentem vadit ad unum fluvium, et inde in una magna via vadit ad unam arborem que vocatur chunkatulfa, sub qua est una meta terrea, et deinde ad

partem septemtrionalem vadit ad duos montes Ikurhig, et unus mons remanebit ville Ponyk et alter civitati sepedicte, et inde vadit ad metas currentes ubi terra vocatur Pukuskhaza, deindeque descendit ad Cheuspatak ubi sunt tres mete, quarum una ville Ponyk, alia ville Kekyd et tercia ipsius civitatis, abhinc vadit ad unam metam terream ubi terra vocatur (. . . . .) mezeuforka, et inde descendit ad fluvium Karuluspotaka et inde (. . . . .) ad montem qui vocatur Zoluk, et media pars montis remanebit ville Keykyd et ville Nadasd et alia civitati, et inde ad partem orientalem descendit ad Zulukmachara, deinde vadit ad viam que (. . . . .) Garusrakus, et de Garusrakus vadit ad unam parvam vallem et inde ad fluvium Gu(. . .)ezpataka, et inde (. . . . .) yrhig et deinde vadit ad metas ville Radka et inde (. . . . .) ad magnum spacium usque idem fluvius cadit in fluvium Ranyoua et in eodem Ranyoua ad magnum spacium (. . . . .) ad partem meridionalem, abinde exit procedendo ad montem Sumhig ad (. . . . .) spacium eundo vadit ad priorem metam, deinde ad cacumen predicti nigri montis et sic (. . . . .) dicte civitati . . terminantur; quicquid autem ultra premissa vestre maiestati eidem civitati (. . . . .) in vestra consistit maiestate. Datum die dominico proximo post dictas octavas festi beati Jacobi apostoli, anno domini supradicto.

I. Károly királynak 1341-ben kelt s a végén már nagyon elhalványúlt megerősítő leveléből, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 715. 13. dipl. lt. 3402. Közli: Kovács N.

90.

1341. aug. 15. Esztergom város bírája és esküt társai bizonyítják, hogy Hannus esztergomi polgár fiai atyjuk tartozására nézve Tamás liptói főispánt egy szőllővel elégítették ki.

Comes Stephanus Frank iudex, comes Stephanus filius Godini, Georgius filius Rubini, comes Wallentinus, Geletus dictus de Boioth, comes Merclinus, Stephanus filius Hermani,

Geletus filius Endere, Stephanus filius Hurnici, magister Leukus et Godinus filius Godini iurati ceterique cives de Strigonio . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire . . cum comes Hannus noster socius et concivis ac de medio iuratorum unus, nobili viro . . magistro Thome filio Petri castellano de Chokaku ac comiti Liptoviensi debito nonaginta marcarum debitor fuisset . . et in sua egritudine coram nobis cum eodem magistro Thoma computum et racionem inter se habuissent, velut eciam ad ipsam racionem seu computum audiendum per eosdem vocati fuissemus, facta ipsa racione et computo coram nobis, predictus comes Hannus sexaginta septem marcis cum pondere budensi prefato magistro Thome remansit in debito, quod debitum Laurencio, Michaeli dicto Siller filiis suis, Jenslino ac Fredlino suis proximis et cognatis, qui si ipsum in hac infirmitate sua mori contingeret, de possessionibus suis, videlicet de vineis satisfacerent, cum deficiente facultate pecunia sua promta satisfacere non valeret magistro Thome antedicto. Tandem mortuo ipso comite Hannus, magister Thomas memoratus a Laurencio, Michaele filiis ipsius comitis Hannus, necnon a Jenslino et Fredlino cognatis et proximis eiusdem ipsas sexaginta septem marcas recepisset et rehabere voluisset coram nobis; et iidem Laurencius, Michael, Jenslinus et Fredlinus pecunia promta satisfacere nequiverunt, quandam vineam ipsius comitis Hannus emticiam, in territorio Strigoniensi Perechen vocata sitam, in vicinitate vinearum Andree tributarii nunc, quondam episcopi Nitriensis a plaga orientali, Egidii dicti de insula, a parte meridionali quondam comitis Ladislai Ventosy nunc vero magistri Dominici castellani de Trenchen a parte occidentali, circa viam currus et circa quandam vineam incultam ibidem prope a parte septemtrionali existentem . . cum omnibus utilitatibus . . velut predictus comes Hannus tenuisset . . pro debito ipsarum sexaginta septem marcarum secundum estimacionem nostram et aliorum proborum virorum ex utraque adductorum, dederunt et statuerunt magistro Thome superius expresso et nominato, similiter coram nobis personaliter astanti, et per ipsum suis heredibus . . iure perpetuo possidendam . . contradictore nullo penitus apparente . . privilegium primitus super premissa vinea confectum . . iidem

filii comitis Hannus, Jenslinus et Fredlinus ad manus magistri Thome dederunt .. insuper iidem Laurencius, Michael filii comitis Hannus, Jenslinus ac Fredlinus tam per se, quam per eorum proximos et cognatos assumserunt .. ut si qui .. ipsum magistrum Thomam et suos heredes .. racione premisse vince inquietare .. niterentur .. ab omnibus his .. expedire .. eorum laboribus propriis .. Datum in festo Assumcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XL^mo primo.

A kettős ép pecsét lila és sárga selyem-sodraton függ ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 650. 28. dipl. lt. 3412. Közli : Kovács N.

91.

1341. aug. 16. A somogyvári convent előtt Hetesi Leu fiának özvegye, Inke nevü Somogy vármegyei faluban levő birtokrészét Miklós bán fiának Miklósnak zálogba adja.

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio memorie commendamus .. quod nobili domina Catarina vocata relicta Nicolai filii Leu de Hetus filia vero Johannis dicti Fudur de Egede ab una, magistro Nicolao filio Nicolai bani parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, prefata domina possessionariam porcionem suam in possessione Inke vocata in comitatu Simigiensi existenti habitam iure hereditario ipsam contingentem, cum sui iuris plenitudine et utilitatum integritate .. a data presencium et ab anno presenti incipiendo usque terciam revolucionem annualem .. pro viginti marcis denariorum latorum viennensium, quamlibet marcam cum quinque pensis computando, predicto magistro Nicolao confessa est pignori obligasse, tali modo, quod ipsa domina revoluto eodem tercio anno, sed non antea, premissam possessionariam porcionem suam in dictis viginti marcis modo premisso computatis redimere potest coram nobis a magistro Nicolao memorato ; si vero in ipsa tercia revolucione annuali redimere non posset vel non curaret, extunc eandem possessionariam porcionem per probos homines in presencia nostri testimonii facient estimari, et pecuniam superfluam .. predictus

magister Nicolaus tenebitur persolvere domine supradicte, sicque ipsa domina recepta .. pecunia, eandem possessionariam porcionem perpetuacionis titulo iam dicto magistro Nicolao tenebitur applicare; predictas autem viginti marcas dictus magister Nicolaus plenarie persolvit domine supradicte coram nobis; porro idem magister Nicolaus de eadem possessionaria porcione unum fundum curie eidem domine asseruit collocasse, tali modo, quod eadem domina usque premissum terminum in eodem residendi, vel victuum suorum necessaria in eodem conservandi liberam habeat facultatem; insuper eandem sub sua speciali tutela et proteccione magister Nicolaus antedictus assumsit conservare. Datum feria quinta proxima post festum Assumcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 689. 18. dipl. lt. 3413. Közli: Kovács N.

92.

1341. Edelény, aug. 22. A Drugeth Willermus nádor által Torna és Borsod vármegyék részéről tartott közgyülésen Tamás fia Dénes tiltakozik, hogy Kelemen fia Petö, Damak falubeli birtokrészét Nyomári Bethlem fiának Simonnak el ne idegenithesse.

Nos Wyllermus Drugeth palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod in quadam nostra congregacione generali universitati nobilium de Torna et de Borsod comitatuum feria secunda proxima ante octavas festi assumpcionis beate Marie virginis prope villam Edelyn celebrata, Johannes filius Nicolai de Kata de medio universorum consurgendo, vice et verbo cuiusdam proximi sui videlicet Dionisii filii Thome per modum protestacionis significare curavit, quod Petew filius Clementis de Damak, ut audiret, porcionem suam possessionariam in eadem Damak habitam ordine iudiciario contra Simonem filium Bethlem de Numar, coram nobis amisisset, et nunc sibi statuerent porcionem possessionariam prenotatam; unde cum predicta porcio possessionaria sibi pre ceteris racione fraternitatis attinere dignoscatur, tum pro eo, tum eciam ex eo

quia ipse cum eodem Petew fratre suo in predicta possessione forent indivisi, ideo ipse eundem Petew ab amissione et quovismodo de se alienacione, predictum autem Simonem filium Bethlem et quoslibet alios ab occupacione prohibuit . . Datum tercio die congregacionis nostre et loco prenotato, anno domini M° CCC° XL^mo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Tagányi K.

93.

1341. Visegrád, aug. 23. Péter szerémi püspök és kir. titkos korlátnok előtt, Elefánti Mátyás fia Miklós és Geszti Kenéz fia Péter, Moyteh Geszt és Nyék nevü Pozsony vármegyei faluk mi módon való felosztása dolgában megállapodnak.

Nos Petrus . . episcopus ecclesie Sirimiensis comes capelle et secretarius cancellarius domini regis damus pro memoria, quod Nicolaus filius Mathye de Elefant ab una, et Petrus filius Keneez de Geezt de cuius persona magister Jakch aule regie iuvenis nos certificavit, parte ab altera coram nobis personaliter constituti, super facto seu distinccione metarum inter possessiones ipsorum Moyteeh et Gezt ac Nyek vocatas in comitatu Posoniensi existentes habitarum, reliquerunt seu sponte propter pacis dileccionem submiserunt se ordinacioni seu ostensioni ipsarum metarum nobilium infrascriptorum, videlicet Nicolai magni, item Mese et Jacobi filii Andree de Apay isto modo, quod in festo beati Michaelis archangeli proxime venturo, prefatus Nicolaus ipsos Mese et Jacobum, ac prenominatus Petrus pretactum Nicolaum magnum, ac communiter hominem capituli Posoniensis ad faciem predictarum possessionum eorum adducant, et iidem tres homines secundum deum et iusticiam ac fidem ipsorum et scitum, inter eos qualescunque metas . . ostenderent, dividendoque ipsam possessionem Nyek in duas rectas partes, ipse partes acceptarent et pro veris ac perpetuis metis haberent et tenerent; cuius quidem possessionis Nyek medietas circa terram predicte ville

Moytech existens deberet adiungi eidem seu assignari in porcionem Nicolai supradicti, alia vero medietas predicte possessionis Nyek annecti deberet possessioni ipsius Petri Keeze vocate cum metis . . separando; preterea eedem partes assumserunt, quod super omnibus eorum aliis causis . . eodem die et loco coram ipso homine capituli prenominati tres homines nobiles secundum deum inter eos quicquid arbitrarentur, ambe partes tenerentur acceptare, et si qua parcium eorumdem trium nobilium arbitrium non acceptaret, aut predictarum metarum assignaciones . . non assummerent . . pene quindecim marca rum absque iudicis porcione parti, premissa seu quodlibet premissorum acceptanti . . ante litis ingressum persolvendarum subiaceret . . Datum in Wyssegrad, in vigilia beati Bartholomei apostoli, anno domini M° CCC^mo quadragesimo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1671. 62. dipl. lt. 3414. Közli: Kovács N.

94.

1341. aug. 30. A pécsi káptalan jelentése I. Károly királyhoz, hogy Pál országbíró ítélete következtében Veyki István és Miklós részére Kolosfia Laczk ellen Csabagáta nevü birtokot megbecsültette.

. . Karolo . . regi . . capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis. Literas . . Pauli iudicis curie . . recepimus in hec verba . . capitulo ecclesie Quinqueeclesiensis comes Paulus iudex curie . . Noveritis, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudicii nostri exprimencium, homines domini regis infranominandi presentibus vestris testimoniis, in quindenis festi Omnium Sanctorum anno domini M° CCC^mo XXX^mo octavo preteritis, ad faciem cuiusdam possessionis Chabagata vocate, quam tempore proposicionis magister Lachk filius Kolos actor quondam Nicolai filii Cosme hominis sine herede decedentis cum ad easdem pertinentibus esse et regali collacioni pertinere proposuerat,

Georgius vero filius Petri procurator Stephani filii Johannis et Nicolai filii Pauli de Veyk in causam attractorum, predictis Stephano et Nicolao de Veyk tam racione generacionis ipsorum ipsi Nicolao filio Cosme annexe, quam efficacibus instrumentis pertinere allegarat . . accedendo . . ab omnibus vicinis et commetaneis eiusdem possessionis et ab aliis libere condicionis cuiusvis status hominibus de eo, utrum predicti Stephanus filius Johannis et Nicolaus filius Pauli de Veyk prefato Nicolao filio Cosme generacione in tantum annexi existant ut possessiones eiusdem ipsis Nicolao et Stephano de Veyk hereditarie succedere opporteant, et sic dicta possessio Chabagata eisdem hereditario iure pertineat et ab antiquo pertinuerit, aut eadem possessio Chabagata regali donacioni pertinens sit et iidem Stephanus et Nicolaus de Weyk eidem Nicolao filio Cosme in nulla linea generacionis connexi existant, et sic eadem possessio eisdem Stephano et Nicolao de Veyk hereditarie attinens non fuerit nec nunc attineat . . omnimodam veritatem scire et requirere, et post hec seriem ipsius execucionis . . ad octavum diem dictarum quindenarum festi Omnium Sanctorum partes nobis in literis vestris reportare debuissent, in quo eciam termino de eo, ut quia idem magister Lachk filius Kolos quandam possessionariam porcionem de eadem possessione Chabagata vocata pro gravaminibus Pauli dicti Feyes, scilicet pro duabus partibus iudicii duodecim marcarum et unius marce auri, per nos mediantibus literis nostris patentibus sibi commissam exstitisse possidendam donec per eundem Paulum vel suos heredes aut alios quibus magis conveniret iuxta regni consvetudinem redimeretur declararat, et alias literas nostras patentes super sex marcis iudiciorum contra eosdem Stephanum et Nicolaum de Veyk confectas presentarat, decernemus iure observato; et cum discussio reportate seriei premisse inquisicionis simul cum discussione premisse possessionarie porcionis in eadem Chabagata pro gravaminibus predicti Pauli dicti Fejes occupate et aliorum articulorum iudicia tangencium partibus volentibus ad octavas Purificacionis beate virginis anno domini M° CCC^mo XXX^mo nono, et abhinc ad vigesimum secundum diem festi Penthecostes, et deinde ob regium preceptum ad quindenas residencie exercitus regii anno domini M°

CCC^{mo} XXXX^{mo} ad diem Strennarum proclamate, et abhinc partibus personaliter petentibus ad octavas beati Georgii martiris, et abinde ob regium preceptum ad quindenas residencie exercitus regii anno in presenti ad diem Strennarum proclamate, et postremo ad octavas beati Georgii martiris prorogata extitisset, tandem ipsis octavis beati Georgii martiris occurrentibus, predictus magister Lachk filius Kolos ab una, et Georgius filius Petri pro eisdem Stephano filio Johannis et Nicolao filio Pauli . . parte ab altera ad nostram accedentes presenciam, nobis literas vestras demonstrarunt, in quibus reperimus explicari, quod Wz filius Simonis pro parte predicti Lachk filii Kolos, item Ladislaus filius Andree de Harazty pro parte dictorum Stephani et Nicolai homines domini regis, unacum . . Phylpe et Michaele decano ecclesie vestre canonico et sociis vestris per vos . . in testimonium transmissis, in predictis quindenis Omnium Sanctorum ad faciem dicte possessionis Chabagata . . accessissent, simul et invicem procedendo, ab omnibus vicinis et commetaneis eiusdem possessionis et ab aliis libere condicionis cuiusvis status hominibus, et specialiter a Nicolao et Ladislao filiis Ipoliti de Chatar et Paulo filio Ladislai de Chepanfalva commetaneis suis, item a Johanne filio Dionisii de Bekaturuk, Ladislao de Beu, Michaele filio Jacobi de eadem, Petro de Obulma, Johanne Bysseno dicto de Budmer, item Beke de Geznoud, Petro filio Jacobi de Leus, Nicolao filio Pauli de Kukenes, Leukus filio Nicolai de Choth, Deseu de Boya et Georgio filio Rados, item Johanne filio Stephani de Iwan, Stephano filio Clementis de Serdy, Deseu filio Laurencii de eadem, Johanne parvo de Balathy et Johanne castellano de Zukchu nobilibus comitatus de Baran, item de universis hospitibus de Danouch, item de octo hominibus de Yzeph, item a villico et quatuor hominibus de Sancto Nicolao, item a villico de Wresmorth et duobus hospitibus de eadem, item a villico de Zeleus et duobus iobagionibus de eadem, item a villico de Lath et quinque hominibus de eadem iobagionibus videlicet Thome filii Petri, item de officiali magistro Cykou de Perich et duobus iobagionibus eiusdem, ac a villico de Baranavar et a sex hospitibus de eadem hominibus communibus, deum habendo pre oculis, falsitate abiecta, talem scivissent

veritatem, quod predicti Stephanus filius Johannis et Nicolaus filius Pauli de Weyk prefato Nicolao filio Cosme generacione in tantum essent annexi, quod possessiones eiusdem ipsi Stephano et Nicolao de Veyk hereditarie succedere opporterent, et sic dicta possessio Chabagata eisdem hereditario iure pertineret.. Quarum literarum vestrarum visis et perlectis tenoribus, quia prefata possessio nondum estimata existebat et absque estimacione eiusdem inter predictas partes finem facere non poteramus, ideo vestre discrecionis amiciciam presentibus postulamus diligenter, quatenus mittatis duos ex vobis viros idoneos pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Johannes filius Petri de Inaka vel Renaldus filius Lorandi de Manyk ac Cyka filius Andree de Belch pro parte dicti Lachk filii Kolos, item Korrardus filius Kemen vel Marcellus filius Jacobi ac Johannes filius Stephani de Iwan sive Johannes filius Botond pro parte dictorum Stephani filii Johannis et Nicolai filii Pauli aliis absentibus homines domini regis in octavis sancti regis Stephani nunc venturis ad faciem dicte possessionis Chabagata vocate accedendo .. reambulent eandem iure observato, consideratisque suis utilitatibus.. regali mensura mensurando, unacum aliis probis estiment regni consvetudine exigente; et post hec seriem omnium premissorum .. rescribatis, ut tunc inter partes predictas iudicium et iusticiam facere possimus .. in quo eciam termino in facto premisse possessionarie porcionis in eadem Chabagata pro gravaminibus dicti Pauli dicti Feyes occupate et aliorum articulorum iudicia tangencium decernemus. Datum in Wyssegrad, decimo die octavarum beati Georgii martiris predictarum, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo. Nos igitur .. unacum predictis Johanne filio Petri de Inaka pro parte ipsius Lachk filii Kolos et Marcello filio Jacobi pro parte annotatorum Stephani filii Johannis et Nicolai filii Pauli.. duos ex nobis.. magistros Paulum prepositum et Johannem de Zekohu dictos socios et concanonicos nostros pro testimoniis transmisimus ad premissa exequenda, qui postmodum cum annotatis vestre excellencie hominibus ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in .. octavis festi sancti Stephani regis accessissent ad faciem ipsius possessionis Chabagata vocate, vicinis et commetaneis suis universis legi-

time convocatis et predictis partibus presentibus, eandem reambulassent iure observato, consideratisque suis utilitatibus qualitatibus quantitatibus . . regali mensura mensurando, unacum aliis probis hominibus pro viginti quinque marcis eandem estimassent regni consvetudine requirente. Datum quarto die octavarum prenotatarum, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo primo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 611. 27. dipl. lt. 3380. Közli: Kovács N.

95.

1341. Örvény, sept. 6. Drugeth Villermus nádor a Heves vármegye részéről tartott közgyülésből I. Károly királynak jelenti, hogy az Ech fia Pál magszakadásával Kompold fia Péter fiainak adományozott Szakállos nevü Heves vármegyei birtok sem János fia Sameyl- sem ennek ösei által nem bíratott.

. . Karolo . . regi . . Wyllermus Drugetth palatinus et iudex comanorum . . vestre serenitatis literas recepi . . et iuxta earumdem continenciam in quadam mea congregacione generali universitati nobilium comitatus de Heueswyuar feria secunda proxima ante festum nativitatis beate Marie virginis apud villam Ewreyn tam de mandato vestro regio quam ex ordinarii officii mei palatinatus debito celebrata, a iudicibus nobilium duodecim iuratis assessoribus mihi per universitatem nobilium dicti comitatus in socios deputatis, et ab universis nobilibus vicinis ac quibuslibet hominibus ipsius comitatus qui ad eandem meam congregacionem confluverant, de eo utrum possessio Zakalus vocata in iam dicto comitatu Heueswyuar iuxta fluvium Tycie existens, quam Petrus filius Kompoldi pater magistrorum Stephani et Kompoldi nomine possessionis condam Pauli filii Ech hominis sine heredis decedentis a vestra maiestate iam dudum sibi dari postulasset, ab avo et protavo prefati Pauli filii Ech fuerit hereditaria . . aut si Sameyl filii Joannis fuerit et omni iure ad ipsum perti nuerit, ad ipsorum fidem deo debitam et vobis domino *sacreque* regie vestre corone pro fidelitate obsegva

dicenda veritate prestitam, diligenter inquirendo, talem scivi veritatem, quod predicta possessio Zakalus semper ab avo et protavo ipsius Pauli filii Ech hominis sine herede decedentis fuisset hereditaria . . et nunquam aliquo iure eidem Sameyl pertinuisset, et ex eo vestra serenitas de iure et regni vestri consvetudine ipsam possessionem Zakalus preallegato magistro Petro dare potuisset pariter et conferre; et his auditis prefatus Sameyl filius Johannis in eadem mea congregacione personaliter cunsurgendo, dictam possessionem Zakalus penitus nullo iure sibi et suis predecessoribus pertinuisse et pertinere allegavit, per nos requisitus, nulloque penitus alio contradictore existente, per dicte congregacionis mee dies legitimos dictis magistris Stephano et Kompoldo exspectantibus. Datum quarto die congregacionis mee et loco prenotatis, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 639. 10. dipl. lt. 3417. Közli: Kovács N.

96.

1341. Gyarmath, sept. 19. Drugeth Villermus nádor előtt a Hont vármegye részéről tartott közgyülésen István ságí prépost a ságí monostornak a Tisza mellett fekvő birtokából az elmúlt zavaros időkben elvont Doba nevü birtokhoz való jogát föntartja.

Nos Villermus Drugek (így) palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod in quadam nostra generali congregacione universitati nobilium comitatus Hunthensis feria secunda proxima post octavas Nativitatis beate virginis in villa Gyarmath celebrata . . frater Stephanus prepositus ecclesie beate virginis de Saag de medio nobilium surgendo per modum protestacionis proposuit eo modo, quod quedam possessio Doba vocata quantum ab oriente teneret metas cum terra ecclesie de Kerew, a meridiei vero parte flueret circa ipsam aqua Ticie et conterminaretur terre Isaak de Zegey servientis regalis, per efficacissimorum instrumentorum robores dicte ecclesie sue de

Saag pertineret . . que nunc per manus alienas esset occupata, et quod sui predecessores propter inopiam et paupertatem dicte ecclesie quam tempore impacato per potentes barones eadem in suis rebus et bonis devastata sic passa extitisset quod nondum esset bonomodo restaurata, requirere nequivissent eandem, asserens et attestans se vel suos successores prosecuturos dum se tempus obtulerit et facultas. Datum tercio die congregacionis nostre et loco prenotatis, anno domini Millessimo tricentesimo quadragesimo primo.

Papiron. hátlapján pecsét töredékeivel; a garam-szent-benedeki conventnek 1490. évi mart. 17-én János sági prépost és conventje kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Jesuit. Neosol. 13. 6. dipl. lt. 3410. Közli: Kovács N.

97.

1341. Damas, sept. 23. I. Károly király az esztergomi érseket és vicariusát, Vojtek fia Archleb kérelmére utasítja, hogy a Nyitra vármegyei szerdahelyi birtokból Sambori Furbuch Márton által követelt hitbér és nőhozomány dolgában a bírói eljárást szüntessék meg.

Karolus . . rex . . Chanadino . . archiepiscopo Strigoniensi locique eiusdem comiti perpetuo compatri suo. Dicit nobis Archleb filius Woygth, quod Martinus dictus Turbuch de Sambur ipsum et fratres suos in nostram presenciam citavisset, et vellet querere in possessione Zerdahel vocata in comitatu Nitriensi existenti per nos ipsis filiis Woythych perpetuo collata dotem et res parafernales, dicens, quod mater sua fuisset noverca Michaelis dicti Turbuch, et ava eiusdem matris sue dotem et res parafernales in ipsa possessione haberet; super quo nos cum prelatis et baronibus nostris nobiscum existentibus deliberavimus et ita invenimus, quod illa ava fuisset in quarta linea priusquam ipsa possesio iterato in nostras manus extitit devoluta et apud nos per longum tempus exstitit, et demum nos ipsi Archleb Thome Woythyh et Nicolao filiis Voythyh contulimus eandem; visum itaque extitit nobi

prelatis ac baronibus nobiscum existentibus, ut talem dotem et tales res parafernales que tam diuturnum tempus designat et designant, querere non possint; quapropter fidelitatem paternitatis vestre requirimus, quatenus dictos Archleb Thomam Woythyh et Nicolaum filios Woythyh super dictis dote et rebus parafernalibus iudicare non velitis, hoc idem mandamus vicario vestro generali. Datum in Damas, loco venacionis nostre, die dominico proximo post festum sancti Mathei apostoli et evangeliste, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ primo.

I-ső Lajos királynak Budán, 1351. jun. 26-án kelt átiratából, hol a pecsét alatt »relacio Nicolai Kont per Mate notarium« szavak olvashatók. I. Lajos király átirata, melyben Archleb »bohemus«-nak mondatik, megvan eredetiben a Nyitra-Zerdahelyi cs. ltárában.

98.

1341. sept. 25. Pál országbíró előtt Boztehi Rajnáld fiainak: Lászlónak Salamonnak és Dénesnek utódai, az 1339-ik évi máj. 15-én az országbíró előtt kötött egyezségük értelmében ősi birtokaik mi módon történt felosztását kimutatván, egymás irányában való kielégítésüket kijelentik.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum inter Johannem Paulum et Gregorium filios Salamonis filii Reynoldi de Bozteh, item Lampertum filium Dionisii filii eiusdem Reynoldi, Johannem et Desk filios predicti Lamperti actores ab una, item Petrum filium Ladislai et Ladislaum filium Johannis scilicet filiorum Ladislai filii predicti Reynoldi in causam attractos parte ab altera, in facto divisionis universarum possessionum ipsorum hereditariarum emticiarum acquisiticiarum . . stb. (l. a III. köt. 267. sz. alatti oklevelet egész végig.) Demum in quindenis beati Andree apostoli nunc preteritis prefati Gregorius filius Salamonis pro se personaliter et pro Johanne ac Paulo fratribus suis necnon pro Petro filio eiusdem Johannis . . item Johannes et Ladislaus filii predicti Lamperti filii Dionisii pro se personaliter et pro eodem Lamperto patre ipsorum ac Ladislao filio eiusdem Dionisii . .

coram nobis comparendo, exstiterant confessi . . quod prefati Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis totales possessionarias porciones ipsorum in possessionibus Bozteh Gyarmath et Zenthmartunmaan habitas, per ipsos Petrum et Ladislaum possessas, ipsis filiis Salamonis et filiis Dionisii ac filiis Lamperti, prout secundum continenciam literarum nostrarum composicionalium debuissent, presentibus regio et capituli Budensis hominibus, perpetuo et irrevocabiliter possidendas statuissent, de quarum trium possessionum seu possessionariarum porcionum statucione ipsi contenti fuissent et racione huiusmodi possessionarie statucionis eosdem Petrum et Ladislaum reddidissent expeditos, salvis aliis possessionariis statucionibus adhuc tunc ipsis fiendis secundum continenciam literarum nostrarum composicionalium predictarum. Ipsum autem capitulum Budense in suis literis per utrasque partes nobis exhibitis, rescribebat eo modo, ut predictus Blasius de Gezthey homo regius et magister Petrus concanonicus ac testimonium predicti capituli Budensis die dominico ante diem Strennarum proxime preterito ad possessionarias porciones in comitatu Strigoniensi existentes, primo . . ad possessionem Bozteh accessissent, ibi predicti Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis possessionariam porcionem ipsorum in ipsa possessione Bozteh habitam et ipsos contingentem, demum possessionariam porcionem in possessione Gyarmath vocata ipsos (contingentem), postmodum possessionem eorum Zenthmartunmaan totam, demum possessionariam porcionem in possessione Sydoueghaz vocata habitam in comitatu Pestiensi existenti, iuxta seriem literarum nostrarum predictarum predictis filiis Salamonis et filiis Dionisii ac filiis Lamperti iidem Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis cum (omnibus suis uti)litatibus et pertinenciis.. contradictore aliquo non existente statuissent perpetuo possidendas . . Demum ad possessionem Apateleke vocatam similiter in comitatu Pestiensi existentem accedendo, quam iidem Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis quondam magistro Jacobo (. . .) ai dicti de Agria civi Budensi triginta marcis pignori obligassent et ipsam ab eodem magistro Jacobo, prout ipsum capitulum Budense scribebat se vidisse in regis literis inde confectis

annulari sigillo regio consignatis contineri, dictis triginta marcis redemissent, ipsis filiis Salamonis et filiis Dionisii ac filiis Lamperti iidem Petrus et Ladislaus statuere voluissent, sed quia predicti filii Salamonis et filii Dionisii ac filii Lamperti ipsam possessionem dominam reginam occupasse dixissent ideo iidem Petrus et Ladislaus suscepissent, quod si a domina regina ipsam possessionem liberare possent, tunc cum ea racione qua ipsam domina regina occupare fec(. . . .) filiis Salamonis et filiis Dionisii ac filiis Lamperti statuerent ut deberent, si autem liberare non possent, extunc aliam possessionem . . eidem possessioni Apateleke equivalentem dare et assignare tenerentur, si autem nec ipsam possessionem Apateleke a domina regina liberare possent (nec possess)ionem sibi equivalentem eisdem filiis Salamonis et filiis Dionisii ac filiis Lamperti dare et assignare vellent, extunc iidem Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis in succubitu duelli potencialis convincerentur eo facto contra eosdem. Postmodum ad possessionem Sorwl vocatam in comitatu Albensi existentem accessissent et . . iidem Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis ipsis filiis Salamonis et filiis Dionisii ac filiis Lamperti iuxta seriem predictarum literarum nostrarum composicionalium statuere voluissent, iidem filii Salamonis dixissent, quod quia ipsi Petrus et Ladislaus ipsam possessionem Sorwl prius quando debuissent statuere non potuissent, ideo pro sufficienti statucione (. . . . .) acceptare noluissent, sed utrum huiusmodi statucionem possessionariam pro sufficienti statucione habere debeant vel ne, ad examen nostrum ad terminum exhibicionis seriei premissorum prorogassent. Demum ad possessionem Eghazaskapa vocatam in comitatu Strigoniensi existentem accessissent, sed ipsam possessionem Eghazaskapa vocatam iidem Petrus et Ladislaus a Nicolao de Kemey, prout secundum seriem literarum nostrarum prenotatarum tenebantur, habere non potuissent, pro ipsa aliam possessionem ipsorum Hydwege vocatam in comitatu de Wywar existentem cum suis utilitatibus . . eisdem filiis Salamonis et filiis Dionisii ac filiis Lamperti iuxta seriem literarum nostrarum sepememoratarum statuissent perpetuo possidendam predictis filiis Salamonis et filiis Dionisii ac filiis Lamperti benivole acceptantibus, sed

quia alias possessionarias porciones in predictis literis nostri composicionalibus contentas, quas iidem Petrus filius Ladisla et Ladislaus filius Johannis iuxta seriem earumdem literarun predictis filiis Salamonis et filiis Dionisii ac filiis Lampert statuere tenebantur, iidem filii Salamonis et filii Dionisii a filii Lamperti in eorum manibus fore et manualiter possider se dixissent, ideo ipsos Petrum et Ladislaum ad statucionen ipsarum faciendam non necessitassent sed sufficienter et legi time statutas fore ex parte ipsorum suscepissent; et sic ips filii Salamonis et filii Dionisii ac filii Lamperti super huius modi possessionaria divisione sequestracione et statucion predictos Petrum filium Ladislai et Ladislaum filium Johanni perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum suorum et herede reddidissent expeditos et pariter absolutos coram ipso capitul Budensi . . Et postmodum tercia feria proxima post festun Ascensionis domini nunc preterita, predictis Petro filio Ladisla et Ladislao filio Johannis ac Johanne Paulo et Gregorio filii Salamonis coram nobis personaliter constitutis, propositun exstiterat per eosdem viva voce, quod ipsi filii Salamonis recta dimidietates quarumdam possessionum Hydwege in comitatu de Wywar et Sorwl vocatarum in comitatu Albensi existen cium ab eisdem Petro filio Ladislai et Ladislao filio Johanni in forma divisionis ipsis devolutas, eisdem Petro filio Ladisla et Ladislao filio Johannis in concambium possessionis Nicolai filii Johannis de Kemey Eghazaskapa vocate in comitatu Strigoniensi existentis reddidissent . . cum omnibus suis utilitatibus . . ad ipsas dimidietates spectantibus perpetuo possidendas . . e converso autem prefati . . Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis predictam totalem possessionem dicti Nicolai de Kemey Eghazaskapa vocatam in comitatu Strigoniensi existentem, cum omnibus utilitatibus . . suis ac sub antiquis metis et terminis et tota ea plenitudine qua eidem Nicolao de Kemey pertinuisset, usque octavas festi beati Jacobi apostoli nunc proxime venturas ab ipso Nicolao de Kemey perennali stabilitate si possent ipsis acquirere, acquisitamque simul cum instrumentis super perpetuacione eiusdem possessionis confectis, predictis Johanni Paulo et Gregorio filiis Salamonis in predictis octavis beati Jacobi apostoli coram

nobis dare et perpetuo tradere tenerentur in filios filiorum suorum et heredes possidendam . . tali obligacione mediante, ut si ipsi Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis dictam possessionem Eghazaskapa vocatam a predicto Nicolao de Kemey acquirere et habere et predictis filiis Salamonis perpetuo dare et tradere non possent vel non curarent, extunc iidem Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis in iudicio sex marcarum in predictis octavis beati Jacobi apostoli ante litis ingressum absque iudicis porcione eisdem filiis Salamonis coram nobis persolvendo convincerentur, et predicte dimidietates possessionum Hydwege et Sorwl vocatarum ab eisdem Petro et Ladislao filio Johannis removerentur et iterum in ius et proprietatem dictorum filiorum Salamonis redigerentur sub forma aliarum priorum literarum nostrarum composicionalium in suo priori vigore permanencium perpetuo possidende . . Ipsis autem octavis beati Jacobi apostoli occurrentibus, prenotatis Johanne et Paulo filiis Salamonis personaliter pro se et pro Gregorio fratre ipsorum . . coram nobis astantibus, prefati Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis propriis eorum in personis pro se et pro Nicolao ac Laurencio filiis eiusdem Petri . . ad nostram accedentes presenciam, nobis literas capituli Wachyensis patentes demonstrarant, in quibus videramus contineri, quod predictus Nicolaus filius Johannis de Kemey pro se personaliter et pro Laurencio Johanne et Benedicto filiis suis . . coram dicto capitulo Wachyensi comparendo, prefatam possessionem suam et filiorum suorum predictorum Eghazaskaapa vocatam in comitatu Strigoniensi existentem iure hereditario ipsos contingentem, sub metis antiquis cum omnibus utilitatibus . . suis . . predictis Petro filio Ladislai et Ladislao filio Johannis, Nicolao et Laurencio filiis eiusdem Petri dedisset . . perpetuo . . possidendam . . e converso autem idem Ladislaus filius Johannis de Rozgon pro se personaliter et pro ipsis Petro filio Ladislai, Nicolao et Laurencio filiis eiusdem Petri . . in presencia eiusdem capituli Wachyensis astando, possessionem hereditariam Hydwege vocatam in comitatu de Wywar existentem (. . . . . .) omnibus utilitatibus et pertinenciis universis sub metis in eisdem literis capituli Wachyensis contentis, predicto Nicolao de Kemey,

Laurencio Johanni et Benedicto filiis eiusdem similiter delisset et assignasset . . perpetuo . . possidendam . . Quarum literarum capituli Wachyensis patencium perlectis centinenciis iidem Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis sua personaliter et predictorum Nicolai et Laurencii filiorum eiusdem Petri in personis . . confessi exstiterant ministerio vive vocis coram nobis, quod ipsi prefatam possessionem Eghazaskapa vocatam modo premisso a predicto Nicolao de Kemey ipsis in concambium devolutam, prenotatis Johanni Paulo et Gregorio filiis Salamonis et eorum heredibus . . iure prepetuo . . tradidissent ac coram nobis . . eodem Nicolao de Kemey consenciente dederant et tradiderant possidendam cum omnibus suis utilitatibus ac sub antiquis metis et terminis quibus per ipsum Nicolaum de Kemey habita exstitisset et possessa, tall obligacione mediante, ut quicunque ipsos filios Salamonis vei heredes eorumdem racione dicte possessionis Eghazaskapa . . impetere niteretur, extunc iidem Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis et filii ipsius Petri . . ipsos filios Salamonis . . semper et ubique expedire tenerentur . . In cuius possessionarie tradicionis firmiorem ad cautelam iidem Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis predictas literas capituli Wachyensis patentes super tradicione et perpetuacione dicte possessionis Eghazskapa per ipsum Nicolaum de Kemey et filios suos ipsis facta, ad manus dictorum filiorum Salamonis assignarant coram nobis; que omnia premissa iidem filii Salamonis benivole acceptarant coram nobis, volentes se legitime introduci in dominium eiusdem possessionis per Petrum et Ladislaum ac filios ipsius Petri prenotatos; quare predicto capitulo Budensi scripsimus, ipsum petendo, quatenus suum hominem mitteret pro testimonio fide dignum, pro presente Nicolaus filius Petri de Chuch homo domini regis feria quarta proxima post festum beati regis Stephani proxime preteritum ad faciem predicte possessionis Eghazaskapa vocate in comitatu Strigoniensi existentis, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accederet, et eandem . . statueret ipsis filiis Salamonis perpetuo possidendam si per quempiam non fieret contradictum, contradictores vero si qui fierent, citaret

contra prefatos Petrum filium Ladislai et Ladislaum filium Johannis, Nicolaum et Laurencium filios eiusdem Petri ad quindenas diei ipsius possessionarie reambulacionis in presenciam regie maiestatis: et post hec seriem premisse possessionarie statucionis ad ipsum quintumdecimum diem premisse possessionarie reambulacionis domino regi rescriberet capitulum Budense prenotatum. Ad ultimum occurrente predicto quintodecimo die ipsius quarte ferie proxime post festum beati regis Stephani nunc preteritum. ambe partes Nicolaum filium Petri de Chuch prenotatum hominem domini regis et magistrum Johannem concanonicum ac testimonium predicti capituli Budensis in predicta feria quarta proxima post festum beati regis Stephani proxime preteritum. predictam possessionem Eghazaskapa. vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis et presentibus per suas metas veras et antiquas, quibus per ipsum Nicolaum de Kemey habita usque modo exstitisset . . reambulasse, et ab aliorum possessionibus metis antiquis distinctam predictis filiis Salamonis nullo penitus contradictore existente perpetuo possidendam statuisse per literas eiusdem capituli budensis declararunt coram nobis: et prefati Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis prefatas trecentas marcas compoti budensis memoratis filiis Salamonis, filiis Dionisii ac filiis Lamperti in prefatis terminis coram ipso capitulo Agriensi per debitum modum se plene persolvisse et sic se in hoc expeditos fore per literas ipsius capituli Agriensi (. . . . .) hoc idem viva voce affirmantis comprobarunt coram nobis. Et licet predicta possessio Eghazaskapa vocata in predicta ultima confessione et eiusdem possessionis reambulacione solummodo predictis filiis Salomonis ut premissum est statuta fuerit. tamen quia iuxta formam pretacte prioris composicionis tam eisdem filiis Salamonis quam Lamperto ac Ladislao filiis Dionisii. Johanni et Desk filiis ipsius Lamperti, filiis et successoribus universis eorumdem. per ipsos Petrum filium Ladislai et Ladislaum filium Johannis ut premittitur optencione eiusdem possessionis facta. dari et conferre comperiebatur, ideo eandem possessionem Eghazaskapa vocatam ipsis filiis Salamonis, (filiis Dionisii) ac filiis Lamperti *prout eis* attinere dinoscitur, commisi-

mus perpetuo possidendam. Quibus quidem literis parcium prenotatis perlectis et habitis omnibus factis prenotatis, cum easdem partes super eo, utrum omnia premissa inter se ordinata perpetuo observare velint aut ne, compluries quesivissemus, predicti Johannes Paulus et Gregorius filii Salamonis, Petrus filius eiusdem Johannis filii Salamonis, Barrabas Michael et Johannes filii ipsius Petri filii Johannis, Nicolaus Gallus et Georgius filii pretacti Pauli filii Salamonis, Nicolaus Michael et Andreas filii prenotati Gregorii filii eiusdem Salamonis (. . . .) item (. . . . .) Johannes ac Ladislaus filii Lamperti pro se personaliter et pro Lamperto ac Ladislao filiis Dionisii et Desk ac Petro filiis eiusdem Lamperti . . ab una, et pretacti Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis pro se personaliter (et pro predicto Nicolao et Laur)encio filiis eiusdem Petri . . parte et altera coram nobis astantes, premissa omnia inter predictas partes premissis modis acta facta et ordinata, cum omnibus assumcionibus et articulis prenotatis perpetuo se observaturos fore viva voce ass (. . . . .) quorumcunque predictorum nobilium teneri ac adhuc (non) adulti et ad premissorum fassionem faciendam non apti forent. sicque de premissis ordinacionibus in aliquo temporis processu resilire attentarent, tunc talis filii vel filiorum aliquid premissorum retractare attentancium pater seu patres (. . . . .) supportabunt modo prenotato . . Datum in Wyssegrad, sextodecimo die post quindenas octavarum festi beati regis Stephani (. . . . .) anno domini M° trecentesimo quadra (. . . . .)

Elrongyolt, sok helyen igen nehezen vagy épen nem olvasható állapotban; innét a hiányok s hozzávetések. A pecsét a zsinórral együtt elveszett; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 301. 3. dipl. lt. 3327. Az oklevél évszáma teljesen kivehető nem lévén, tekintve, hogy a III. kötetben 553—559. ll. közölt egyezségben Rajnáldfi László unokái, Péter és Rozgonyi László, többi rokonaik részére 300. márka felülfizetésre kötelezték magukat, és hogy az utolsó részletfizetést az egri káptalan előtt 1341. Vízkereszt után való napon teljesítendik, tekintve, hogy a fönt közölt oklevélben az mondatik, hogy Rajnáldfi Péter és Rozgonyi László felmutatták az egri káptalannak bizonyítványát arról, hogy a 300. márkát a kitűzött határnapokon, tehát az utolsó részletet már 1341. évben lefizették, a föntebbi oklevél ezen okból soroztatott az 1341. évieK közé.

99.

1341. sept. 27. A váradi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy a midőn Dancsot, Komárom és Kraszna vármegyék főispánját és fiait, az utóbb említett megyében fekvő Valkó nevü birtok és az ahhoz tartozó számos birtokokba beiktatták, annak az illető szomszédok ellent mondtak.

.. Karulo .. regi .. capitulum ecclesie Waradiensis .. vestra noverit excellencia, quod cum visis literis vestris nobis directis .. Dominicum decanum canonicum minoris ecclesie beate virginis et sacerdotem chori ecclesie nostre cum magistro Nicolao dicto Orrus castellano de Legniche videlicet homine vestro ad videndum statucionem possessionis Wolko in comitatu de Karazna existentis et aliarum possessionum ad ipsam pertinencium, magistro Donch comiti de Kamaruyen et de Karazna ac filiis suis statuendarum, mandatis .. vestris .. obtemperantes ut tenemur transmisissemus, tandem iidem homines vester scilicet et noster exinde a nos reversi .. retulerunt, quod dum ipsi inter cetera in vigilia Nativitatis virginis gloriose videlicet feria sexta, vicinis et commetaneis .. convocatis .. ad faciem cuiusdam possessionis Nogfalu vocate ad eandem possessionem Wolko pertinentis pariter accedendo ipsam per veteres metas et antiquas a parte possessionum .. Dionisii bani Bagus et Monoyrod vocatarum reambulassent, factaque reambulacione, sub terminis quibus idem homo vester tempore castellanatus sui usus et utilitates per populos de eadem Nogfalu percipi fecisset et uti, eisdem predictis magistro Donch et filiis suis presente eodem homine nostro statuere voluisset, quidam .. Vicencius plebanus de Thasnad et Johannes dictus Nemus, cum literis procuratoriis eiusdem Dionisii bani accedendo, in quadam particula terre Huzyazo vocate, quam intra terminos earumdem possessionum Bogus et Monorod continere dicebant, ereccioni metarum simul et perpetue statucioni contradixissent prohibendo; cuius quidem particule terre prohibite metalis distincio ut asseruerunt sic procedit: incipit in loco Huzyazoberch ubi sunt tres mete, quas iidem procuratores dicebant distingere

[illegible] Somlo: ulterius [illegible] habebant eisdem [illegible] versus orien- [illegible] vertice due [illegible] possessionibus Somlo Bogus et [illegible] quam due [illegible] possessionis Bathuyin dixis- [illegible] Somlo tan- [illegible] metam; item [illegible] Nativitatis beate virgi- [illegible] possessionibus premissa [illegible] dicti nostri [illegible] Bantheluke et [illegible] ipsarum acce- [illegible] ad eandem posses- [illegible] ipse et per conse- [illegible] pertinentibus [illegible] percipi fecissent, ma- [illegible] metis et terminis earum [illegible] plebanus de Thasnad [illegible] Archiepiscopi Transilvani con- [illegible] statucionem simul perpetua- [illegible] ipsas terras sessionales cum [illegible] beati Michaelis archangeli de iure perti- [illegible] eadem die memoratus homo vester in pre- [illegible] testimonio antedicti, vicinorum et commetaneorum legitime convocacionibus factis, quasdam villas olakales, scili- [illegible] Halmas Thuzateluke Mykohaza ac terram Thuzateluke unacum monte Rubenhyge, ad faciem ipsarum accidentes, facta reambulacione nomine terrarum ad possessionem Wolko memoratam spectancium, prout populi eis tempore suo et Chemburg usi fuissent, sub certis limitacionibus metarum ipsi magistro Donch et filiis suis statuere debuisset, quidam videlicet Jacobus filius Gregorii personaliter accedendo, eidem statucioni contradixisset prohibendo; item dum prelibatus homo vester presente nostro testimonio antedicto, feria quinta proxima ante festum prenotatum quandam vil olakalem Chyzor vocatam, ad faciem eiusdem acceden

suis metis antiquis, presentibus vicinis et commetaneis facta reambulacione, quam quidem villam similiter ad Wolko spectare asserebat et eius utilitates pertinentes ad Wolko tempore sui et Chemburg percepissent, predicto magistro Donch et filiis suis statuere voluisset perpetuo possidendam, Johannes filius Petri de Chahal eandem ad se debere pertinere asserens, contradictor exstitisset; et cum eodem die scilicet feria quinta prenotata convocatis vicinis et commetaneis ipsisque presentibus ad faciem ipsius accedendo, prefatus homo vester presente eodem nostro testimonio quandam villam olakalem Bogdaynhaza vocatam, quam ad sepedictam Wolko pertinere asserebat et ea pertinentes ad Wolko usi fuissent, sub veteribus metis suis facta reambulacione prescripto magistro Donch et filiis suis perpetuo statuere debuisset, quidam Stephanus Pethene et Paulus Burya filii Alexandri ac Michael filius Johannis nobiles de Sereden accedentes contradixissent statucioni dicte ville prohibendo; item dum adhuc eodem die scilicet feria quinta memoratus homo vester in presencia nostri testimonii iam dicti similiter quandam villam olakalem Fulkechel vocatam presentibus vicinis reambulacione facta sub certis metis suis nomine possessionis ad Wolko pertinentis, prout ipsam tempore sui et Chemburg pertinentibus ad eandem Volko usi fuissent, sepefato magistro Donch et filiis suis statuere voluissent, quidam videlicet Johannes filius Zelemer pro Nicolao filio Jakobi de Zelemer accedendo contradictor exstitisset prohibendo statucionem faciendam; item cum iidem homines vester scilicet et noster, feria secunda proxima post festum beate virginis predictum presentibus vicinis et commetaneis ad faciem ipsius accedendo, possessionem Karazna ad Volko pertinentem a parte possessionis Reche per metas reambularent, Blasius filius Laurencii de eadem Reche super quodam prato in quo discordabant, quandam publicam viam pro meta assignabat, predictus vero homo vester ipsa via non contentus, medietatem ipsius prati intra eandem viam a parte meridionali dicte possessionis Reche habitam, ipsa medietate usi fuissent tempore sui et Chemburg successoris sui, magistro Donch et filiis suis relinquere et statuere voluisset, idem Blasius contradictor extitisset; item, quod dum feria sexta ante

dictum festum idem homo vester presente nostro testimonio memorato, presentibus vicinis et commetaneis ad faciem eiusdem accedendo, prehabita reambulacione inter medium duorum fluminum scilicet Almas et Gemelchenus, unacum villis, locis molendinorum et quibuslibet aliis utilitatibus, nomine terre ad Volko pertinentis, quam ipse tempore sui castellanatus et Chemburg successor suus possedisset, predicto Donch et filiis suis statuere voluisset, quidam videlicet Napakur accedens, super iuribus suis que in eodem intermedio fluminum haberet, contradictor extitisset; item cum die eodem videlicet feria sexta, homo vester sepefatus presente eodem nostro testimonio quandam terram sessionalem habitatoribus destitutam Dethrehhaza vocatam sub suis terminis ad faciem eiusdem presentibus vicinis accedendo reambulatam, nomine terre ad Volko pertinentis, cuius utilitates olachii ad eandem Volko percepissent et nunc perciperent, prefato Donch et filiis suis statuere voluisset, quidam videlicet Laurencius filius Stephani filii Dethrichii accedendo, ad se dicens pertinere contradictor exstitisset; item, quod dum iidem homines vester scilicet et noster quinta feria supradicta vicinorum et commetaneorum legitime convocacionibus factis, ad faciem cuiusdam possessionis Zuan vocate ad Volco pertinentis accedentes per veteres metas reambulassent, a parte possessionis Nicolai dicti de Mezew et Jacobi filii Sadayn Coznich vocate, quandam particulam terre, pratum et terras arabiles in se continentem, de fluvio Beruthyo exeundo ad locum ubi quedam via publica de Nogfalw veniens resilit quendam alveum Sympaahpataka dictum, nomine terre ad predictam possessionem Zuan pertinentis, magistro Donch et filiis suis statuere voluissent, iidem Nicolaus de Mezeu et Jacobus filius Sadam eandem particulam terre ad ipsam possessionem Koznich vocatam debere pertinere asserentes contradictores exstitissent; item, quod cum predictus homo vester presente nostro testimonio antedicto feria quarta proxima ante festum Nativitatis virginis gloriose pretacta, convocatis vicinis et commetaneis suis ipsisque presentibus, exceptis quibusdam vicinis inferius annotatis, quandam possessionem Karazna vocatam ad Volko pertinentem a parte possessionis scilicet Thome Pethev et Ladislai filiorum

Michaelis ac Michaelis dicti Fark, Benseteluke vocate per metas suas reambulare, ipsasque magistro Donch et filiis suis statuere voluissent, iidem filii Michaelis et Michael dictus Fark vicini nominati et ad tempus legitimum exspectati, pro ostendendis metis ipsorum non venissent nec misissent; item quod dum idem homo vester in presencia hominis nostri pretacti feria secunda proxima post festum Nativitatis virginis gloriose nunc preterita, convocatis vicinis et commetaneis suis universis ipsisque presentibus, facta reambulacione ad faciem tamen ipsarum accedendo, duas terras, unam scilicet populosam in fine ville Voya habitam quam Chemburg quondam castellanus de Volko successor eiusdem hominis vestri populari fecerat, usque ad fluvium in fine eiusdem ville existentem unacum molendino in eodem fluvio constructo, per Thompus castellanum suum de Aranays, aliam vero habitatoribus vacantem usque ad ecclesiam parochialem in ipsa Vaya constructam, per Johannem filium Pauli vicecomitem suum de Zolnuk, magnificus vir Thomas woyvada Transsilvanus et comes de eodem comitatu Zolnuk occupari fecisset et occupatas detineri, nomine terrarum eiusdem possessionis Voya ad ipsam Volko pertinentis, ipsi Donch et filiis suis statuere voluisset, quidam videlicet Petrus filius Raphaelis serviens dicti Thompus in persona eiusdem Thome voyvade accedendo contradictor exstitisset; quos omnes nobiles eisdem diebus et locis, instrumenta ipsorum si qua habent super iuribus eorum exhibituros, evocassent ad presenciam vestre maiestatis, quindenas beati Michaelis archangeli nunc venturas eisdem pro termino assignando. Datum in festo beatorum Cosme et Damiani martirum, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} primo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 620. 26. dipl. lt. 3422. Közli: Kovács N.

100.

1341. Visegrád, oct. 6. Pál országbíró előtt Tamás erdélyi vajda s Lőrincz fiai: János és László, azon pert mely köztük Endrelaka nevü Zaránd vármegyei birtok végett föntforgott, megszüntetik, s Tamás vajda ezen birtok jogáról lemondván, e helyett Lőrincz fiai Csamatelek és Corradfölde nevü Gömör megyei birtokaikat adják a vajdának cserébe.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum inter . . Thoman wayvodam Transilvanum comitem de Zonuk et de Neugrad actorem, Johannem et Ladislaum filios Laurencii filii Baldun de Tamashyda lis mota exstitisset, et coram nobis quibusdam prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus ad octavas Epiphanie domini anno eiusdem M° CCC° XXX^mo nono elapsas devenisset, tandem in ipso termino magister Petrus notarius ipsius Thome woyvode pro eodem domino suo . . ad nostram accedens presenciam, contra eosdem Ladislaum et Johannem filios Laurencii in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, ut cum predictus Thomas woyvoda quandam possessionem Cudrelaka vocatam in comitatu Zarand existentem, de possessionibus Stephani filii Endere notorii infidelis domini regis eidem domino Thome wayvode regalis donacionis titulo pertinentem, per fluvium nigri Crisii a villa Tamashyda sequestratam, a parte meridionali adiacentem, per hominem regium sub testimonio capituli Orodiensis tercia feria proxima post festum sancte Trinitatis, cuius tunc preteriisset revolucio annualis, manibus suis applicari facere voluisset, prefati Johannes et Ladislaus filii Laurencii in statucione eiusdem contradiccionis velamine obviassent, cuius contradictorie inhibicionis racionem ipse dominus Thomas woyvoda scire vellet ab eisdem; quo audito prefati Johannes et Ladislaus filii Laurencii personaliter exsurgentes responderant e converso, quod predicta possessio quam predictus Thomas woyvoda hoc nomine Endrelaka sub nomine possessionis predicti Stephani filii Endre ab ipsis recaptivasset, non Endrelaka sed Tamashyda vocaretur, et nunquam pre-

dicti Stephani filii Endre fuisset, sed ipsis hereditarii iuris titulo pertineret; et cum de premissis volentes cercius sciscitari . . capitulo ecclesie Varadiensis . . scribendo, per homines regios infra nominandos sub testimoniis eiusdem capituli in octavis diei medii Quadragesime tunc proxime venturis, presentibus partibus vel earum legitimis procuratoribus in facie dicte possessionis per ipsum Thomam wayvodam recaptivate et alias, de eo utrum predicta possessio quam idem dominus Thomas woywoda hoc nomine Endrelaka sub nomine possessionis Stephani filii Endre recaptivasse dinoscitur, Endrelaka vocitetur et predicti Stephani filii Endre fuerit, ac premisso titulo eidem Thome woyvode pertineat, aut possessio eadem non Endrelaka sed Tamashyda vocitata existat et nunc vocetur, predictisque Johanni et Ladislao filiis Laurencii hereditario iure pertineat, ab omnibus vicinis et commetaneis eiusdem possessionis . . omnimodam veritatem scire et inquirere, et seriem premisse inquisicionis ad octavas beati Georgii martiris tunc sequentes per idem capitulum Waradiense domino regi rescribi facere nostra iudiciaria auctoritas commisisset, idemque capitulum Waradiense . . Petrum filium Pauli de Chalya et Johannem filium Alus de Hegmogos homines domini regis per partes . . adductos, presentibus . . Demetrio cantore Budensi et Egidio concanonicis et testimoniis ipsorum pariter procedentes, de premissis parcium altercatoriis obiecionibus a quamplurimis nobilibus et ignobilibus pro parte dicti domini Thome woyvode, ab aliquibus vero quamplurimis pro parte dictorum filiorum Laurencii sciscitatos fuisse, et demum ipsam possessionem litigiosam in alio termino per nos dato similiter per homines regios sub testimoniis eorum in centum et viginti marcis estimatam exstitisse, regie maiestati rescripsissent; nosque visa serie premisse inquisicionis et estimacionis, eisdem Johanni et Ladislao filiis Laurencii unacum Jacobo et Andrea filiis Johannis de Myke, Andrea filio Pous de Kemen et Andrea filio Myko de alia Kemen, commetaneis eiusdem litigiose possessionis, ac aliis cum predictis commetaneis in toto centesimo et vigesimo se nobilibus computatis, in facie eiusdem possessionis litigiose comparendo, vicesimo secundo die residencie exercitus regii ad diem Strennarum nunc preteritum

proclamate, presentibus regiis et dicti capituli Waradiensis hominibus, in eo, ut eadem possessio litigiosa in centum et viginti marcis estimata, quam idem .. Thomas wayvoda Endrelaka vocari et Stephani filii Endre notorii infidelis domini regis fuisse, et titulo regalis donacionis per fluvium nigri Crisii a villa Tamashyda sequestratam a parte meridionali adiacentem sibi pertinere, predicti vero Johannes et Ladislaus filii Laurencii non Endrelaka, nec ipsius Stephani filii Endre fuisse sed Tamashyda vocari, et ipsis hereditarii iuris titulo pertinere asseruerant, Tamashyda vocetur, et ipsis titulo iuris hereditarii ab antiquo pertinuerit et nunc pertineat, in nulloque regie collacioni nomine possessionis ipsius Stephani filii Endre attinuerit, sacramentum prout moris est secundum regni consvetudinem iurare super terram, prestare, seriemque eiusdem octavo die in literis ipsius capituli Waradiensis nostro iudiciario examini reportare commisissemus partibus prenotatis; tandem predicte partes ad nostram accedentes presenciam, literas prememorati capituli Waradiensis nobis demonstraverant, in quibus continebatur, quod prefati Johannes et Ladislaus filii Laurencii cum suis coniuratoribus in facie dicte possessionis litigiose comparendo, presentibus Johanne filio Stephani et Johanne filio Alus hominibus regiis et .. Demetrio cantore Budensi ac Egidio concanonicis testimoniisque dicti capituli, suum deposuissent iuramentum, hoc solo excepto, ut unus ex coniuratoribus eorum tricesimus Demetrius videlicet de Wesprimio, in formam dicti iuramenti in uno verbo bis offendisset, hominibus seu testimoniis dicti capituli sibi dicentibus iuramentum suum reinvenire, magistro Petro prothonotario et legitimo procuratore ipsius Thome woyvode ab ulteriori recitacione homines dicti capituli perhibente, tandem reinvenisset pro tercia recitacione quam dare debuisset unius hominis dicti capituli, et iidem filii Laurencii loco sui licet alium coniuratorem statuere asseruissent, tamen ducti consilio circumstancium nobilium, ibidem qui dixissent alium coniuratorem loco eius non expedire, simpliciter pertransisset, deposito itaque ipso iuramento adhuc si necesse fuisset, alium coniuratorem statuere promti fuissent et parati, quem idem magister Peteu in ultimo videre recusasset

seu acceptare; adiunxissent eciam, quod idem homo dicti capituli in recitando sepedictum iuramentum propter multa verba immemor, solum wayvodam bis et non Thomam nominasset, et post ipsum duo coniuratores similiter wayvodam duntaxat nominassent, predicto magistro Peteu perhibente. Quarum literarum dicti capituli Waradiensis huiusmodi variacionem et offensionem iuramenti exprimencium visis tenoribus, cum inter partes in facto dicte litigiose possessionis iudicium et iusticiam facere voluissemus, eedem partes se ad pacis unionem a nobis permitti postularunt, quas nos permiseramus ad habendam pacem in premissis, ubi eodem domino Thoma wayvoda ab una, et prelibatis Johanne et Ladislao filiis Laurencii filii Baldun parte ab altera coram nobis propriis eorum in personis constitutis, propositum extiterat per eosdem communiter . . quod quia prefata possessio in centum et viginti marcis estimata, per fluvium nigri Crisii a villa Tamashyda sequestrata, a parte meridionali adiacens, tum ex offensione dicti iuramenti, tum eciam quia eandem iidem filii Laurencii quondam prenominati Stephani filii Endere notorii infidelis domini regis fuisse et Endrelaka vocari, ac ex eo regie collacioni et per eandem ipsi domino Thome woyuode pertinere proprie vocis organo fatebantur, ipsi domino Thome woyvode premisso regalis donacionis titulo rite et legitime pertineret, ob hoc ipsi talem concambium inter se fecissent perpetuo observandum, quod idem Thomas wayvoda ipsam possessionem quondam prefati Stephani filii Endere, Endrelaka vocatam, in centum et viginti marcis estimatam, per fluvium nigri Crisii a villa Tamashyda sequestratam, a parte meridionali adiacentem, eisdem Johanni et Ladislao filiis Laurencii filii Baldun et eorum heredibus . . in concambium quarumdam possessionum eorumdem filiorum Laurencii Chamateluke et Coradfeulde vocatarum in comitatu Gumuriensi existencium . . tradidisset . . cum omnibus suis utilitatibus . . perpetuo possidendam . . e converso autem in concambium dicte possessionis iidem Johannes et Ladislaus filii Laurencii filii Baldun, predictas possessiones eorum hereditarias Chamateluke et Coradfeulde vocitatas in predicto comitatu Gumuriensi existentes, cum omnibus suis utilitatibus . . eidem . . Thome wayvode et per

eum suis heredibus . . tradidissent . . perpetuo iure possidendas . . obligantes se suosque heredes ut . . ipsum dominum Thomam wayvodam suosque heredes semper et ubique expedire tenerentur laboribus propriis . . Unde cum . . capitulo ecclesie Strigoniensis scribendo fidedignum testimonium suum transmitti petivissemus, quo presente Martinus filius Michaelis de Herman homo domini regis ad faciem earumdem possessionum Chamateluke et Coradfeulde vocatarum . . accederet, et easdem per suas veras . . metas reambulando . . statueret ipsi domino Thome woyvode, non obstante contradiccione dictorum filiorum Laurencii, perpetuo possidendas si per quempiam alium non fieret contradictum, contradictores vero si qui fierent, citaret contra ipsum dominum wayvodam ad regiam presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem tocius facti domino regi rescriberet capitulum Strigoniense memoratum. Ad ultimum ipsum capitulum Strigoniense domino regi rescripsit eo modo, quod predictus Martinus homo regius et Nicolaus archidiaconus Huntensis testimonium ipsius capituli in octavis festi beati Georgii martiris iam elapsis, convocatis commetaneis et vicinis . . specialiter eisdem Johanne et Ladislao filiis Laurencii, Petro filio Deseu de Gede, Jacobo filio Nicolai filii Batyz vicecastellano de Phylek presentibus, ad facies predictorum possessionum Chamateluke et Coradfeulde vocatarum accessissent, et easdem per veras . . metas . . reambulassent; cuius quidem possessionis Coradfeulde prima meta incipit iuxta unum meatum aque de Coradfolwa (igy) ad Farkasfolwa currentem, circa unam viam que incipit ire versus occidentem, et cadit ad unam vallem longam, et abhinc modicum spacium eundo, exit de ipsa valle ubi est meta erecta terrea, abhinc ad eandem plagam ascendit ad montem, et ibi est secunda meta erecta qua separatur et distingvitur possessioni Coradfeulde a tenutis castri Phylek, deinde ad eandem partem cadit ad latus Wluesberch, et ibi est una meta terrea, in cacumine vero eiusdem montis similiter est una meta terrea de novo erecta, abhinc ad eandem plagam occidentalem per duas metas subsequentes vadit ad finem ipsius berch, ubi vertitur ad septemtrionem et tendit ad unam metam antiquam, ubi deficit vicinitas castri Phylek et incipit vicinari cum Kisfalud

possessione eorumdem filiorum Laurencii predictorum, in eodemque berch versus septemtrionem per duas metas subsequentes eundo, ascendit ad montem Buchun vocatum, ubi est antiqua meta terrea, et ad eandem plagam ad unam metam terream, abhinc ad duas metas eundo antiquas quarum una est renovata pro Coradfeulde antedicta, alia vero pro Kysfalud, et ibi deficiuntur mete eiusdem Kysfalud, unde versus eandem plagam transit unam vallem, ubi est innovata antiqua meta, et similiter ad eandem partem transita alia valle est alia meta terrea, deinde ad eandem partem eundo in latere unius vallis ex duabus antiquis metis innovata est una meta terrea pro eadem Coradfeulde, et descendente de ipso latere pervenit ad tres metas antiquas, quarum una distinguit possessioñ Coradfeulde, alia iungitur iterato ad tenuta castri Phylek, et tercia castro Gedee, post hec in una via versus meridiem longe eundo pervenit ad unam metam terream, et iterum remocius in eadem via et plaga eundo, pervenit similiter ad unam metam, abhinc reflectitur per duas metas antiquas in aliam viam qua ducit ad priorem metam, et ibi terminantur mete et distincciones metarum possessionis Coradfeulde nuncupate; ubi consequenter incipiunt currere mete alterius possessionis Chamateluke appellate: prima meta scilicet inchoatur ab oriente circa finem seu ascensum cuiusdam montis, ubi eciam est una vallis, ibique renovata est una meta antiqua distingvens eidem possessioni Chamateluke a Stelche possessione castri Phylek, abhinc versus meridiem declinando ad aliquod spacium eundo, pervenit aliam metam innovatam, ubi deficit vicinitas terre Stelche et incipit vicinari cum castro Sewrugh, abhinc ad eandem plagam vadit ad metam terream que est in dorso illius berch, deinde descendit ad eandem plagam directe, et in medio unius vallis sunt due mete antique, quarum prima separat ville Chamateluke et alia possessioni castri Sewrugh, unde ad eandem plagam transito, ipsa valle transito, pervenit iterum ad duas metas, abhinc transit unum meatum Viduspataka et ascendit ad nasum unius montis ubi sunt due mete terree antique, quarum una est renovata pro iam dicta Chamateluke, abhinc versus eandem plagam pervenit in dorso unius berch quatuor metas antiquas,

circa quas a parte Chamateluke due mete sunt renovate, inde eundo ulterius in dorso eiusdem berch, per tres metas distanter vadit versus meridiem declinando, quarum singule tres pro Chamateluke sunt innovate, post hec versus eandem partem meridionalem per quamplurimas metas in quodam monte Viduztaberche ascendit ad cacumen unius ripei montis, ubi est una meta terrea distingvens inter Chamateluke et Sewrugh predictas, ad eandemque plagam meridionalem girat per duas metas subsequentes ad tres metas antiquas, quarum prima separat possessioni Chamateluke, secunda Sewrugh, ubi terminatur vicinitas eiusdem possessionis Sewrugh, tercia vero meta distingvit Monastateluke possessioni eorumdem filiorum Laurencii filii Baldun, deinde in dorso eiusdem berch per tres metas declinat ad occidentem, abhinc per ipsum berch vertitur ad septemtrionem et pervenit unam metam lapideam, abinde ad tres metas, quarum prima Chamafeulde, secunda Monastateluke, ubi terminatur, et tercia Belna possessio Johannis filii Stephani, et ibi incipit vicinari cum Chamateluke, que vertitur ad orientem, inde in dorso eiusdem berch, versus occidentem ad tres metas subsequentes duplicatas, abinde per duas metas subsequentes ad eandem plagam vadit ad tres metas, quarum prima separat a Chamateluke, secunda a Belna Johannis filii Stephani, tercio vero ab alia Belna filiorum Laurencii filii Baldun predictorum, deinde ad septemtrionem per sex metas subsequentes descendit ad Egruskuta, deinde ascendit ad eandem plagam ubi est una meta terrea, post hec per unam metam cadit ad aliam Egerpataka vocatam, ubi deficit vicinitas terre Belna et incipit vicinari cum Beed possessione filiorum Laurencii prefatorum, ubi vertitur ad orientem et venit circa meatum illius aque Egerpataka, inde ascendit ad unum berch versus partem septemtrionalem, deinde salit ad alium berch, et vertitur ad orientem per tres metas subsequentes per quas pervenit ad priorem metam, ubi mete et distincciones metarum Chamateluke terminantur; et sic easdem possessiones Coradfeulde et Chamateluke sepedictas legitime reambulatas et ab aliorum possessionibus distinctas metis, nullo penitus contradictore existente, statuissent eidem domino Thome wayvode et per eum suis heredibus . . irrevoca-

biliter possidendas . . In cuius rei memoriam presentes literas nostras privilegiales . . eidem domino wayvode et suis successoribus concessimus, pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Wyssegrad, in octavis festi beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Sárga selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 941. 8. dipl. lt. 3423. Közli: Pesty Frigyes.

101.

1341. oct. 6. Az egri káptalan előtt Pelei Gyula fiának Jánosnak neje Scolastica, fivérei által leánynegyedi járandósága fejében a Borsod vármegyei Hangon nevü birtokkal elégíttetik ki.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod Andrea filio Johannis filii Gyla de Pele pro se et cum literis procuratoriis magistrorum Jacobi et Johannis filiorum Nicolai filii Batyz vicecomitum de comitatu Gumuriensi pro nobili domina matre sua filia videlicet Petri filii Nicolai de Hangun Scolastica vocata ac Ladislao fratre suo uterino ex una, et Nicolao ac Paulo filiis eiusdem Petri parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem Andream . . propositum exstitit . . quod quia dictus Nicolaus et Paulus ipsis in linea generacionis pre ceteris attineret . . idcirco ipsi dotem et parafernales quondam nobilis domine avie ipsorum videlicet matris dicte nobilis domine matris ipsorum ac quartam filialem predicte nobilis domine matris sue Scolastica vocate, quibus dicti Nicolaus et Paulus memorati nobili domine matri eorum teneri dinoscerentur, relaxasset . . e converso vero prealegatus Paulus quandam terram Hangun vocatam in comitatu Borsodiensi iuxta possessionem ipsorum hereditariam ut dicitur adiacentem, quam antea prelibati Petrus pater et Nicolaus frater suus eidem domine sorori ipsorum . . contulerant possidendam, sic et ipse ex parte sua . . prescripte nobili domine Scolastica sorori sue, Andree et Ladislao filiis ipsius domine . . contulisset . . iure perpetuo . . possidendam . . Datum in octa-

vis sancti Michaelis archangeli, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Máriássy cs. letéteményében.

102.

1341. Visegrád, oct. 17. Pál országbíró előtt Elefánti Miklós és Gezthi Kenéz fiai, Moytheh Gezth és Nyék nevü Pozsony vármegyei birtokok felosztása dolgában megegyeznek.

Nos comes Paulus iudex curie : . significamus . . quod cum inter Nicolaum filium Mathie de Elefanth ab una, et Petrum ac Philippum filios Kenez de Gezth parte ab altera racione possessionarii iuris infradeclarandi litigionarie quescionis materia diucius coram nobis ventilata, et postremo ad octavas beati Michaelis archangeli sub forma faciende pacis dilatata exstitisset, tandem ipsis octavis occurrentibus, prelibato Petro filio Kenez pro se personaliter et pro ipso Philippo fratre suo . . coram nobis astante, prenominatus Nicolaus filius Mathie de Elefanth ad nostram accedendo presenciam, nobis literas . . Petri episcopi Sirmiensis comitis capelle et secretarii cancellarii domini regis ac . . capituli ecclesie Posoniensis demonstravit, in quibus vidimus contineri, quod prefatus Nicolaus filius Mathie de Elefanth ab una, et prescriptus Petrus filius Kenez de Gezth parte ab altera coram dicto comite capelle regie in vigilia beati Bartholomei apostoli anno in presenti preterita personaliter constituti, super facto seu distinccione metarum inter possessiones ipsorum Moyteh et Gezth ac Nyek vocatas in comitatu Posoniensi existentes habitarum, reliquissent seu sponte propter pacis dileccionem submisissent se ordinacioni seu ostensioni ipsarum metarum nobilium infrascriptorum, videlicet Nicolai magni, item Mese et Jacobi filii Andree de Apay, isto modo, quod in festo beati Michaelis archangeli tunc proxime venturo prefatus Nicolaus ipsos Mese et Jacobum ac prelibatus Petrus pretactum Nicolaum magnum ac communiter hominem capituli Posoniensis ad faciem

predictarum possessionum eorum adducerent, et iidem tres homines inter eos qualescunque metas darent ostenderent seu eis assignarent, dividendoque ipsam possessionem Nyek in duas rectas partes, ipse partes acceptarent et pro veris ac perpetuis metis haberent et tenerent; cuius quidem possessionis Nyek medietas circa terram predicte ville Moyteh existens deberet adiungi eidem seu assignari in porcionem Nicolai supradicti, alia vero medietas predicte possessionis Nyek annecti deberet possessioni ipsius Petri Gezth vocate cum metis dividendo seu separando; preterea eedem partes assumsissent, quod super omnibus aliis causis . . eodem die et loco coram ipso homine capituli prenominati tres nobiles secundum deum inter eos quicquid arbitrarentur, ambe partes acceptarent, et si qua parcium eorumdem trium nobilium arbitrium non acceptaret, aut predictarum metarum assignaciones vel ostensiones aut distincciones non assummeret et refutaret in parte vel in toto, pene quindecim marcarum absque iudicis porcione parti premissa seu quodlibet premissorum acceptanti . . ante litis ingressum persolvendarum subiaceret ipso facto . . Tandem idem capitulum Posoniense . . Johannem concanonicum ipsorum ad videndum premissa transmisissent, qui demum unacum ipsis partibus scilicet Nicolao filio Mathie et Petro filio Kenez prenominatis, arbitris tamen prenotatis absentibus, ad ipsum capitulum Posoniense reversus ipsis retulisset: sabbato in die beati Michaelis archangeli nunc preterito super faciem possessionum Gezth et Moyteh unacum ipsis partibus simul eciam cum Mese et Jacobo filio Andree duobus arbitris parcium prenotatis accessisset, et Nicolaus dictus magnus tercius arbitrorum illuc non venisset sed misisset literas suas de ostensione metarum inter predictas possessiones locari debencium suam voluntatem continentes; item prenominatus Mese domino suo magistro Laurencio eum prohibente ne quicquam inter ipsas partes arbitraretur vel ostenderet, arbitrari ausus non fuisset et illinc recessissent; quod ipse partes videntes, ne illinc absque fine discederent, concordie ob amorem arbitrio ordinacioni et ostensioni Jacobi filii Andree sepedicti solummodo sese pariter submisissent; qui quidem Jacobus iuxta suam fidem loca metarum inter predictas possessiones Moyteh et Gezth locari et

erigi debendarum per hunc modum ostendisset: quod principales mete et vere essent et esse deberent ille tres mete, que exnunc stant et sunt circa quandam arborem salicis in litore vel extremitate cuiusdam laci (igy), que separant possessiones Gezth Moyteh et Nyek; deinde predictus Jacobus ostendisset super unam pirum stantem circa nemus, quam pirum idem homo dicti capituli Posoniensis esse dixisset seccionibus in modum crucis signavisse, sub qua deberent locari due mete Gezth et Moyteh separantes, illinc ostendisset dictus Jacobus super aquam Dudwag, ubi ex opposito fovee in qua glacies estivo tempore conservande reconduntur, deberent esse iterum due mete separantes ut iamdicte, sed illinc per medium eiusdem aque procedi deberet ulterius et transire, ipsa aqua secundum seriem priorum literarum dicti capituli Posoniensis ad metas priori tempore concorditer inter partes positas, super quarum prius positarum cursu metarum iam nominate priores eiusdem capituli Posoniensis litere inter partes essent confecte; cuius quidem hominis dicti capituli Posoniensis huiusmodi relacioni veridice prefate partes, scilicet Nicolaus filius Mathie et Petrus filius Kenez personaliter astantes, in nullo penitus contradicendo sed per omnia confirmando et pro rato ac grato assummendo consensum prebuissent . . quarum literarum comitis capelle regie et dicti capituli Posoniensis visis et perlectis continenciis, cum ipsum Petrum filium Kenez suo personaliter et dicti Philippi fratris sui nomine vigore literarum procuratoriarum astantem ac pretactum Nicolaum filium Mathie de eo utrum premissam ordinacionem composicionem et possessionariam sequestracionem seu metarum ereccionem inter se observare velint vel ne, trina vice habuissemus requisitos, idem Petrus filius Kenez se et ipsum Philippum fratrem suum ac pretactus Nicolaus filius Mathie similiter se, ipsam composicionem ordinacionem et possessionariam sequestracionem seu metarum ereccionem in perpetuum observaturos affirmarunt; adiicientes insuper, ut ipsam possessionem Nyek vocatam, ut superius uberius declaratur, in duas partes coequales dividere tenerentur, prout in presencia dicti comitis capelle regie se ad hoc obligassent, ita videlicet, quod recta dimidietas ipsius possessionis Nyek circa terram predicte ville Moyteh existens

ipsi Nicolao filio Mathie, alia vero medietas eiusdem ex parte possessionis Gezth adiacens prefatis Petro et Philippo filiis Kenez devolveretur perpetuo possidenda. Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1671. 63. dipl. lt. 3425. Közölve néhai Vincze Gábor másolataiból.

103.

1341. Visegrád, oct. 21. I. Károly király előtt Sinka fia Péter, Sóvári Soós Lászlóval és Péterrel Delne nevü birtok harmadrészéről kiegyezvén, a király a határjárásra a szepesi káptalant küldi ki.

Nos Karolus . . rex . . damus pro memoria, quod Nicolaus Feyr dictus famulus Petri filii Synka pro eodem domino suo . . ab una, item Ladislaus dictus Sows de Sowar personaliter, pro Petro vero filio Georgii de eadem Sowar Nicolaus filius Santus famulus suus . . parte ab altera coram nobis constituti, propositum extitit per eosdem . . quod in causa quam prefatus Petrus filius Synka contra eosdem Ladislaum et Petrum dictos Sows super ereccione metarum cuiusdam particule terre scilicet tercie partis possessionis Delne vocate ordine iudiciario movere voluisset, componentibus probis viris taliter concordassent . . coram nobis, quod quandocunque et ubicunque prefatus Petrus filius Synka metas prefate possessionarie porcionis Delne iuxta tenorem literarum suarum privilegialium unacum Beke de Delne vel Kendez de Asguth aut Nicolao filio Dominici aliis absentibus homine nostro, presente testimonio capituli ecclesie Scepusiensis erigere et supponere vellet . . prefati Ladislaus et Petrus dicti Sows absque contradiccione aliquali extradare tenerentur, tali vinculo interposito, quod si ipsi Ladislaus et Petrus metas prefate possessionarie porcionis die et tempore reambulacionis extradare non curarent, obviare seu contradicere volentes eidem, in suc-

cubitu potencialis duelli convincerentur eo facto . . et tandem seriem ipsius facti dictum capitulum nobis rescribere teneatur. Datum in Wyssegrad, feria quinta proxima post festum beati Galli confessoris, anno domini M° CCC° XL° primo.

A szepesi káptalannak 1341. oct. 29-én a királyhoz intézett jelentéséből, mely szerint a határjárás a felek egyezsége értelmében Cunchlin presbiter és Domokos fia Miklós közbenjárásával foganatosíttatott; a káptalan jelentése megvan a N. Muzeumban, a Sóvári Soós cs. ltárában.

104.

1341. Visegrád, oct. 22. Pál országbíró utasítja a székesfehérvári káptalant, hogy a margit-szigeti apáczák Kaplan nevü birtokára vonatkozó oklevelet a pécsváradi convent és a pécsi káptalan levéltáraiból átiratban adassa ki.

. . capitulo ecclesie Albensis comes Paulus iudex curie .. noveritis quod cum Bokou filius Johannis et Leustachius filius Georgii actores iuxta continenciam priorum literarum nostrarum contra . . dominas sanctimoniales de Insula Leporum instrumenta ipsorum in facto possessionis Kaplan vocate in quindenis beati Michaelis archangeli exhibere debuissent coram nobis, ipso termino occurrente, fratre Ladislao converso pro eisdem . . sanctimonialibus . . prefati Bokou et Leustachius personaliter ad nostram accedentes presenciam allegarunt eo modo, ut predicta instrumenta ipsorum in facto eiusdem possessionis Kaplan confecta in domo predicti Leustachii filii Georgii combusta exstitissent, et alia paria eorumdum instrumentorum in conservatoriis capituli ecclesie Quinqueecclesiensis et conventus Waradiensis haberentur, postulantes ad eorumdem parcium instrumentorum requisicionem et transcripti eorum optencionem remedium iuris per nos sibi impertiri; quare vestram amiciciam petimus per presentes, quatenus mittatis duos viros idoneos .. quibus et partibus vel earum procuratoribus presentibus, in quindenis festi Omnium Sanctorum nunc venturis, Andreas filius Markus de Hydaga aut Demetrius de Vrws vel Posa de Doboka sive Stephanus de Bor

aliis absentibus homo domini regis, primo ad predictum conventum Waradiensem accedat et eisdem presentibus predicta paria ipsorum instrumentorum in eodem conventu reposita fore premisso modo allegata, idem conventus in suo censervatorio requiri et requisitorum alia paria in suis literis nobis transmittere velit . . et demum octavo die predictarum quindenarum festi Omnium Sanctorum eedem partes vel earum procuratores, presentibus eisdem domini regis et vestris hominibus, ad predictum capitulum Quinqueecclesiense pariter accedant et idem capitulum Quinqueecclesiense predicta paria predictorum instrumentorum in conservatorio suo similiter requiri et literis ipsorum mediantibus nobis alia paria eorumdem rescribi faciant iure observato, cavendo tamen firmiter utrobique ne fraus et dolus interveniant in premissis ; et tandem vos tocius facti seriem cum tenoribus parium predictorum instrumentorum ad vicesimum secundum diem festi Epiphanie domini nunc venturum in vestris literis domino regi .. rescribatis. Datum in Wyssegrad, decimo die quindenarum predictarum, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo primo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Pos. 43. 7. dipl. lt. 3426. Közli : Kovács N.

105.

1341. nov. 8. Az egri káptalan elött Dénes comes, Bulch nevü Abaúj vármegyei, úgy Hidvég, Cseb és Keren nevü Zemplén vármegyei birtokain fiait megosztoztatja.

. . capitulum ecclesie Agriensis . . ad . . noticiam . . volumus pervenire, quod comes Dionisius filius Blasii de Bulch, unacum Dominico Johanne Alexandro Andrea et Blasio filiis suis ad nostram personalem accedentes presenciam, nobis dixerunt, quod ipsi propter melius commodum in future pacis provisionem . . in possessionibus ipsorum infradeclarandis . . talem inter se fecissent divisionem perpetuo duraturam, quod primo prescriptam possessionem Bulch vocatam in comitatu Abawyuar existentem in qua ipsi hucusque personalem . .

facerent residenciam, quoad loca sessionalia sua in hunc modum divisissent: quod a curia dicti Alexandri in eadem existenti una platea versus plagam septemtrionalem et a parte possessionis Zykzow adiacens usque ad angulum domus Petew dicti Nog hospitis de eadem, cessisset prescripto Johanni et suis heredibus, item a dicta domo ipsius Petew et cum eadem domo ac curia eiusdem Petew una linea de eadem villa usque ad curiam Petew dicti Cyka ab eadem plaga septemtrionali adiacens dicto Dominico filio ipsius Dionisii et heredibus suis, ac a curia ipsius Petew similiter una linea hospitum a dicta plaga adiacens usque ad curiam Dominici sutoris preallegato Alexandro et suis heredibus, et ab eadem curia Dominici et cum ipsa curia ac una platea que ad fluvium Hornad se extendit usque ad curiam Gurke, memorato Andree et suis heredibus, item a curia ipsius Gurke, et cum eadem usque ad quandam plateam versus villam Hidweg ducentem rursus predicto Dominico, a qua platea incipiendo usque ad curiam Sebastiani hospitis de eadem iterato dicto Alexandro, a qua curia Sebastiani et cum eadem usque ad curiam Johannis coci pretaxato Andree, et abinde incipiendo similiter cum eadem curia Johannis coci usque ad curiam dicti Andree fratris ipsorum prelibato Johanni et ipsorum heredibus cessissent perpetuo . . possidende . . ita tamen, quod quatuor loca sessionalia post se invicem contiguata in eadem villa Bulch dicti Dominicus Johannes Alexander et Andreas pro se et ipsorum heredibus in perpetuum cohabitandum preelegissent, tali modo, quod sessiones Andree et Johannis a parte dicti fluvii Hornad, sessiones vero predictorum Dominici et Alexandri iuxta quoddam er adiacere dinoscerentur; terras vero arabiles et prata, que per iobagiones ipsorum solent falcari, exceptis propriis pratis ipsorum et nemoribus, pro eisdem iobagionibus ipsorum ad communem usum reliquissent, sed dicta nemora ipsorum prope eandem villam Bulch inter girum fluvii Hernad adiacencia in duas partes dividentes, unam partem eiusdem a plaga septemtrionali et a superiori parte cuiusdam vie de ipsa villa Bulch ad quandam arborem tremuleam vulgo nair vocatam et abinde in fluvium Hornad ducentis adiacentem, eisdem Dominico et Alexandro ac ipsorum heredibus, aliam vero partem ipsius

nemoris a plaga meridionali et ab inferiori parte eiusdem vie existentem preallegatis Johanni et Andree ac ipsorum successoribus, item rectam dimidietatem memorati prati a plaga occidentali cuiusdam vie prefatis Dominico et Alexandro, aliam vero partem ipsius prati a plaga orientali et a parte dicti fluvii Hernad usque ad eandem viam dictis Johanni et Andree quoad proprios et heredum suorum usus reliquissent possidendas et habendas, ita tamen, quod ad separacionem dicti nemoris sub eadem arbore metam terream pro cautela posuissent, ad separacionem vero dicti prati duas metas terreas, unam videlicet in angulacione dicte vie per ipsum pratum ducentis, aliam vero metam circa nemus inibi existentis posuissent; preterea quedam alia nemora ipsorum similiter inter limites eiusdem possessionis ipsorum Bulch adiacencia taliter inter se divisissent: quod duo nemora Kurtuelus et Olsomurutua vocata eisdem Dominico et Alexandro, alia vero duo nemora Azow et Felsewmurutua nuncupata predictis Johanni et Andree ac ipsorum heredibus cessissent possidenda. Item possessionem eorum Hydvege vocatam in comitatu Zemliniensi existentem quoad omnes utilitates suas et primo ad loca sessionalia taliter inter se divisissent: quod a dicto fluvio Hernad incipiens una pars usque ad curiam Nicolai filii Choma hospitis de eadem similiter prescripto Dominico et suis heredibus, a quo loco cum eadem curia usque ad curiam Thome dicti Fudur memorato Andree et suis heredibus, et abinde cum eadem curia Thome usque ad portam Nicolai filii Pauli hospitis de eadem memorato Johanni et suis heredibus, et abinde ultima linea ipsius ville versus possessionem Ceeb respicientem annotato Alexandro et ipsorum heredibus remansissent possidende; terras vero arabiles campestres et nemora eiusdem possessionis Heydweg similiter eo modo inter se divisissent, quod una pars dictarum terrarum arabilium a plaga meridionali et a parte possessionis Meger vocate dicto Alexandro, secunda pars earumdem terrarum arabilium circa porcionem ipsius Alexandri annotato Johanni, et iuxta porcionem eiusdem Johannis a plaga septemtrionali pretaxato Andree, erga porcionem ipsius Andree videlicet a parte superiori et a plaga septemtrionali predicto Dominico fratri ipsorum seniori per

distincciones metales infradeclarandas cessissent possidende.. mete autem quibus porcio ipsius Alexandri a porcione dicti Johannis, prout partes retulerunt, taliter distinguntur: prima meta incipit retro hortum ipsius ville Hedweg ubi est una meta terrea, et inde procedit ad plagam orientalem et usque ad exitum ipsarum porcionum transit tres metas terreas; item mete quibus porcio dicti Johannis a porcione eiusdem Andree separatur, similiter retro hortum eiusdem ville in una meta terrea incipit et discurrunt ad exitum carumdem terrarum arabilium simili modo per tres metas terreas; item mete quibus porcio iam dicti Andree a porcione sepefati Dominici separatur, eodem modo retro hortum eiusdem ville a quodam fossato super una meta terrea incipit et per alias tres metas currendo venit usque ad exitum earumdem terrarum arabilium, ita tamen, quod recta dimidietas cuiusdam particule terre arabilis per se stantis, interque limites eiusdem possessionis Hydweg existentis, que a parte campi et a parte orientali adiaceret, prefatis Dominico et Alexandro, alia vero dimidietas eiusdem a parte fluvii Hornad adiacens prenominatis Johanni et Andree remansissent possidende; ipsa autem nemora similiter inter limites eiusdem possessionis Hydwege adiacencia in duas partes coequales dividentes, unam partem eorumdem a plaga orientali dictis Johanni et Andree, aliam partem a plaga occidentali adiacentem eisdem Dominico et Alexandro reliquissent possidendas, ad quarum tamen parcium separacionem duas metas terreas, unam videlicet iuxta dictum fluvium Hornad, et aliam prope quandam viam in pontem eiusdem possessionis ducentem posuissent. Item in possessione eorum Ceeb nuncupata in eodem comitatu Zemliniensi existenti et in omnibus utilitatibus eiusdem talem divisionem inter se fecisse retulerunt: quod una platea eiusdem ville a plaga orientali adiacens a curia Ladislai molendinatoris incipiens usque ad finem dicto Dominico, et ab eadem curia ipsius molendinatoris alia platea ipsius ville usque ad curiam Demetrii filii Jacobi et cum eadem curia annotato Alexandro, de qua curia Demetrii videlicet angulo stube ipsius Demetrii immediate incipiendo usqi curiam Benke filii Zecke prescripto Andree, de qua ipsius Benke et cum eadem usque ad finem eius

sepefato Johanni et ipsorum heredibus, item recta dimidietas quorumdam locorum desertorum a plaga orientali et a parte terrarum campestrium . . adiacencium prelibato Dominico, et reliqua dimidietas eorumdem a parte possessionis Hydwege eidem Alexandro, item reliqua dimidietas similiter quorumdam locorum desertorum a parte cuiusdam silve adiacencium a parte dicte possessionis Ceeb dicto Johanni, alia vero dimidietas eorumdem a parte eiusdem possessionis Hydweg prenotato Andree et parcium heredibus perennaliter possidende facta ipsa divisione devolute exstitissent; et quia in mensuracione dictorum locorum sessionalium introitus porte loci sessionalis annotati Demetrii iobagionis dicti Alexandri ad porcionem memorati Andree demtus fuisset . . idem Andreas ad peticionem perscripti Alexandri fratris sui locum largum pro una porta aptum eidem Demetrio et in eadem sessione tractu temporis cuilibet succedenti iuxta dictam stubam suam in perpetuum fieri permisisset. Terras vero arabiles et nemora ad eandem possessionem Ceeb spectancia taliter divisissent, quod una porcio earumdem terrarum a plaga meridionali et a parte porcionis sue que inter limites ipsius possessionis Hedweg sibi fuisset devoluta adiacens dicto Dominico, et iuxta eandem porcionem ipsius Dominici prefato Johanni, et circa eandem Johannis porcionem annotato Alexandro, et iuxta eandem prelibato Andree per metarum distincciones devolute exstitissent; que quidem quatuor porciones ipsarum terrarum arabilium sic sicut predicte porciones in eadem possessione Hydweg, singulariter quatuor metis terreis per longitudinem earumdem ab invicem distinguntur; preterea recta dimidietas dictorum nemorum ut partes retulerunt a plaga meridionali adiacens eidem Dominico et Alexandro, reliqua vero dimidietas eorumdem nemorum prenominatis Johanni et Andree ac ipsorum successoribus possidende remansissent, ad quarum tamen porcionum distincionem ipse partes pro firmiori statu duas metas terreas, unam in fine eiusdem ville Ceeb et aliam iuxta fluvium Hornad a parte dicte possessionis Bulch erexissent; quandam autem insulam Dyosegberke vocatam similiter inter limites dicte possessionis Ceeb existentem cum una sessione que propinquior ad molendinum haberetur, pro dicto molendino ipso-

rum in eadem possessione Ceeb super eodem fluvio Hornad existenti ipse quatuor partes communiter reliquissent, hoc specialiter declarato, quod unam possessionem ipsorum integram Keren vocatam in eodem comitatu Zemliniensi existentem cum omnibus utilitatibus .. suis, specialiterque tributo in eadem villa exigi consveto et cum quinta parte eiusdem molendini ipsorum in dicta possessione Ceeb super ipso fluvio Hernad quo supra habiti, consensu et assensu predictorum Dominici Johannis Alexandri et Andree ad id accedentibus, memoratus comes Dionisius predicto Blasio minori filio suo et suis heredibus pro dictis aliis possessionibus et quatuor partibus ipsius molendini ad possidendum iuxta libitum sue voluntatis preelegit, asserendo coram nobis, quod ipse usque ad vitam suam cum eodem Blasio minori filio suo vellet permanere in possessione Kyren prenotata. Item vias per omnes possessiones suas transeuntes et ubilibet existentes et fluvios ac loca pro pascuis pecorum et pecudum suarum conveniencia, necnon pontes cum eisdem quatuor partibus iam dicti molendini, sepedicti Dominicus Johannes Alexander et Andreas tam pro seipsis et heredibus suis, quam iobagionibus ipsorum semper ad communem usum relinquerunt coram nobis. In cuius rei testimonium .. presentes contulimus sigilli nostri autentici munimine roboratas; presentibus tamen Nicolao preposito, Martino cantore, Johanne custode dominis, Johanne de Borsod, Dominico de Abavyvar, David de Zabolch, Johanne de Pata, Petro de Heves, Dominico de Borsua archidiaconis .. Datum in octavis Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo; regnante Karolo .. rege .. Chanadino archiepiscopo Strigoniensi, Colocensi sede vacante, et .. N(icolao) episcopo Agriensi existentibus.

A pecsét piros selyem-sodraton függ, felül chyrographummal; arc detije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 646. 19. dipl. lt. 3429. Közli Kovács N.

106.

1341. Pozsony, nov. 8. Drugeth Vilmos nádor a Pozsony és Mosony vármegyék részéről tartott közgyülésen elrendeli, hogy Szentgyörgyi Péter jobbágyai, midőn egyik faluból a másikba átmennek, vámot fizetni ne tartozzanak.

Nos Wyllermus Druget palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in quadam congregacione nostra generali universitati nobilium Posoniensis et Mosoniensis comitatuum feria tercia proxima ante festum beati Martini confessoris apud civitatem Posoniensem celebrata, magister Petrus filius Abraam de Scengyurgh de medio universorum nobilium consurgendo proposuit tali modo, quod comes Jacobus iudex dicte civitatis Posoniensis nunc vero tributarius de Challow, iobagiones suos de Iwan cum rebus ipsorum pro usu domus ipsorum ad aliam possessionem suam Iberharth vocatam in territorio earumdem possessionum transeuntes, ad dictum tributum de Challow ire cogeret et infestaret, in preiudicium libertatis ipsorum et iacturam, petens nos ut de nostro iuridico officio sibi remedio opportuno provideremus; unde nos unacum iudicibus nobilium iuratis assessoribus et universis nobilibus dictorum comitatuum matura deliberacione prehabita statuentes commisimus, quod dicti iobagiones ipsius magistri Petri de una possessione sua ad aliam in territorio earumdem cum rebus ipsorum pro usu domus eorum deferendis libere et absque omni tributo secure transire possint, nec ad dictum tributum ire teneantur; igitur universos tributarios de Challow nunc et pro tempore constitutos precipiendo prohibemus, quod dictos populos de una dictarum possessionum ad aliam earumdem modo prenotato transeuntes, ad dictum tributum venire seu compellere non presummant, quod si fecerit in suum redundabit gravamen. Datum tercio die congregacionis nostre et loco prenotatis, anno domini Millesimo CCC^mo^ quadragesimo primo.

Miklós nádor 1347. évi május 10-én »magister Petrus filius Abrae de Sancto Georgio« kérésére kiadott átiratából, melyet ismét Simon pozsonyi, győri és bakonyi főispán, István nyitrai püspökkel »magister

Stephanus dictus Tharo filius Ladislai de Farystar, in persona magistri Petri fratris Sebes de Sancto Georgio« kérelmére, Pozsonyban, 1355. évi nov. 12-ikén írtak át; ezen utóbbi átirat eredetije megvan az ország. lt. kincst. oszt. N. R. A. 321. 16. dipl. lt. 3430. Közli: Kovács N.

107.

1341. nov. 17. A szent-mártoni convent jelentése Drugeth Vilmos nádorhoz, hogy a nyúli község öt szőllőmívesét és két jobbágyát a nádor parancsára ellenszegülésökért megidéztetvén, ezek nyílván tett ígéretét vette, hogy ezentúl a bakonybéli apátot uruknak elismervén, mindennemü köteles szolgálatot s adót mindenkor teljesíteni és megadni készek.

.. Willermo Drugeth palatino et iudici comanorum Wylhelmus .. abbas et conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie .. vestra noverit magnitudo, quod veniens ad presenciam nostram .. Nicolaus abbas monasterii beati Mauricii de Beel, exhibuit nobis literas vestras clausas annulari sigillo vestro consignatas, quas dum aperuissemus, hanc in eis seriem invenimus contineri .. abbati et conventui monasterii de sacro monte Pannonie .. Wylhelmus Drugeth palatinus et iudex comanorum .. Noveritis quod in congregacione nostra generali universitati nobilium et ignobilium Jauriensis et Comaromiensis comitatuum feria secunda proxima post festum Omnium Sanctorum apud civitatem Jauriensem celebrata, Nicolaus abbas monasterii de Beel personaliter de medio universorum exurgendo proposuit querelose, quod in possessione Nyul vocata quosdam condicionales haberet iobagiones vina solvere debentes, ex quibus eciam quidam se nobiles ecclesie assererent, alii vero mediantibus literis vestris se ad suum pristinum statum reversuros obligassent, quod minime facere curavissent, in grave dispendium ecclesie sue memorate, cuius racione vellet informari ab eisdem; super quo vestram requirimus amiciciam .. quatenus .. vestrum datis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Blasius de Peech vel Johannes filius Nicolai de Thomassy altero absente homo noster accedendo ad faciem pre-

sessionis Nyul, ipsos quos idem . . abbas suos asseruerit condicionarios, vocet ad pristinum statum eorumdem, qui autem ex ipsis nobiles ecclesie se allegaverint, cum suis instrumentis citet ad nostram presenciam contra ipsum . . abbatem ad terminum competentem; post hec seriem facti . . nobis rescribatis. Datum quarto die congregacionis supradicte, loco memorato, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo primo. Nos igitur . . ad exequendam premissam commissionem vestram, unacum prenominato Johanne filio Nicolai de Thamassy homine vestre magnificencie . . Conradum prepositum nostri monasterii pro testimonio duximus fidedignum, qui demum ad nos reversi nobis . . retulerunt, quod ipsi in festo beati Briccii episcopi et confessoris proxime nunc transacto ad villam Nyul vocatam accessissent, ubi Thomam filium Endere, Jacobum, Theodorum et Michaelem, ac Thomam filium eiusdem Michaelis in eadem villa residentes quorum progenitores et per consequens eosdem prescriptus . . Nicolaus abbas personaliter ibi astans vinitores dicti monasterii sui fuisse semper et esse eisdem non negantibus imo publice confitentibus affirmasset, super eo ut ad pristinum statum revertentes secundum et debitam ipsorum consvetudinem more aliorum consimilium vinitorum dicto domino eorum abbati et suo monasterio obedire, et munera ac vinum annuatim solvere et amministrare deberent, necnon Johannem filium Ompud et Pethus filium Johannis qui se ab eorum progenitoribus iobagiones exercituales eiusdem monasterii fore et ad munera et liberas decimas ipsi monasterio persolvendas teneri confessi fuissent, ad hoc ut et ipsi servicia sua et munera ac decimas sicuti ceteri consimiles dicti monasterii iobagiones eidem monasterio suisque . . rectoribus amodo fideliter exhibere impendere et persolvere procurarent, alioquin in termino ipsis prefigendo cum instrumentis eorum coram vestra magnificencia racionem rebellionis eorum in premissis reddituri comparere tenerentur, ammonitos habuissent; quiquidem omnes tam scilicet vinitores quam iobagiones prenotati voce publica et conformi se extunc et deinceps dicto monasterio de Beel et suis abbatibus presenti et futuris tamquam propriis et naturalibus dominis eorum, absque omni strepitu et figura iudicii obedire, et vinum decimas

munera ac servicia, quibus de iure et consvetudine tenerentur, libenter dare, solvere facere et amministrare velle respondissent, et coram ipsis vestro et nostro hominibus ac officiali dicte ville aliisque quampluribus probis viris ad omnia premissa se et suos filios firmiter obligassent; quibus tandem vinitoribus antedictis ad eorum humilem supplicacionem et predictorum proborum virorum intervencionem, sepedictus .. abbas singulos viginti quinque cubulos vini cum cubulo dicti monasterii sui mensurando, quos sibi singuli ipsorum vinitorum pro debito anni presentis solvere tenebantur, in singulis viginti cubulis vini ab eisdem hac vice receptis graciose relaxasset, non tamen huiusmodi graciam ad ulteriorem consvetudinem in posterum stabilem committendo .. Datum quinto die festi beati Briccii prelibati, anno domini superius designato.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a pannonhalmi főapátság ltárában. Capsa 51. lit. 263. Közli: Stachovics R.

108.

1341. nov. 30. A budai káptalan a garam-szent-benedeki apátság, a titeli apátság, és Szeri Pósa s ennek társai között vitás Alpár nevü birtok határjárását az országbíró ítélete értelmében végrehajtja.

Nos capitulum Budensis ecclesie damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam literarum .. Pauli iudicis curie .. modum et formam sue deliberacionis iuxta arbitrariam composicionem baronum ac nobilium regni facte exprimencium, quedam possessionaria reambulacio et metarum distinccio possessionis videlicet Alpar vocate inter religiosum virum fratrem Sefredum abbatem monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron. dominum Galyardum prepositum ecclesie Tituliensis et capitulum eiusdem, ac magistrum Pousam de Zeer, Johannem et God filios Stephani, per Georgium filium Varda aut ipso absente Eliam filium Chepani fratris eiusdem coram nostro testimonio in octavis Nativitatis beate virginis proxime preteritis fieri debuisset, et ipsam possessionariam reambulacionem et separacionem secundum modum predictum in dicto termino

fieri debentem ad preceptum domini nostri regis nobis literatorie iniunctum ad octavas beati Martini confessoris tunc proxime futuras sine gravamine iudiciali aliquali, prout nobis per ipsum dominum nostrum regem iniungebatur, mediantibus literis nostris prorogassemus, ipsis tandem octavis festi beati Martini confessoris occurrentibus, peticionibus predicti comitis Pauli iudicis curie domini regis diligenter annuentes, cum predicto Elia filio Chepani homine regio ad prenotatam possessionariam reambulacionem et statucionem prout congruum videretur inter prenominatas partes fiendam .. nostrum hominem .. Johannem presbiterum canonicum capelle beate virginis ac prebendarium ecclesie nostre pro testimonio duximus destinandum, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod in predictis octavis beati Martini confessoris ad faciem predicte possessionis Alpar vocate, vicinorum et commetaneorum eiusdem universorum legitimis convocacionibus factis, prenominatis fratre Sefrido abbate monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron pro se personaliter et suo conventu .. et domino Galyardo preposito ecclesie Tituliensis pro se personaliter et suo capitulo .. magistro Pousa de Zeer, Johanne et God filiis Stephani personaliter presentibus, primo secundum seriem literarum sepedicti comitis Pauli iudicis curie .. prenotatarum ad possessionariam porcionem sepefati fratris Sefredi abbatis monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron et sui monasterii in dicta possessione Alpar vocata habitam accessissent, et ipsam idem homo regius presente eodem nostro testimonio a primaria meta eiusdem usque ad finales metas in literis ipsius comitis Pauli sub capite sigilli eiusdem ibi exhibitis anno domini M° CCC^mo XL^mo emanatis contentas et distinctas reambulasset, et ubi necesse fuisset iuxta veteres metas novas erexissent, reambulatamque et metalibus distinccionibus ab aliorum possessionariis porcionibus separatam secundum modum predictum predicto .. abbati et suo monasterio, nullo ibi contradictore apparente, statuissent perpetuo possidendam, hoc tamen non postposito, quod dum in vigilia festi beati Andree apostoli proxime preterita iidem homo regius et nostrum testimonium seriem premissorum nobis recitarent, Johannes filius Sebastiani de Acha coram nobis

comparendo, quandam particulam de predicta sua possessione Achateluke vocata infra declarandam, ad possessionariam porcionem predicti domini abbatis in distingendo predictas metas asseruit occupasse, et ipsam particulam possessionariam sub certis suis metis distinctam secundum formam sui privilegii, videlicet ab angulo Kukenzegh vocato incipiendo usque ad Sedfeu, et de Sedfeu usque ad . . terreas metas capitales, non a reambulacione sed a statucione perennali quoslibet et cuilibet faciendis prohibuit coram nobis, et ipsum Johannem filium Sebastiani idem homo regius facie ad faciem coram nobis astantem, eodem die ad quindenas festi beati Andree apostoli proxime futuras contra predictum . . abbatem vigore predictarum literarum iudicis curie regie, ad presenciam eiusdem domini regis citavit, racionem sue contradiccionis redditurum; hoc eciam declararunt, quod prenominati magister Pousa et filii Stephani quandam particulam terre intra metas superius in aliis literis declaratas possessionarie porcionis predicti domini abbatis et sui monasterii existentem cum ecclesia in eadem constructa, eorum hereditariam esse et fuisse asseruissent, ubi predictus dominus abbas iuxta sentenciam iudicis curie, secundum suum statum et sue consciencie puritatem, super eo, quod ipsa particula terre, quam iidem magister Pousa et filii Stephani prenominati eorum hereditariam fore dicebant, monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron esset et fuisset, iuramentum deposuisset, iidem autem magister Pousa, Johannes et God filii Stephani ipsam particulam terre cum ecclesia in eadem existente pacifice et benevole eidem domino abbati et suo monasterio reliquissent . . perpetuo possidendam. Datum in die festi beati Andree apostoli, anno domini M° CCC^mo XL^mo primo.

Rávezetve: Demum ad possessionariam porcionem sepedicti domini prepositi Thituliensis, prima meta circa portum Thurutru, ubi sunt due mete nove, una separat a terra prepositi, secunda ecclesie sancti Benedicti, deinde per stagnum Harisci ad caput Torcull et ibi due mete erecte sunt similiter, deinde ad collem Katasacal, ibi similiter due mete, ad montem illum ubi erat forum Barata similiter due mete, abhinc contra orientem ad fluvium Vtal eodem modo duas metas, deinde contra ad montem Thetemes unam metam, deinde contra orientem ad

montem Apra due mete, deinde ad . . due mete similiter metales super Alpar.

Pecsét nyomai nem látszanak; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 729. 2. dipl. lt. 3343. Közli: Kovács N.

109.

1341. dec. 10. Jakab fia Miklós, pozsonyi polgár végrendelete, melyben a szentmárton-pannonhalmi templomnak évenkint egy font dénárt, egy ott folyton égő lámpának föntartására hagyományoz.

In nomine domini amen. Anno eiusdem Millesimo trecentesimo quadragesimo primo, feria quarta proxima post octavas festi sancti Andree apostoli. Ego Nicolaus filius Jacobi civis Posoniensis in lecto egritudinis graviter decumbens, licet eger corpore mente tamen sanus per omnia et incolumis, vivacitateque sensuum adhuc pollens, plenarie considerans novissima mea et vite terminum, quem iuxta Psalmiste vocem non potest quisquam transgredi, mihi imminere, coram domino Nicolao capellano ecclesie sancti Laurencii utpote confessore meo, item Jakus iudice civitatis Posoniensis et Johanne filiis, necnon Jenslino Merth et Paulo filiis Jacobi, fratribus meis uterinis, ac iuratis et civibus quampluribus . . de dicta civitate Posoniensi, ad hoc vocatis . . volens pocius tempus prevenire quam a tempore preveniri, de bonis meis a deo mihi donatis, tale ultime mee voluntatis eulogium seu testamentum inter cetera ordinavi: quod primo et principaliter una libra denariorum wiennensium seu aliarum monetarum pro tempore currencium cum sex pensis computata, de domo seu curia quondam Michaelis pistoris super fossatum beati Laurencii foras, in vicinitate domuum Mendlini pistoris et Hainrici dicti Perechtel sita et existente, que mihi et meis heredibus iuxta consvetudinem dicte civitatis Posoniensis provenire annuatim consvevit et debebat, monasterio beati Martini sacri montis Pannonie Jauriensis diecesis, ac . . abbati et conventui in eodem monasterio iugiter deum et sanctos eius pro vivis exorantibus et defun-

ctis, pro comparando oleo ad continuacionem seu usum unius lampadis singulis anni noctibus in perpetuum arsure et accendende, pro salute et remedio anime mee ut sempiterne claritatis et luminis indeficientis particeps efficiar in excelsis, in perpetuam elemosinam per meos filios et heredes seu alios quoscunque predicte domus seu curie possessores, temporis in processu singulis annis in festo beati Michaelis archangeli plene . . persolvatur . . cui quidem mee voluntati testamento donacioni legacioni seu commissioni unius libre denariorum, de domo seu curia prenotata super fossatum ut premittitur beati Laurencii foras civitatem sita et existenti perpetuis temporibus irrevocabiliter (. . . . . .) abbati conventuique eiusdem amministrande et pro lampadis continuacione indefesse arsure in ipso monasterio persolvende, supradicti mei filii atque fratres suum consensum benivolum prebuerunt pariter et assensum ; rogo quoque et ammoneo tam presentes quam posteros per quos de iure erit hec solucio facienda, et contestor per viscera misericordie Jhesu Christi, ut hanc meam ordinacionem testamentariam nunquam irritent aut incassent, seu dictam libram denariorum sine omni briga molestia et inquietudine, sepefato monasterio amministrent annis singulis in prenotato termino et persolvant, ne ipsi rebelles et dictum testamentum in presenti persolvere negligentes, ab equissimo iudice Jhesu Christo interminabilem ulcionem recipiant seculo in futuro. Ut autem hec mea ordinacio legacio donacio seu commissio salva stabilis firma inconcussa et inviolabilis perseveret perenniter et perduret, presentes literas privilegiales ad mearum peticionum instanciam, pendenti sigillo civitatis Posoniensis consignatas communitas et roboratas, ob cautelam uberiorem feci assignari sepe nominato sancti Martini monasterio abbatique eiusdem ac conventui et concedi. Datum die et anno domini supradictis.

Pozsony városának hártya-szeletről függő pecsétjével ; eredetije a pannonhalmi főapátság ltárában, Capsa 33. lit. O. Közli : Stachovits R.

110.

1341. dec. 14. István pécsi prépost és kalocsai választott érsek és a pécsi káptalan, Kápolnás-Sári és Tötös nevü Baranya vármegyei birtokokat, miután azokat Siklósi Péter és fiai ki nem váltották, Kemudi Conrad fia Jakab fiának Miklósnak, anyai leány-negyedi járandósága fejében örök joggal oda ítélik.

Stephanus prepositus ecclesie Quinqueecclesiensis Colochensisque electus et capitulum eiusdem ecclesie Quinqueecclesiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod cum magister Petrus frater Gyula de Suclous, item Paulus Stephanus et Nicolaus filii eiusdem, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum composicionalium quasdam possessiones ipsorum Capulnassary et Tuteus vocatas in comitatu de Baranya existentes, a magistro Nicolao filio Jacobi filii Corrardi de Kemud racione quarte puellaris nobilis domine matris videlicet eiusdem magistri Nicolai, sororis carnalis pretacti magistri Petri de Suklous, pro centum marcis denariorum banalium impignoratas, in octavis festi beati Andree apostoli anno preterito sub pena dupli, item in secunda revolucione earumdem octavarum festi beati Andree apostoli videlicet in presenti sub pena perpetuacionis possessionum earumdem, prout in eisdem prioribus literis nostris composicionalibus plenius continetur, redimere coram nobis debuissent, ipse magister Petrus et sui filii predicti nec in primo termino, prout exhibicione aliarum literarum nostrarum exinde confectarum fuimus ad plenum informati, nec eciam in predicto ultimo termino videlicet in presentibus octavis festi beati Andree apostoli dictas ipsorum possessiones modo predicto impignoratas redimere curarunt coram nobis, imo nec aliquem vel aliquos miserunt ad easdem redimendas; nos itaque visis continenciis literarum nostrarum predictarum, easdem possessiones vigore literarum nostrarum composicionalium predictarum, quibus mediantibus idem magister Petrus et sui filii predicti se obligarant, tam pro principali pecunia centum marcarum, tam eciam pro sua dupla, que scilicet propter obmissionem redemcionis primi termini accrevit in eandem, auctori-

tate presencium eidem magistro Nicolao duximus perpetuandas. In cuius rei testimonium . . presentes literas nostras privilegiales eidem magistro Nicolao duximus concedendas, maioris sigilli nostri et autentici munimine roboratas. Actum anno ab incarnacione domini M° CCC° XL^mo primo, decimo nono kalendas mensis Januarii. Datum per manus discreti viri magistri Johannis lectoris ecclesie nostre predicte, presentibus tamen discretis viris magistro Paulo cantore, domino Georgio custode, magistro Stephano decano . . existentibus.

A pécsváradi conventnek »nobilis vir magister Nicolaus filius comitis Jacobi de Kemud« kérelmére 1342-ben »mense Augusto, fratre Johanne decano, Andrea custode et altero Johanne cantore existentibus« kiadott átiratából. A convent eredeti kiadványa a b. Révay cs. ltárában őriztetik. »Gyulay« fasc. IV. 19. Közölve néhai Hatos Gusztáv másolataiból.

111.

1341. Visegrád, dec. 23. I. Károly király a hütlen Macrabeus fia Jánosnak Kapronchа nevü birtokát, Ite fiának János comesnek adományozza.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod comes Johannes filius Ite fidelis noster ad nostram accedens presenciam, fidelitates suas et fidelium serviciorum suorum preclara merita cum summa diligencia et votiva sollicitudine nobis et sacre regie corone laudabiliter et devote exhibitas et impensa proponens et declarans, quandam possessionem Kapronchа vocatam in comitatu de Sarus ultra indagines iuxta rivulum Tapl existentem de terra Ruzlauicha undique excisam, asserens ipsam quondam Johannis filii Macrabeus infidelis nostri, qui a via fidelitatis nobis et sacre regie corone observanda se divertendo, inflatus spiritu perfidie, non attendens quod qui naturali domino moliuntur divinis disposicionibus videntur manifeste obviare, adherens infidelium nostrorum videlicet filiorum Omodei catervis, in preiudicium nostri regiminis et regalis dignitatis, damnabili presumcione contra nostram maiestatem prelians

et contra nostros fideles insurgendo diversis processibus suis maliciosis, nostris fidelibus damna, nocumenta, illaciones vulnerum et interfecciones hominum ac alias iniurias quamplurimas inferre non formidavit, emticiam ab aliis fratribus suis separatim fuisse et ex eo ad nostram collacionem de iure pertinere, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit; nos itaque qui ex debito suscepti regiminis merita singulorum animo debemus metiri pietatis, consideratis meritoriis obsequiis prefati comitis Johannis filii Ite, quibus nostre maiestati studuit complacere et se efficere graciosum, dictam possessionem Kapronchа vocatam a prefato Johanne filio Macrabeus et suis posteritatibus tamquam ab infidele et male merito aufferendo, eidem comiti Johanni pro suis fidelitatibus tamquam fideli et bene merito . . donavimus . . cum omnibus suis utilitatibus . . eo iure quo ad nostram dinoscitur pertinere collacionem, sibi et per eum suis heredibus . . sub eisdem metis et terminis quibus per priores possessores eiusdem possessa exstitit et conservata, perpetuo possidendam . . sine tamen preiudicio iuris alieni. Datum in Vyssegrad, die dominico proximo ante festum Nativitatis domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo primo.

Hátlapján a felségi pecsét nyomaival, alatta »Relacio Nicolai filii Dominici« szavakkal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 558. 28. dipl. lt. 3433. I. Károly király már ezen adományát megelőzőleg 1341. jul. 26-án kelt rendeletében utasítja az ország hatóságait, hogy Ite fia János comes azon panasza következtében »quod possessio sua Kapronchа vocata per nos ut refert sub libertate civitatis nostre de Kassa sibi collata per furum et latronum continuas insidias ac tributorum indebitas exacciones plurimum desolata foret« a panaszost megvédelmezzék s vámot jobbágyaitól tartozatlanúl ne szedjenek. Ennek eredetije megvan a Szentandrássy cs. ltárában. Közli: Kovács N.

112.

1341. Az esztergomi káptalan előtt Ugali Pál ítélőmester a király nevében, Thelukbarach nevü királyi birtokot István fiával Péterrel ennek Szentvid Oztorgatho és Újfalu nevü birtokaiért elcseréli.

Nicolaus prepositus et capitulum ecclesie Strigoniensis . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod magistro Paulo de Wgal prothonotario . . Pauli iudicis curie . . Karoli . . regis . . in persona eiusdem domini regis cum . . procuratoriis literis eiusdem ab una, et Petro filio Stephani filii Martini nobili de Barach propria in persona parte ab altera coram nobis constitutis, propositum exstitit per eosdem . . quod idem Petrus filius Stephani possessiones suas hereditarias Scenthwyd Oztorgathw et Wyfolu vocatas in comitatu Jauriensi existentes, cum omnibus suis utilitatibus, scilicet cum ecclesia lapidea in honorem sancti Wyti martiris in eadem Scenthwyd constructa . . insula in fluvio Danubii, piscaturis, loco molendini et quibuslibet aliis proventibus . . quovis nomine vocitatis ad easdem tres possessiones spectantibus, sub antiquis et certis metis terminis ac limitibus quibus easdem predecessores sui . . possedissent, in concambium quarumdam possessionariarum porcionum ipsius domini regis in possessione Thelukbarach nominata in eodem comitatu Jauriensi adiacenti existencium, nunc apud manus regias habitarum, in quibus bisseni resedissent et nunc udvornici regales ac condicionarii populi reginales residerent, eidem domino nostro regi et suis heredibus . . tradidisset . . perpetuo . . possidendas . . e converso autem idem dominus noster rex in concambium . . dictarum possessionum prefatas possessionarias porciones suas in dicta possessione Thelukbarach nominata habita super quibus bisseni resedissent et nunc udvornici regales ac condicionarii populi reginales residerent, cum omnibus utilitatibus suis . . sub metis et terminis quibus easdem iidem bisseni et udvornici regales ac populi condicionarii reginales tenuissent et possedissent . . salvis iuribus alienis et possessionariis porcionibus ecclesie de Thuruch in eadem possessione Thelukbara existent-

bus remanentibus prefato Petro filio Stephani filii Martini et suis heredibus .. et idem magister Paulus de Wgal procurator ipsius dicti regis .. tradidit coram nobis perpetuo .. possidendas .. ita videlicet, quod si prefati udvornici regales et populi condicionarii reginales ibidem amodo (.....) residere voluerint, tunc cum iisdem serviciis et (.....) Petro filio Stephani (.....) regie (....) maiestati (.....) non aliter (....) regiam vel reginalem possessionem salvis rebus et personis se transferendi et (.....) eorum in eisdem possessionariis porcionibus habitas, sub eodem debito et censu quo hactenus easdem possedissent, utendi et tenendi liberam habeant facultatem; et quia premisse possessiones prefati Petri filii Stephani utiliores et meliores possessionariis porcionibus ipsius domini regis ut premittitur permutatis esse dinoscerentur, ob hoc idem dominus noster rex addidisset eidem Petro filio Stephani centum marcas computi Budensis, quas idem magister Paulus de Wgal procurator ipsius domini regis eidem Petro filio Stephani plene persolvit coram nobis; adhuc iidem Petrus filius Stephani et magister Paulus de Wgal procurator domini regis concordi voce dixerunt, quod quia condicionarii regales et reginales habitatores dictarum possessionariarum porcionum ut premittitur ipsi Petro traditarum existant, ob hoc quandocunque idem dominus noster rex vel prefatus Petrus filius Stephani aut eorum heredes aliquam aliam possessionem hominis sine herede decedentis vel infidelis regii aut quovis alio regie collacioni de iure pertinentem, que similis et equivalens vel paulo plus ipsis possessionariis porcionibus melior esse dinosceretur, invenire possent, tunc eam ipse dominus noster rex vel sui heredes eidem Petro filio Stephani vel suis heredibus cum omnibus suis utilitatibus dare et tradere, idemque Petrus filius Stephani vel sui heredes recepta ipsa alia permutacione, premissas possessionarias porciones omnes in dicta possessione Thelukbarach habitas, et sibi ut premittitur in concambium datas, eidem domino regi et suis heredibus resignare tenerentur pleno iure, nihil penitus de eisdem possessionariis porcionibus per ipsum dominum regem ut premisimus mutatis, sibi et suis heredibus reservando; hoc adiecto, quod idem dominus noster rex in

predictis possessionariis porcionibus, per ipsum in concambium et permutacionem dictarum possessionum predicti Petri filii Stephani datis, quousque eidem Petro vel suis heredibus aliam commutacionem possessionariam conferret vel postmodum in ipsa alia commutacione in redemcionem earumdem possessionariarum porcionum ut predicitur dare assumta, eundem Petrum filium Stephani et suos heredes ab omnibus impetitoribus defendere et conservare, idemque Petrus filius Stephani eundem dominum nostrum regem et suos in futurum successores ab omnibus impetitoribus dictarum possessionum Scenthwyd Oztorgathw et Wyfolu vocatarum ac quarumlibet supradictarum utilitatum earumdem expedire . . tenerentur; ad que omnia et singula premissorum prelibatus magister Paulus de Wgal ipsum dominum nostrum regem et suos heredes, prefatus vero Petrus filius Stephani se et suos heredes spontanea obligarunt coram nobis voluntate. In cuius permutacionis testimonium presentes literas nostras privilegiales alphabeto intercisas eisdem partibus duximus sub sigillo nostro mario (így) concedendas. Datum per manus discreti viri magistr Thome ecclesie nostre lectoris, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo primo; discretis viris dominis Marco cantore, Johanne custode, Jacobo preposito ecclesie sancti Thome martiris, Nicolao Huntensi, Johanne Neugradiensi et Petro Gumuriensi archidiaconis presentibus . .

Az elveszett pecsét zöld selyem-szálakon függött, alúl chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1597. 35. dipl. lt. 3437. Közli: Kovács N.

113.

Évn. Temesvár, jul. 1. Károly király a budai káptalant utasítja, hogy a margit-szigeti apáczák Ilw nevü szigetének határát járassa meg.

Karolus . . rex . . capitulo ecclesie beati Petri de Veteri Buda . . fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus statim receptis presentibus, cum magistro Ders homine nostro vestrum mittatis idoneum pro testimonio, coram quo idem

homo noster accedat super faciem terre cuiusdam insule Ilw vocate in Danubio super Taxyn site, et convocatis vicinis et commetaneis eiusdem, per veteres metas et antiquas reambulando restatuat religiosis dominabus sororibus de Insula beate Marie vel officiali earumdem pleno iure perpetuo possidendam; volumus eciam, quod idem homo noster restatuat coram eodem testimonio molendinum earumdem dominarum in Calidis Aquis existens cum decursibus aquarum et aliis pertinenciis suis eisdem, si non fuerit contradictum. Datum in Temeswar, in octavis nativitatis beati Johannis Baptiste.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Ecclesiast. 5. 59. dipl. lt. 3394. I. Károly király többször tartózkodott Temesvárt. L. Ráth K. Magyar Királyok Utazásai. Közli: Kovács N.

114.

1342. jan. 2. A szepesi káptalan előtt Jekulfi Jakab özvegye Perrinni Mária és fiai, Jekul fiait Mátét és Domokost Jákóréte nevü erdei birtoknak eladásától, Hannus fiait és János fiát Jordánt pedig annak megvételétől tilalmazzák.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus damus pro memoria, quod accedens ad nostram personaliter (így) domina Marus filia Perrini de villa Perrini relicta Jacobi filii Jekul, unacum filio suo Laurencio suo (így) et Jacobi filii quondam Jacobi mariti sui predicti nomine, nobis protestando significare curavit, quod Mathius et Dominicum filios Jekul supradicti, ne porcionem ipsorum hereditariam ipsam dominam Marus et Laurencium et Jacobum filios suos antedictos racione supradicti Jacobi filii Jekul contingentem in possessione seu silva Jacowrethe nominata existentem, Zeurus Detrico et Zunk filiis Hannus de villa Hannus et Johanni filio Jordani Nemeth dicto de villa Sweui vendere obligare et quomodocunque alienacionis modo attribuere seu ascribere valeant seu possint, et ne ipsi filii Hannus et Johannes filius Jordani predictus de predicta possessione seu silva Jakowrethe nominata se in preiudicium ipsorum quoquomodo intromittere valeant

atque possint . . prohibuit coram nobis. Datum in crastino Circumcisionis domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Máriássy cs. letéteményében.

115.

1342. Visegrád, jan. 16. Pál országbíró a pécsi püspökség Lancsuk nevü birtokával ütköző s a margit-szigeti apáczák tulajdonát képezett Jenő és Nána nevü birtokok meghatárolására az esztergomi káptalant kiküldi.

Nos comes Paulus iudex curie . . memorie commendamus, quod cum inter . . sanctimoniales de Insula Leporum actrices ab una, et . . Ladislaum episcopum Quinqueecclesiensem in causam attractum parte ab altera, racione metarum possessionum earumdem dominarum Jeneu et Naney ac ipsius . . episcopi Lonchuk vocatarum et aliarum episcopatus Quinqueecclesiensis eisdem possessionibus Jeneu et Naney vicinancium, litigionarie quescionis materia ab anno domini M° CCC^mo XXX^mo secundo, coram nobis ventilata exstitisset, et quamplurimis vicibus hominibus regiis et capituli testimoniis per nos ad sequestracionem dictarum possessionum parcium iuxta vigorem et continenciam instrumentorum earumdem parcium faciendam, iudiciaria deliberacione per nos destinatis, ipsarum possessionum . . separacio ac metarum ereccio, eo quod mete ipsarum possessionum litigiosarum in quibusdam locis reperte in quibusdam vero non reperte exstitissent, fieri nequivisset, sed possessionarie porciones inter partes litigiosas pro trecentis marcis et post hoc ad quinquaginta aratra fuisseu estimate, tandem adhuc maturiori . . investigacione easdem possessiones parcium ab invicem volentes facere sequestrari, capitulo Strigoniensi literatorie scribendo per, homines regios sub testimoniis eiusdem capituli in octavis beati Michaelis archangeli anno domini M° CCC^mo XXXX^mo primo, presentibus partibus vel legitimis procuratoribus earumdem, vicinis et commetaneis dictarum possessionum et specialiter . abbatibus monasteriorum Saxardiensis et Zebeginien-

simulcum nobilibus honore patronatus dicti monasterii Zegiensis prefulgentibus omnimode legitime convocatis, easdem possessiones non secundum ostensionem parcium vel procuratorum earumdem, sed iuxta processus cursus et limites metarum in instrumentis ipsarum . . sanctimonialium, scilicet in privilegio domini Ladislai olim regis Hungarie et postmodum in instrumentis eiusdem . . episcopi originalibus et non in transscripto per partes vel earum procuratores illic in specie exhibendis contentarum . . si eas integraliter aut signa vel loca earum que de ipsis destructe essent conscienciose conspiciendo reinvenire possent, a primis metis usque ad finales verissime reambulari et easdem si partes concordes fierent aut per aliquem contradictum non existeret novarum metarum ereccionibus ab invicem separari . . et cuilibet parti suas possessiones perpetuo possidendas relinqui, si autem partes in aliquo discordarent vel per quospiam contradictum existeret, extunc contradictores ibidem comparentes simulcum ipsorum instrumentis si que in facto earumdem terrarum inter partes litigiosarum habere dinoscerentur peremtorie . . exhibendis, contra quam parcium deceret ad octavas festivitatis Omnium Sanctorum in presenciam regie maiestatis citari et seriem omnium premissorum per idem capitulum eidem domino regi ad dictas octavas Omnium Sanctorum rescribi facere iudiciaria auctoritate decrevissemus, et eidem . . episcopo quinque marcas compoti Budensis pro expensa fratris Petri prioris de claustro beate virginis de Insula Leporum legitimo procuratori ipsarum . . sanctimonialium in priori termino solvere obmissas cum gravamine dupli, et eciam iudicium regale per eundem contra predictas dominas in se aggregatum similiter in priori termino solvere neglectum similiter cum duplo, videlicet in toto viginti duas marcas in eisdem octavis Omnium Sanctorum ante litis ingressum contra easdem dominas et fratrem Petrum priorem solvere commisissemus. Tandem ipsis octavis Omnium Sanctorum occurrentibus, quia magister Demetrius canonicus in persona ipsius . . episcopi . . astando, predicta iudicia viginti duarum marcarum ante litis ingressum per ipsum . . episcopum persolvenda pro tunc se non posse solvere et ad dicte cause discussionem ipsum . . episcopum in termino per

nos dando personaliter pariturum fore, seque absque personali interessencia dicti episcopi ipsam discussionem pro tunc habere nolle indicabat, ideo ad diem Strennarum cum gravamine dupli predictarum viginti duarum marcarum per ipsum .. episcopum ante litis ingressum solvendarum, nostra iudiciaria sententia discussionem dicte cause prorogaverat eo modo, ut idem .. episcopus propria in persona et legitimus procurator ipsarum dominarum ad finalem discussionem dicte cause octavo die predicti diei Strennarum sine dilacione, velut sui procuratores assumserunt, comparerent coram nobis. Demum ipso die Strennarum occurrente, prenominatus frater Petrus prior pro eisdem .. sanctimonialibus de Insula Leporum .. ad nostram accedendo presenciam, nobis literas dicti capituli Strigonien sis demonstravit, quarum continencie Nicolaum filium Reche de Scenthmyhal et Stephanum filium Ladislai de Bykche homines domini regis per partes adductos, unacum magistris Petro concanonico et Johanne archidiacono Neugradiensi testimoniis iam dicti capituli Strigoniensis in predictis octavis beati Michaelis archangeli nunc preteritis ad faciem possessionum dictarum parcium accessisse, in separacione dictarum possessionum utrarumque parcium et in ereccione metarum earundem concordare nequivisse, sicque ipsas possessiones parcium absque metali sequestracione reliquisse declarabant; quibus literis perlectis, idem procurator dictarum dominarum tam de solucione dictorum iudiciorum viginti duarum marcarum et duplo eorumdem, quam de facto dicte cause ex parte ipsius .. episcopi finem debitum postulabat impertiri .. Hiis itaque perceptis, Johannes filius Inatha pro ipso .. episcopo Quinqueecclesiensi .. astando, se nec predicta iudicia in tota quadraginta quatuor marcarum in persona ipsius .. episcopi ad presens solvere, nec ad discussionem dicte cause absque personali interessencia ipsius .. episcopi se intromittere posse indicans, adhuc dissimulacionis colore discussionem dicte causis postulabat prorogari; unde quia sepedictus dies Strennarum pro finali decisione dicte cause eidem .. episcopo et parte adverse assummentibus parcium procuratoribus extiterat deputatus, et ad discussionem dicte cause idem .. episcopus personaliter parere tenebatur, qui tamen nec personaliter venire

nec prefatus procurator suus in dicta causa finem debitum habere curabat, sed dissimulativo modo adhuc prorogare conabatur, et non solum in predicto termino diei Stennarum pro finali discussione dicte cause partibus deputato, imo et in aliis terminis ipse . . episcopus acquisitis caucionum coloribus usque ad hec tempora in dicta causa nunquam finem debitum dare et habere velle agnoscebatur, et multiplicibus reambulacionibus earumdem possessionum habitis eedem possessiones parcium separari et distingi nullatenus valuisse reperiebantur, et ex eo eisdem sanctimonialibus in expensis et laboribus in prosecucione dicte cause a tam prolixi temporis spacio factis et habitis, ne iam ipsa ecclesia in huiusmodi litibus et processibus ad exinanicionem paupertatis deveniret compacientes, unacum baronibus et nobilibus regni iudiciario pro tribunal nobiscum consedentibus decrevimus iudicando, quod idem frater Petrus prior de claustro beate virginis de Insula Leporum, vel si ipsum medio tempore quod absit mori contingat, tunc alter prior successor suus, tercio se fatribus sui ordinis de eodem claustro, presentibus Nicolao filio Reche supradicto homine domini regis et testimonio dicti capituli Strigoniensis, quod capitulum presentibus ad id postulamus ut ipsi unum ex illis hominibus suis qui in facie dictarum possessionum in prioribus reambulacionibus earumdem pro parte ipsarum dominarum fuisse dinoscitur, vel si ipsos abesse contingat tunc alium discretum virum hominem ipsorum pro testimonio fidedignum transmittant, in quindenis festi Pasche domini nunc venturis ad faciem dictarum possessionum prelibatarum . . sanctimonialium Jeneu et Naney vocatarum . . accedant, et easdem per suas metas in dicto privilegio domini Ladislai olim regis Hungarie ibidem in specie exhibendo contentas, a principio usque finem reambulent et bene considerent et inspiciant metas . . earumdem, et habita huiusmodi diligenti consideracione ad eorum descensum revertantur; et postmodum quarto die dictarum quindenarum vice iterata ad faciem earumdem possessionum unacum eisdem regio et capituli hominibus accedant, et eodem privilegio domini Ladislai regis vice secundaria ibidem in specie exhibendo, easdem possessiones Jeneu et Naney vocatas secundum cursum metarum in eodem privilegio conti-

nencium, quibus a predicta possessione Lonchuk et ab ali[illegible]s possessionibus dicti . . episcopi Quinqueecclesiensis separar[illegible]i dinoscuntur reambulent, et ubicunque metas bono et vero mod[illegible]o apparentes invenire poterunt, ibi iuxta veteres novas meta[illegible]s erigant, ubicunque autem metas bono et vero modo apparen[illegible]n-tes invenire non possent, et ibi idem prior tercio se fratribu[illegible]s sui ordinis de eodem claustro beate virginis de Insula Lepo[illegible]-rum astando, in eo ut predicte possessiones dictarum domina[illegible]a-rum Jeneu et Naney vocate usque ipsa loca sint et ibi a pos[illegible]s-sessionibus dicti . . episcopi separari debeant et distingi, ad[illegible]d sui ordinis statum in suis vestibus sacramentum prestare pre[illegible]e-sumserit et prestiterit, ibi novas metas erigant, et habita ere[illegible]e-ccione ipsarum metarum, easdem possessiones Jeneu et Naney[illegible]y vocatas, sub his metis quibus ut premittitur reambulate et[illegible]t novis metis tam secundum vigorem et cursum metarum dicti[illegible]ti privilegii domini Ladislai regis, quam secundum iuramentum [illegible]n ipsius prioris et duorum fratrum suorum deponendum reno[illegible]-vate exstiterint, cum omnibus suis utilitatibus tam in terris [illegible]is quam in aquis habitis, idem homo domini regis presente testi[illegible]-monio dicti capituli Strigoniensis statuat ipsis . . sanctimo[illegible]-nialibus, non obstante contradiccione predicti . . episcopi et [illegible]t aliorum quorumlibet, eo quod in tam prolixa ventil acione dicte [illegible]e cause excepto ipso . . episcopo nullus alter apparuit contra-dictor, statuat perpetuo possidendas; si qui autem alii aliquod [illegible]l ius se habere sperarent in eisdem, facta premissa reambula-cione metarum ereccione et statucione earumdem, exequantur si volunt iure observato. Et post hec seriem premissorum cum cursibus metarum memoratum capitulum Strigoniense ad octa-vas festi beati Georgii martiris nunc venturas . . rescribat regie maiestati, et in eisdem octavis beati Georgii martiris memoratus episcopus predicta iudicia quadraginta quatuor marcarum cum pena dupli solvere teneatur coram nobis contra sanctimoniales prenotatas. Dátum in Wyssegrad, sedecimo die diei Strennarum prenotati, anno domini M° CCC^mo quadragesimo secundo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Poson. 54. 9. dipl. lt. 3457. Közli: Kovács N.

116.

1342. jan. 18. A köi káptalan előtt a Bodrog vármegyei Kuludi Batand fia János, a Sárréten három halas tavat és Battyán nevü birtokában bizonyos részt, melyeket atyja a háji káptalannak még 1305-ben kelt oklevele szerint megszerzett, Kwncha fia Péter fiainak, Pethő csöreghi várnagynak és Tamás Liptó vármegyei főispánnak átengedi.

. . capitulum ecclesie de Kw . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Johannes filius Batand de Kwlod de comitatu Budrugiensi ab una, item Andreas filius Dominici de Thul famulus magistri Petheu filii Petri castellani de Chereug pro eodem domino suo . . parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, idem Johannes filius Batand dixit, ut in causa quam idem magister Petheu filius Petri coram domino rege contra ipsum movisset, composicione . . nobilium virorum . . interveniente taliter concordassent cum eodem, quod tres piscinas Wrdugkutha vocatas in prato Saar vocato existentes, tali condicione interiecta ut eedem piscine ad quandam possessionem Bathyan vocatam in eodem comitatu Budrugiensi existentem semper pertinentes . . extitissent, ipsi magistro Pethew filio Petri et magistro Thome fratri suo comiti Lipthoiensi . . reliquisset, et quasdam porciones quondam Dominici et Moor filiorum Pathe nigri in eadem possessione Bathyan existentes simulcum quibusdam literis capituli ecclesie sancti Laurencii de Hay privilegialibus super eisdem confectis, ipsis magistris Thome et Petheu filiis Petri coram nobis . . resignavit, cassatis omnibus aliis literis privilegialibus suis si quas ex inde habuisset; quarum quidem literarum tenor talis est: . . Jacobus prepositus et capitulum ecclesie sancti Laurencii de Hay . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod constituti coram nobis Petrus filius Koncha pro se et pro Cosma fratre suo ex una parte, parte vero ex altera magister Batand filius comitis Bulyar de Kulud, idem Petrus filius Koncha confessus est coram nobis . . quod super morte Baxa fratris sui causam quam contra Dominicum et Moor filios Pathe nigri de Bathyan moverat, pro quo quidem Dominico et

Moor predictus frater ipsorum necnon Andreas filius Adoos et Paulus filius Buthka fideiussores exstiterant in causa prenotata, super qua quidem morte iidem Dominicus et Moor ad solucionem mediantibus literis nostris, vicecomitis Budrugiensis et iudicum nobilium de comitatu Budrugiensi, diversis penis obligacionibus iudiciis et duplis ac aliis interiectis se obligaverant, sed quia iidem sepedictus Dominicus et Moor medio tempore se absentaverunt fugitive abierunt, fideiussores ipsorum in fideiussione relinquendo, ne satisfacientes pro dicta morte debita prenotata, quia in possessionem ipsorum Dominici et Moor Bathyan vocatam in comitatu Budrugiensi existentem comes Budrugiensis tamquam iudex volens introire, et ipsi magistro Batand videbatur iniuriari in preiudicium ipsius et obesse in hac parte, qui quidem magister Batand prohibuit ipsum comitem Budrugiensem ab eadem possessionis occupacione maxime racione vicinitatis, quia predicta possessio Bathyan eidem pertinebat ad redimendum et remutandum, idcirco idem magister Batand eidem Petro Dominico et Moor dictam pecuniam plenarie persolvisset, quibus literis nostris et iudicum nobilium ac aliis mediantibus quas idem Petrus in processu eiusdem cause emanatas exhibuit in nostri presencia, quas diligenter perlectis reperimus in eisdem computando, ut idem magister Batand viginti quinque marcas persolvit pro morte Boxa Petro filio Kwncha pro Dominico et Moor filiis Pathe nigri, quia non habuerunt unde persolverent, vicecomiti autem Budrugiensi et iudicum (igy) nobilium decem marcas similiter pro eisdem, pro quibuscunque triginta marcis et quinque quandam possessionem eorum Bathyan vocatam Dominicus et Moor filii Pathe nigri in comitatu Budrugiensi existentem cum duabus piscinis suis scilicet Saar et Tathus vocatis, de Fyle et filiis Odoos, metis distingendo magistro Batand filio Bulyar mediantibus fideiussoribus ipsorum, videlicet Benedicto, Andrea filio Odoos, Paulo filio Buthka dederunt . . possidendam . . Datum per manus Jacobi prepositi, anno domini M° CCC° quinto . . Job decano, Blasio et Emerico canonicis . . Item prefatus Andreas filius Dominici procurator ipsius magistri Petheu in eorumdem magistrorum Thome et Petheu dominorum suorum personis pretextu premissorum et singulo-

rum ex premissis quandam possessionem quondam Petri de Zenbeneduk Harazthy vocatam in predicto comitatu Budrugiensi existentem, partim ipsos magistros Thomam et Petheu filios Petri et partim ipsum Johannem filium Batand racione vicinitatis tangentem, confessus est eidem Johanni filio Batand . . ad emendum . . permisisse iure perpetuo possidendam . . Datum decimo quinto kalendas Februarii, anno domini M° CCC° XXXX^mo secundo . . preposito vacante, Johanne lectore, Nicolao cantore, Johanne custode . . ceterisque canonicis . . deo famulantibus . .

Eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a Pongrácz cs. ltárában. Közli: Komáromy A.

117.

1342. Visegrád, jan. 26. I. Károly király előtt Rákóczi Mihály fia Balázs, Synk nevü birtokának felét, esetleg pedig, ha Körtvélyes nevü birtok kiváltása nevezett Balázs terheltetése nélkül meg nem történhetnék, az egészet Izsépi Mihály fiainak engedi.

Nos Karolus rex . . memorie commendamus, quod Blasio filio Michaelis de Rakolc ab una, Jacobo et Ladislao filiis Michaelis de Isip pro se et pro Barnaba ac Paulo fratribus suis . . parte ab altera coram nobis constitutis, propositum extitit per eosdem . . quod in causa, quam iidem filii Michaelis de Isyp in facto divisionis possessionarie contra prefatum Blasium filium Michaelis habebant, interveniente arbitrio . . proborum virorum, taliter concordassent . . quod idem Blasius filius Michaelis in octavis diei Cinerum proxime nunc venturis, prenominatis filiis Michaelis de Isyp racione divisionis possessionarie inter ipsos perpetuo durature, presentibus hominibus nostris videlicet Dominico vel Ladislao filiis Pangracii de Chelye aut Kerenchek filio Michaelis de Ronyua pro parte prescriptorum filiorum Michalis de Isyp, pro parte vero dicti Blasii filii Michaelis de Rakolch, Paulo filio Petri, Johanne filio Nicolai vel Nicolao filio Johannis de Banoch aliis absen-

tibus, coram testimoniis . . capituli Agriensis . . rectam dimidietatem eiusdem possessionis superioris Synk vocate . . sub metis . . quibus ipse tenuit . . iuxta suam conscienciam, pro ut terminos eiusdem possessionis demonstraverint, dabit et assignabit, alia recta dimidietate eiusdem possessionis sibi remanente; preterea si iidem filii Michaelis de Isyp possessionem Kurtuelus, quam prefatus Blasius filius Michaelis de Rakolc iudiciario ordine requirere non valet, processu iudicialis ordinis absque gravamine possessionariarum proprietatum eiusdem Blasii requirere voluerint . . tunc idem Blasius ad prosecucionem requisicionis possessionis memorate ad quamlibet vicem eisdem filiis Michaelis de Isyp mediam marcam dare teneretur, recuperataque dicta possessione, eandem in duas partes coequales dividere deberet, cuius recta dimidietas cederet in iurisdiccionem prefati Blasii filii Michaelis de Rakolc, alia vero dimidietas ipsis filiis Michaelis remaneret; hoc declarato, quod si recuperacio dicte possessionis Kurtuelyus absque periculo possessionariarum proprietatum ipsius Blasii fieri poterit et ad redemcionem pecuniariam devenerit, tunc dictam redemcionem pecuniariam et solucionem racione ipsius possessionis Kurtuelus utraque parcium communiter facere teneantur, si vero absque gravamine possessionarie proprietatis eiusdem Blasi premissa restauracio possessionaria fieri nequiret, tunc idem Blasius prememorate possessionis superioris Synk aliam rectam dimidietatem, quam suo dominio reservavit, videlicet eandem possessionem integraliter, presente testimonio eiusdem capituli Agriensis . . assignare tenebitur . . filiis Michaelis de Isyp memoratis; item alias possessiones, quas idem Blasius filius Michaelis de Rakolc haberet et possedisset, videlicet Synk inferiorem, Morua et Rakolch et Arach sub metis et terminis quibus per eundem Blasium possesse exstitissent, iidem filii Michaelis de Isyp de dicta ordinacione contenti eidem pacifice . . possidendas reliquissent, tali pena interposita, quod si qua parcium dictam ordinacionem non observaret, extunc contra partem alteram et suos posteros in succubitu potencialis duelli convinceretur eo facto, se et suos successores ad hoc firmiter obligantes . . Datum in Wyssegrad,

sabbato proximo post festum Conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCC° XXXX° secundo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival, melynek helyén e szavak olvashatók: »assecuracio de noticia personali Tumpus et Petri filii Mikotha viceiudicis domini palatini.« Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 698. 29. dipl. lt. 3461. Közli: Kovács N.

118.

1342. Visegrád, febr. 11. I. Károly király előtt Vak Mihály, nejével és gyermekeivel együtt, Szepes vármegyében fekvő öt birtok felét, melyet még IV. László király adományából bírtak, az Aba nemzetségből való Peteuch fia Miklós- kir. ajtónállók mesterének száz márka denárért elörökítik.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum obligatoriarum patencium Petrus filius Michaelis ceci coram nobis personaliter comparendo se firmiter obligasset assummendo, ut in octavis Strennarum nunc preteritis coram nobis personaliter compareret, pro dicto vero patre suo et aliis fratribus suis ac filiis fratrum suorum . . astaret, et tam ex parte sua quam ex parte patris et dictorum fratrum suorum ac filiorum eiusdem fratris ipsius, totales dimidietates possessionum eorumdem Jazormegy, Velchpothoka, Hennyngpotoka, Zolokhege et Ponchfeulde vocatarum in comitatu Scepesiensi existencium, magistro Nicolao filio Peteuch de genere Aba magistro videlicet ianitorum nostrorum perpetuaret coram nobis, vinculum quinquaginta marcarum incursurus si ipse Petrus dimidietates dictarum possessionum suarum in termino predicto non perpetuaret . . magistro Nicolao prenotato modo premisso comparendo coram nobis; ipsis itaque octavis Strennarum occurrentibus, prefati Petrus et Johannes filii Michaelis ceci et idem Michael pater ipsorum ac . . Anna mater eorumdem Petri et Johannis personaliter pro se, pro Nicolao vero, Matheo Bartholomeo Stephano et altero Johanne filiis videlicet eiusdem Michaelis ceci fratribus suis eodem Petro filio ipsius Michae-

lis . . ab una, et magistro Nicolao filio Peteuch de genere Aba magistro ianitorum aule nostre predicto parte ab altera coram nobis constitutis, per eosdem Michaelem cecum et . . consortem suam ac Petrum filium eiusdem in sua personaliter et dictorum fratrum suorum in personis . . relatum exstitit . . quod totales dimidietates possessionum predictarum Jazormegy, Weulchpataka, Hennyngpotoka, Zolokhegy et Ponchfeulde nominatarum in comitatu Scepesciensi existenciur, quas idem Michael et filii sui vigore literarum privilegialium regis Ladislai . . et tandem per diffinitivam sentenciam comitis Pauli iudicis curie nostre suo privilegio mediante factam ad se pertinere asserebant, cum omni integritate suarum utilitatum . . specialiter cum molendinis habitis in eisdem, ipsi magistro Nicolao filio Peteuch et per eum suis heredibus . . receptis ab ipso magistro Nicolao centum marcis denariorum . . perpetuo . . vendidissent . . possidendas, obligantes se idem Michael cecus et Petrus filius eiusdem . . prefatos vero absentes fratres suos idem Petrus . . ut si qui ex proximis aut generacionibus eorumdem . . racione prescriptarum possessionariarum dimidietatum . . prefatum magistrum Nicolaum . . inquietare niterentur . . iidem Michael et filii sui eosdem magistrum Nicolaum et suos heredes expedire tenerentur . . Datum in Wyssegrad, feria secunda proxima ante diem Cinerum, anno domini M° CCC° XL^mo secundo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 56. dipl. lt. 3462. Közli: Kovács N.

119.

1342. febr. 17. Az egri káptalan előtt Kendi Pós fia Leukus, unokaöcscsét a Kellemes és Sóvár nevü Sáros vármegyei birtokok között fekvő földrésznek eladásától, Soós Lászlót pedig annak megvételétől tilalmazza.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Beder filius Petri serviens magistri Leukus filii Pous de Kendi pro eodem domino suo . . per modum protestacionis

nobis curavit significare, quod Stephanus et Dominicus filii Nicolai filii eiusdem Pous de Kellemes, cum Ladislao Nicolao et Petro dicto Bosou fratribus suis, quandam particulam terre inter eandem possessionem Kellemes et possessionem Souar in comitatu de Sarus adiacentem, que dictum dominum suum sic sicut prefatos fratres Nicolai racione linee generacionis contingere dinosceretur, magistro Ladislao dicto Soos in quadam forma composicionis, absque scitu consensu et permissione predicti domini sui resignassent, et quia preallegatus dominus suus cum dictis filiis Nicolai racione qua supra in una foret possessionaria divisione, idcirco prelibatus dominus suus eosdem filios Nicolai a resignacione dicte particule terre, memoratum vero Ladislaum dictum Soos et quoslibet alios a recepcione et occupacione eiusdem prohiberent, et pretaxatus Beder in persona dicti domini sui prohibuit et inhibuit coram nobis. Datum in dominica Invocavit, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 833. 1. dipl. lt. 3463. Közli: Kovács N.

120.

1342. Visegrád, febr. 21. Péter szerémi püspök és kir. titkos kanczellár előtt Morouchi István, a Smaragd fia László ellenében bizonyos tolvajlás dolgában megítélt esküt leteszi.

Nos Petrus episcopus ecclesie Sirimiensis comes capelle et secretarius cancellarius domini regis damus pro memoria, quod cum secundum continenciam literarum comitis Pauli iudicis curie regie, Stephanus filius Stephani de Morouch contra magistrum Ladislaum filium Sumurugdi in octavis diei Cinerum coram nobis quinto se nobilibus, super eo, quod ipse feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli nunc transactum in predicta villa Morowch in foro publico a quodam famulo ipsius magistri Ladislai quinque marcas eiusdem indebite non abstulerit et in hac aquisicione eiusdem magistri Ladislai innocens sit . . sacramentum prestare debuisset, ipso termino adveniente, prefatus Stephanus filius

Stephani quinto se coram nobis sacramentum prestitit . . prefatus vero magister Ladislaus nec per se, nec per procuratorem suum usque sero legitime exspectatus, coram nobis comparuit ad audiendum iuramentum supradictum. Datum in Wyssegrad, secundo die diei iuramenti supradicti, anno domini M° CCC^mo quadragesimo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1558. 40. dipl. lt. 3464. Közli: Kovács N.

121.

1342. Visegrád, mart. 13. Drugeth Villermus nádor a pécsi káptalan és a margit-szigeti apáczák Baranya vármegyei birtokairól a szekszárdi convent határjáró levelének felmutatására a pécsi káptalant utasítja.

Nos Wyllermus Druget palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod cum iuxta priorum literarum nostrarum continenciam . . sanctimoniales de Insula Leporum ut actrices contra . . capitulum Quinqueecclesiense ut in causam attractum super facto possessionum Wermes, Harazty, Wyzlou et Hydueg vocatarum, quam quidem possessionem Wermes totam, de dictis autem tribus possessionibus quasdam particulas procurator earumdem dominarum legitimus tempore proposicionis per ipsum capitulum occupatas fore allegarat, in quorum contrarium procurator eiusdem capituli nec ipsam possessionem Wermes, nec particulas aliarum possessionum predictarum ipsum capitulum occupasse denegasset, sed suas possessiones Hyrichk et Lusnuk vocatas in earumdem vicinitate existentes, metis ab invicem separatas tenere et possidere allegasset, et quasdam literas transscripcionales conventus monasterii Saxardiensis metas in se continentes exhibendo, plura eciam super hoc instrumenta ipsum capitulum habere allegasset, in die medii Quadragesime queque sua instrumenta contra se se invicem super facto possessionum predictarum exhibere debuissent coram nobis; tandem ipso die occurrente, licet frater Ladislaus . . cum procuratoriis literis earumdem dominarum pro ipsis comparendo in persona earumdem duo paria literarum

privilegialium domini Bele quondam .. regis .. in specie exhibuerit coram nobis, inter metas quas in eisdem privilegiis per ordinem vidimus contineri, easdem possessiones Wermes Wyzlou Harazty et Hydueg vocatas esse suas allegando, tamen quia Fynta filius Mathius cum procuratoriis literis dicti capituli pro eodem comparendo nonnisi dua paria literarum capituli Colocensis et conventus Waradiensis in una forma emanatas, metas earumdem possessionum Hyrichk et Lusnuk exprimentes exhibendo, alias literas per nos requisitus non valebat exhibere, dictusque frater Ladislaus literas ipsius conventus Saxardiensis reexhibere et queque alia instrumenta super ipsis confecta demonstrare postulabat, ad quarum exhibicionem dictus Fynta terminum assignari postulabat; ideo iudicantes commisimus, quod dictum capitulum predictas literas conventus Saxardiensis et queque alia instrumenta super eisdem possessionibus Hyrichk et Lusnuk emanata, in octavis festi sancti Georgii martiris nunc venturis cum iudicio trium marcarum ante exhibicionem earumdem deponendarum, exhibere teneatur coram nobis .. Datum in Wyssegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Bud. 4. 10. dipl. lt. 3467. Közli: Kovács N.

122.

1342. Visegrád, mart. 17. I. Károly király előtt Nagymartoni Pál országbíró Seregélyes nevü Fehér vármegyei birtokot ítélőmesterének Ugali Ivánka Pálnak adományozza.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod magnifico viro comite Paulo filio Simonis iudice curie nostre ab una, et magistro Paulo filio comitis Iwanka de Vgal prothonotario suo parte ab altera coram nobis propriis eorum in personis constitutis, per eundem comitem Paulum iudicem curie nostre propositum exstitit .. quod ipse consideratis gratuitis et meritoriis ac preclaris serviciis ipsius magistri Pauli de Vgal, quibus sibi idem magister Paulus creberrimis et continuis tem-

poribus studuisset incessanter complacere . . quandam possessionem Seregylus vocatam in comitatu Albensi existentem, a Petheu filio Mathei sibi iusto iuris titulo devolutam, cum omnibus suis utilitatibus . . ac sub metis antiquis quibus per ipsum Petheu filium Mathei habita exstitisset et possessa, eidem magistro Paulo de Vgal et per eum suis heredibus donasset . . ac . . donavit . . coram nobis, perpetuo . . possidendam . . et omnia sua instrumenta in facto eiusdem possessionis Seregylus confecta ad manus eiusdem magistri Pauli assignavit coram nobis . . Datum in Wyssegrad, in dominica Judica, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét romjaival, melyek alatt ez olvasható: »Relacio comitis Desew de Puk«; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 587. 39. dipl. lt. 3468. Közli: Kovács N.

123.

1342. Visegrád, mart. 22. I. Károly király előtt Emőkei Dezső, az esztergomi érsekség Üzbégh nevü Nyitra vármegyei birtoka mellett fekvő Kendi nevü birtokát Csanád esztergomi érseknek hatvan bécsi márka örökáron bevallja.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod . . Cha(nadinus), archiepiscopus Strigoniensis ab una, magister Desew de Enykeg pro se et pro Andrea filio suo . . ac Michaele altero filio suo . . parte ab altera coram nobis personaliter constituti, idem magister Deseu quandam possessionem suam Kendi vocatam, vicinam et commetaneam possessioni dicti domini archiepiscopi Ezbeg vocate, in comitatu Nitriensi existentem, cum omnibus suis utilitatibus . . pro sexaginta marcis vienensium (így) quamlibet marcam cum decem pensis computando, coram nobis plenarie . . receptis et per predictum dominum archiepiscopum persolntis, eidem domino archiepiscopo et per eum sue ecclesie predicte iure perpetuo possidendam . . vendidisse est confessus, universa sua instrumenta literalia quorum vigore dictam possessionem ipse et filii sui predicti ac progenitores eorumdem . . possedissent, in manus eiusdem domini



archiepiscopi assignando. Datum in Wyssegrad, feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC° XXXX° secundo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccl. 3. 13. dipl. lt. 3666. Közli: Kovács N.

124.

1342. mart. 25. Domokos kápolnai lelkész és gömöri alesperes bizonyítja, hogy Szkárosi Miklós Bek János özvegyének egy és egynegyed márkát lefizetett.

Nos Dominicus sacerdos de Capulna vice, archidiaconus Gumuriensis damus pro memoria, quod iuxta continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam composicionis exprimencium, feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum Nicolaus filius Nicolai de Scarus nobili domine relicte Johannis dicti Bek fratris sui nunc consorti Becus, unam marcam et fertonem coram nobis solvere debuisset; ipso termino occurrente, idem Nicolaus filius Nicolai ipsam unam marcam et fertonem persolvit coram nobis et est racione ipsius unius marce et fertonis expeditus. Datum in termino prenotato, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Papíron, zárlatán ép monorú pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Hamvay cs. ltárában.

125.

1342. apr. 9. A nagyváradi convent előtt Bagun fia Miklós és Ugrin fiai, őseik adományát Zynche és Thuba birtokról, Bátori Bereczk fiai: János és Miklós részére megerősítik.

Johannes prepositus et conventus monasterii sancti phani prothomartiris de promontorio Waradiensi significa- quod magister Johannes et Nicolaus filii Briccii ex m Johannes filius Nicolai filii Bagwn et Ladi-

slaus filius Vgrini filii eiusdem Bagwn, feria tercia proxima post octavas Pasche domini in nostri presencia personaliter constituti, confessum exstitit per Johannem filium Nicolai et Ladislaum filium Vgrini antedictos .. quod cum Bencench Vgrinus et Merhardus filii Merhardi progenitores ipsorum quasdam possessiones Zynche et Thuba vocatas iuxta fluvium Feyerkeres vocatum existentes in dotem nobilis domine matris eorumdem filiorum Briccii et sororis ipsorum eisdem filiis Briccii et eorum heredibus perpetuo .. donassent .. quam quidem donacionem Chak filius eiusdem Bencench successu temporum ratam habens, literis privilegialibus confirmasset, quia iidem Johannes et Ladislaus predicti post eorum adventum ad istas partes, quamplura servicia beneficia necnon alia iuvamina ab eisdem filiis Briccii proximis ipsorum recepissent, in eorum recompensacionem et ipsorum proximitatis ob respectum, sicut predicti progenitores ipsorum .. donaverant, sic et ipsi .. donasse .. predictis filiis Briccii et eorum heredibus .. sunt confessi coram nobis, totum ius et proprietatem seu dominium possessinum predictarum in ipsos filios Briccii et eorum heredes transferentes. Datum feria tercia supradicta, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 603. 2. dipl. lt. 3471. Közli: Kovács N.

126.

1342. apr. 14. A vasvári káptalan a győri káptalannak a Vas megyei Váth birtokról 1226-ban kelt és a Herman nemzetségből való Kondakor fiai által felmutatott oklevelét Bögöthi Varda és Csepán fiai részére átírja.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castro Ferreo significamus .. quod cum iuxta formam literarum convencionalium excellentissimi principis domini Karoli .. regis .. Jacobus et Stephanus filii Kundakur nobiles de genere Herman tenorem et seriem instrumentorum eorum literalium super possessione Walt vocata habitorum, Georgio filio

Varda et Elie filio Chepani de Buguth sub sigillo nostro ad rescribendum dare debuissent, tandem predictus Jacobus filius Kundakur pro se et pro Stephano fratre suo coram nobis constitutus, privilegium capituli Jauriensis super eadem possessione Walt confectum exhibuit continens hunc tenorem: Capitulum Geuriensis ecclesie .. stb. (l. ennek 1226. évi oklevelét Hazai Okmt. VI. köt. 19. l.) Nos enim seriem .. earumdem literarum privilegialium presentibus literis nostris patentibus de verbo ad verbum rescribi fecimus et sigillum nostrum duximus apponendum, et quamprimum presentes nobis reportate fuerint, nostrum privilegium exinde conferemus; nihilominus idem Jacobus sua et Stephani fratris sui assumsit in personis, ut quandocunque necesse fieret, iidem privilegium Geuriense erga Georgium et Eliam prescriptos teneantur exhibere. Datum in quindenis festi Pasche domini, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Békássy cs. ltárában.

127.

1342. apr. 14. Az esztergomi káptalan Tamás erdélyi vajdának és szolnoki főispánnak jelenti, hogy a Szolnok vármegyei Hatzok nevü birtok határát a sághi convent részére IV. Béla oklevele értelmében azért nem járathatta meg, mert abban a határ Iwa nevü birtok határával egybe van foglalva.

.. Thome woyvode Transsilvano et comiti de Zonuk .. capitulum ecclesie Strigoniensis .. noverit vestra magnificencia literas vestras recepisse .. in quibus reperiebamur, ut cum Johanne filio Jacobi filii Batur de Kelenyen et Gugh de Kata hominibus regiis nostra mitteremus testimonia, in presencia quorum iuxta continenciam dictarum literarum vestrarum iudicii vestri formam exprimencium, in octavis festi Pasche proxime preteritis accederent ad faciem cuiusdam possessionis monasterii beate virginis de Saagh, Hatzok vocate in comitatu predicto de Zonuk existentis .. reambularent eandem ..

et statuerent ecclesie prenotate, et post hec seriem dicte reambulacionis et statucionis ad octavas festi beati Georgii martiris vestre magnificencie rescriberemus suo modo. Nos vero . . cum predicto Johanne filio Jacobi . . Johannem socium et concanonicum nostrum pro parte ipsius prepositi, item Andream sacerdotem prebendarium chori nostri cum predicto Gugh de Kata pro parte Pauli filii Benedicti hominibus regiis transmisimus, qui tandem negocio peracto . . nobis . . retulerunt in hunc modum, quod ipsi in predictis octavis festi Pasche ad faciem dicte possessionis Hatzok accessissent et universis vicinis et commetaneis eiusdem legitime inibi convocatis et eisdem presentibus . . Stephanus prepositus de Saagh personaliter inibi comparendo, privilegium domini Bele regis iuxta cuius continenciam ipsa possessio reambulari debebat, in facie eiusdem possessionis exhibuisset, predicto Paulo similiter inibi existente; et cum dictam possessionem Hatzok iuxta continenciam ipsius privilegii reambulare voluissent, dictum privilegium eandem possessionem Hatzok non per se sed cum possessione Iwa vocata in eodem privilegio existenti sub una inclusione metarum conclusisset, et quia dicte possessiones sub una inclusione metarum fuissent et mete in dicto privilegio existentes utramque possessionem circumdabant absque terminali scissione aliquali, ideo iidem homines regii presentibus nostris testimoniis, eandem possessionem Hatzok pro se reambulare et ipsi domino Stephano preposito statuere nequivissent; dixisset nihilominus idem Paulus, quod si esset necessarium, ad ostendendum metas sue possessionis promtus esset et paratus. Datum in quindenis festi Pasche, anno domini M° CCC° XL^mo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 31. 47. dipl. lt. 3473. Közli: Kovács N. V. ő. Fejér i. m. VIII. 7. 345.

128.

1342. apr. 23. Az egri káptalan előtt Agarchi Anda fia Mihály, unokatestvéreire Csányi Imre fiaira Agarch nevü Heves vármegyei birtokának egy harmad részét rokoni jóvoltából és tizenkét márkagaras felülfizetés mellett örökjoggal átruházza.

. . capitulum ecclesie Agriensis . . ad . . noticiam . . volumus pervenire, quod Michael filius Anda de Agarch ex una, et Lack filio Emerici de Chan pro se et pro Johanne fratre suo parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem Michaelem . . propositum extitit . . quod quia idem Lack et Johannes essent filii uterini sororis dicti Anda patris sui, et dicti proximi sui a multis temporibus retroactis hucusque sibi pre ceteris aliis proximis suis . . complacere, negociaque sua tempore et loco ad id opportunis . . supportare studuissent, ob hoc ipse tum pro his . . tum eciam pro expedicione quarte filialis dicte nobilis domine sororis eiusdem patris sui Elena vocate iam defuncte, qua ipsa predictis proximis suis debito iure nature et de regni consvetudine teneri dinosceretur, specialiterque receptis ab eisdem proximis suis duodecim marcis grossorum, terciam partem preallegate possessionis sue Agarch in comitatu Heveswyuar existentis, titulo iuris hereditarii ipsum contingentis, cum omnibus . . pertinenciis eiusdem tercie partis . . duabus partibus eiusdem sibi remanentibus . . donasset . . et coram nobis . . contulit predictis Lack et Johanni ac ipsorum heredibus iure perpetuo possidendam . . insuper obligavit se idem Michael et heredes suos, memoratos Lack et Johannem filios Emerici et ipsorum posteritates ab omnibus racione dicte porcionis possessionarie tempore progressivo inquietare nitentibus . . defendere . . In cuius rei testimonium . . presentes contulimus sigilli nostri autentici munimine roboratas; presentibus tamen Nicolao preposito, Martino cantore, Johanne custode dominis, Johanne de Borsod, Dominico de Abawyuar, David de Zabowch, Johanne de Patha, Petro de Heues, Dominico de Borsua archidiaconis . . Datum in festo beati Adalberti martiris, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo; regnante Karulo . . rege . . Chanadino archi-

episcopo Strigoniensi, Colocensi sede vacante, et domino nostro . . N(icolao) . . episcopo Agriensi existentibus.

A pecsét sárga selyem-sodraton függ, alúl chyrographum rajta; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 669. 2. dipl. lt. 3475. Közli: Kovács N.

129.

1342. Sáros, apr. 24. Druget Villermus nádor Abafi János fiának Bolyi Miklós fia László ellen egy ló és ökör dolgában bejelentett panasza elintézésével Zemplén vármegye alispánját és szolgabíráit bízza meg.

Willermus Druget palatinus et iudex comanorum . . magistris Petro et Merse vicecomitibus suis et quatuor iudicibus nobilium de Zemplinio . . quamvis super facto equi et unius bovis, quo Ladislaus filius Nicolai de Boul per Paulum filium Johannis filii Aba incusabatur, se innocentem affirmat et immunem, prout in aliis continetur nostris literis, eapropter vestre fidelitati precipientes mandamus per presentes, quatenus receptis presentibus, dictis partibus ad vestram presenciam legitime evocatis, iusticiam faciatis inter partes, moderamine iuris observato, super facto prenotato; et aliud non facturi Datum in Sarus, in festo beati Georgii martiris, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 861. 16. dipl. lt. 3476. Közli: Kovács N.

130.

1342. Esztergom, apr. 25. Gervasius fia Péter viviersi kanonok és pápai nuncius menedéklevele negyven bécsi márka pápai tizedről Tamás zobori apát részére.

. . Petrus Gervasii canonicus Viuariensis apostolice sedis *nuncius* pro infrascriptis et nonnullis aliis ecclesie Ro-

negociis ad regnum Hungarie destinatus .. notum facimus universis, quod habuimus et recepimus die date presencium a .. Thoma abbate monasterii de Zoborio Strigoniensis diecesis ordinis sancti Benedicti, quadraginta marcas viennenses latis ad numerum budensem racione decime sexannalis olim imposite in consilio Viennensi pro primis quatuor annis non solute, de quibus siquidem XL marcis per nos habitis et receptis nomine domini nostri pape et eius camere ipsum dominum abbatem et eius monasterium tenore presencium solvimus et quitamus. Datum Strigonii, sub nostro sigillo, die XXV. mensis Aprilis, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

A hártya-szalagon függött pecsét elveszett; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1671. 64. dipl. lt. 3477. Közli: Kovács N.

131.

1342. apr. 26. A szepesi káptalan előtt Pelejtei Vinczló fia Miklós és Azari Mihály fia Miklós, Pelejtei Márton fiát Jánost, ki Farkas nevü Baranya vármegyei birtokukat ál úton a királytól fölkérte, tilalmazzák, hogy azt vejére László fiára Mártonra át ne ruházhassa.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus damus pro memoria, quod nobiles viri Nicolaus filius Vinczlov de Pelehthe ac Nicolaus filius Michaelis de Azar ad nostram personaliter accedentes presenciam, nobis protestando significare curarunt, quod Johannes filius Martini de eadem Pelehthe possessionem ipsorum Farkas vocatam de comitatu Baronia nequiciose et fraudulenter cum privilegio .. Karoli .. regis sigillo mediocri eiusdem super eadem possessione Farkas confecto .. Martino filio Ladislai genero suo .. contulisset, quare ipsi eundem Johannem filium Martini ne eandem possessionem alienare .. ac predictum Martinum ne se quovis nomine occupacionis intromittere ac ipsum privilegium detinere valeant .. prohibuissent .. Datum feria sexta post festum beati Georgii martiris, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kende cs. letéteményében.

132.

1342. Kompolth, máj. 8. Heves vármegye alispánja és bírótársai előtt Széky Farkas, Várallyai András elleni ügyében Pous fia Lökös mint bíróilag kirendelt tanu ellen kifogást emel.

Nos magister Nicolaus vicecomes et quatuor iudices nobilium de Heueswyuar damus pro memoria, quod cum nos in vigilia Ascensionis domini in nostro tribunali Farcasio de Zeky contra Andream filium Thome hominem de Waralya super quadam causa cum vicinis nobilibus videlicet magistro Leukus filio Pous et aliis vicinis testimonium iudicassemus, idem Farcasius coram nobis tali modo respondit, quod dictus Leukus ipsum non diligeret et eciam alios vicinos suos de Bvya idem Leukus devastasset, et ideo cum eisdem comprobare causam suam nequiret; quo audito Beder famulus et procurator eiusdem Leukus cum legitimis procuratoriis coram nobis comparendo dixit, quod dictus dominus suus nunquam devastator alicuius exstitisset et super hoc nostras presentes literas sibi dari postulavit. Datum in Kompolth, in termino prenotato, anno domini M° CCC° XL^mo secundo.

Papíron, zárlatán három gyűrűs pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 833. 2. dipl. lt. 3481. Közli: Kovács N.

133.

1342. máj. 8. Az esztergomi káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Tamás erdélyi vajda, Mihály fiával Istvánnal és Benenik comessel a köztük per tárgyát képező Tagadótelek birtok dolgában megegyezett.

. . Karolo . . regi capitulum ecclesie Strigoniensis . . noveritis nos literas comitis Pauli iudicis curie vestre recepisse in hec verba . . capitulo Strigoniensi comes Paulus iudex curie . . noveritis quod [illegible] secundum continenciam priorum literarum nostrarum b[illegible]lomini regis sub testimoniis vestris in octavis festi Na[illegible]ate virginis proxime preteritis ad

faciem cuiusdam possessionis, quam procurator domini Thome woyvode Transsilvanie accolas Tagadoteluky vocari et nomine possessionis condam Sebastiani filii Tagadou hominis heredum solacio destituti regie collacionis titulo ipsi Thome woyvode pertinere proposuerat. Stephanus vero filius Michaelis eam possessionem quam idem dominus Thomas woyvoda Tagadoteluky vocari fecisset, nunquam aliquo titulo predicto Sebastiano filio Tagadow sine herede decedenti, sed sibi et comiti Benenykh fratri suo hereditario iure et ad possessionem ipsorum Solmus vocatam ab aliquo tempore pertinuisse . . allegarat . . accedendo . . prius legitime eam litigiosam possessionem . . reambulando . . estimare, et post hec tocius facti seriem partes in literis vestris octavo die nobis reportare debuissent, et ipsius reportate seriei discussio volentibus partibus ad octavas diei Cinerum prorogata exstitisset, tandem ipsis octavis diei Cinerum advenientibus, magistro Pethew prothonotario et legitimo procuratore dicti domini Thome woyvode coram nobis adherente, pretactus Stephanus filius Michaelis pro se personaliter et pro ipso comite Benenykh . . ad nostram accedendo presenciam, nobis literas vestras demonstravit, in quibus hominem regium utrumque testimonium in predictis octavis Nativitatis beate virginis proxime preteritis, ad faciem predicte possessionis litigiose accessisse, et de ipsa litigiosa possessione hanc veritatem, quod memorata possessio litigiosa Tagadoteluke ad ipsorum attestancium scitum semper fuisset absque metali distinccione pertinens ad possessionem Solmus vocatam, et per consequens Stephani et Benenikh predictorum, et quod ipse Tagado cuius titulo ipsa terra vocari esset consveta, ipsorum iobagio cum Sebastiano filio suo exstitisset, scivisse, ipsamque terram trium aratrorum sufficere conspexisse, et quamlibet aratrorum particulam quatuor marcis propter suam fructuosam utilitatem estimasse, et tria eciam molendina in eadem currencia in decem marcis estimasse, ex parte autem ipsius Thome woyvode in ipso termino et factis premissis nullum penitus comparuisse reperimus; quarum literarum vestrarum perlectis continenciis, quia prefatus magister Petew legitimus procurator ipsius domini Thome woyvode premissam inquisicionem et estimacionem in absencia ipsius Thome woyvode et

procuratoris sui factam fore, et ex eo eundem dominum suum de huiusmodi inquisicione et estimacione contentari nolle asserebat, ideo amiciciam vestram requirimus presentibus diligenter, quatenus mittatis duos viros discretos ex vobis pro testimoniis . . quibus presentibus Michael filius Johannis de Keer aut Martinus de Herman pro parte dicti domini woyvode, item Budow de Wnga vel Gregorius filius Gyurke aut Stephanus filius Marcus pro parte prefatorum Stephani et comitis Benenikh, aliis absentibus homines regii in octavis festi beati Georgii martiris nunc venturis ad faciem possessionis litigiose . . accedendo et invicem procedendo, prius legitime eam per suas distincciones reambulando . . super eo, utrum ipsa litigiosa possessio predicti Sebastiani filii Tagadow hominis sine herede decedentis exstiterit et quo titulo eidem pertinuerit ac metis ab eadem possessione Solmus distincta sit, sicque regie collacioni et per consequens ipsi domino woyvode attineat, aut nunquam eidem Sebastiano aliquo titulo pertinuerit, sed semper prefatis Stephano et comiti Benenikh hereditario iure et ad possessionem ipsorum Solmus predictam nulla metali distinccione ab antiquo tempore attinuerit . . investigando . . inquirant omnimodam veritatem, eandemque possessionem litigiosam signis metalibus consignando et regali mensura mensurando vel visu considerando, cum aliis probis viris estiment . . si partes in facie eiusdem nequiverint concordare; et post hec tocius facti seriem cum ipsa inquisicione et nominibus attestancium ac estimacione, si fieri contingat, ad octavum diem domino regi fideliter rescribatis; et quia idem dominus Thomas woyvoda personaliter vel per procuratorem suum in dicto termino premisse inquisicioni et estimacioni interesse non curasse ex serie dictarum literarum vestrarum reperiebatur, ideo eundem Thomam woyvodam in iudicio regali in termino reportacionis seriei premissorum ante litis ingressum persolvendo decrevimus convictum exstitisse. Datum in Wyssegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo. Nos igitur . . unacum Martino predicto homine vestro magistrum Ladislaum concanonicum nostrum pro parte domini woyvode, et Gregorio antedicto similiter homine regio magistrum Petrum modo simili canonicum ecclesie no-

stre ad premissa exsequenda ad dictum terminum et locum duximus transmittendos, qui demum . . retulerunt, quod in facto dicte possessionis Tagadowteleke . . vocate per ordinacionem proborum virorum, vicinorum et commetaneorum eorumdem, concordassent tali modo, ut de ipsa terra predicti compositores quandam particulam a parte meridionali scilicet a vicinatu Gyunghus, committerent domino woyvode antedicto, et reliquam particulam a parte septemtrionali scilicet a vicinatu Solmus, nobilibus iamdictis de eadem Solmus; cuius quidem possessionis mete, ut dixerunt, hoc ordine distinguntur: quod primo et principaliter fuissent erecte due mete terree a parte orientali circa unam magnam viam inter duos fluvios Merghus vocatos, que quidem via de Gyunghus vadit ad Bene, quarum una separat possessioni Gyunghus et alia possessioni Solmus, item abinde vertitur ad occidentem directe et vadit ad duas terreas metas novas, et ad eandem plagam eundo cadit ad fluvium Solmuspotaka, in exituque ipsius fluvii versus eandem plagam vadit ad duas metas consequenter duplicatas, et adhuc ad eandem plagam cadit ad unam foveam perpetuo duraturam, ubi sunt iterum due mete, deinde ad eandem plagam vadit ad unam magnam viam que de Gyunghus vadit ad Matra, ubi sunt due mete terree, postmodum autem vadit ad unam foveam Tubapotaka vocatam, abinde vero usque ad tractum unius sagitte ad eandem plagam iterato vadit ad duas metas terreas, item ad eandem plagam eundo per duas metas terreas cadit ad unam vallem Agberuk vocatam, ubi sunt due mete erecte, ubi mete ipsius litigiose terre terminate exstiterunt; et sic dictam litigiosam possessionem legitime, voluntate et consenciente parcium (így) reambulando, reambulatamque metali distinccione separando, iuxta cursus metarum iamdictarum a parte Gyunghus domino Thome woyvode, et a parte Solmus nobilibus de eadem antedictis statuissent; obligando insuper se ipsas partes, dominus woyuoda pro se ipso et suis filiis ad se ad sua gravamina ac possessiones, item Stephanus pro se et pro Kompoldo fratre suo ad se et ad sua gravamina ac possessiones, et Benenikh similiter pro se et filio ad se et ad sua gravamina ac possessiones, tali condicione mediante, ut si quispiam parcium in premissis processu temporum . . litem erigere

niteretur, extunc excitator cause . . in rebus et possessionibus aggravaretur, et in huiusmodi facto litere si aliquales fuissent emanate ante terminum et diem datarum presencium, viribus carere commisissent, contra vigorem presencium literarum. Datum in quindenis beati Georgii martiris, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Zárlatán pecsétek töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 16. 96. dipl. lt. 3465. Közli: Kovács N. I. Károly királynak Visegrádon, 1341. apr. 13-án kelt adománylevele Tagadótelek nevű birtokról Tamás vajda részére ugyanott őriztetik. Dipl. lt. 3370. Solymosi István és társa az adományozás ellen óvásukat már 1341. sept. 6-án a Drugeth Vilmos nádor által Heves megye részére Örvényben tartott közgyülésen bejelentették; az erről szóló oklevél eredetije a N. Muzeumban, a Dancs cs. ltárában őriztetik.

134.

1342. máj. 11. A szepesi káptalan bizonyságlevele arról, hogy a Baksa nemzetségből való Tamás fia László és rokonai, Kisazari Mihály fiai ellenében tizenötöd-magukkal esküt tettek arra, hogy egy öt ekényi földterület Szécs nevü birtokukhoz tartozik.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam literarum . . comitis Pauli iudicis curie Thomas filius Ladislai, Nicolaus et Stephanus filii Detrici, Gregorius filius Dionisii et Thomas filius Simonis de genere Baxa per se, vel si aliquem ex ipsis mori vel graviter infirmari contingeret, tunc loco sui alium nobilem statuendo, si mortem vel infirmitatem suam per literas alicuius loci credibilis aut iudicis ordinarii ipsorum evidenter potuisset declarare, quintodecimo se nobilibus in octavis beati Georgii martiris nunc proxime preteritis, presentibus Laurencio filio Michaelis de Rozwad vel Poka filio Pauli de Zenthus aut Johanne filio Pauli de eadem vel Nicolao filio Garabus pro parte ipsorum, item Nicolao filio Markalphi de Hwzywmezew vel Petro filio Abrae de Wyfalw aut Blasio filio Michaelis de Rabolch aut Stephano de Lezna pro parte

Nicolai et Laurencii filiorum Michaelis de Kysazar, aliis absentibus hominibus domini nostri regis predicti et testimoniis nostris .. ad peticionem eiusdem comitis Pauli in facie cuiusdam possessionarie porcionis litigiose quinque aratrorum inter metas possessionis Zech adiacentis comparendo, super eo, quod mete per ipsos ostense .. vere mete dicte possessionis ipsorum Zech et pertinencium ad eandem sint, et ipsa terra litigiosa ad quinque aratra estimata ad predictam possessionem ipsorum Zech .. pertineat, sacramentum prestare .. debuissent, ita scilicet, quod si sacramentum super premissis prestiterint, extunc iidem homines regii presentibus testimoniis nostris eandem particulam terre per prefatas metas .. infra declarandas per eosdem scilicet Thomam filium Ladislai ac consocios suos supranominatos ostensas reambulando .. ipsam terram quinque aratrorum litigiosam eisdem Thome filio Ladislai, Nicolao et Stephano et Gregorio ac Thome filio Simonis statuendo, ad prefatam possessionem ipsorum Zech .. applicarent perpetuo possidendam, si autem prestare non possent seu nollent, tunc ipsam terram litigiosam statuendo predictis filiis Michaelis, sub metis per eosdem demonstratis ad possessionem ipsorum Kysazar predictam applicarent similiter perpetuo possidendam, et post hec ipse partes seriem ipsius iuramenti .. in octavis festi Penthecostis nunc venturis in nostris literis predicto domino iudici reportare debuissent; tandem ipsis octavis beati Georgii martiris advenientibus, premissi Thomas filius Ladislai, Nicolaus et Stephanus filii Detrici, Gregorius filius Dionisii ac Thomas filius Simonis, presentibus Laurencio filio Michaelis de Razwad pro ipsorum parte, item Petro filio Abrae de Wyfalu predictis, pro parte predictorum filiorum Michaelis, hominibus eiusdem domini nostri regis, ac magistris Thoma de Zagrabia et Demetrio de Ewsy fratribus et concanonicis nostris de medio nostri per nos .. ad premissa exequenda transmissis, in facie eiusdem terre litigiose ad quinque aratra estimate, inter metas possessionis Zech prefate adiacentis, ut iidem homines .. domini nostri regis et nostri predicti .. retulerunt .. super eo, quod premisse mete per ipsos ostense vere mete prenominate possessionis ipsorum Zech .. sint, et ipsa terra litigiosa ad quin-

que aratra estimata ad sepedictam possessionem ipsorum Zech . . attineat seu pertineat, quintodecimo se nobilibus, videlicet Johanne filio Aba de Abahaza, Mako filio Pauli de Zenthus, Petro filio Ladislai de Bely, Jacobo filio Jacobi de Nagmichal, Petro de Razsswagy, Nicolao filio Andree de Bachka, Johanne filio Nicolai de Cheb, Emerico filio Artius de Belse, Egidio filio Cosme de Cosma et Simone de Hupkahelmeche, prout moris est secundum consvetudinem regni iurare super terram, sacramentum deposuissent ut debebant, ac premissi homines regii presentibus predictis nostris hominibus sepenominatam terram litigiosam per metas supra denotatas reambulando ac novas iuxta veteres erigendo, prelibatis Thome filio Ladislai, Nicolao et Stephano filiis Detrici, Gregorio filio Dionisii et Thome filio Simonis statuissent ad prefatam possessionem ipsorum Zech et ad eandem pertinencium applicando perpetuo possidendam; cursus vero metarum predictarum talis est: prima meta incipit a plaga orientali a tribus metis capitalibus, quarum due sunt lapidee et tercia terrea, a quibus versus plagam occidentalem procedendo et per terras arabiles currendo iungit unam metam terream, deinde versus eandem partem eundo transit quandam magnam viam que de villa Pelezte ducit in dictam villam Zech, iuxta quam per quedam virgulta currendo annectit unam metam lapideam, de qua ad eandem plagam in dictis virgultis per modicum spacium currendo intrat in quandam viam, in qua reflectitur versus plagam septemtrionalem et currendo per longum spacium iungit unam metam terream, ubi reflectitur ad plagam occidentalem, inter terras arabiles currendo intrat in fluvium Colbasa vocatum, in cuius introitu sunt due mete terree, in quo quidem fluvio reflectitur ad dictam plagam septemtrionalem et currendo in eodem attingit quendam puteum Kwbulkuth vocatum, a quo reflectitur iterato ad partem occidentalem et venit ad quasdam arbores saliceas, unde reflectitur ad eandem plagam septemtrionalem, currendo iungit quendam dumum similiter saliceum, a quo declinat ad partem occidentalem, et per terras arabiles per magnum spacium declivo modo currendo iungit quandam arborem piri silvestris in fine eiusdem ville Kyssazar existentem, deinde versus ipsam plagam currendo venit ad r^m

metam lapideam que est in quadam via de ipsa villa Azar in villam Zebegnow ducente, de qua adhuc ad eandem plagam septemtrionalem currendo obliquo modo, pervenit ad unam metam terream erectam de voluntate parcium premissarum, unde ad plagam septemtrionalem eandem tendens iterum ad metas priores, et per largum spacium inter terras arabiles currendo, annectit duas metas terreas iuxta quoddam virgultum existentes, a quibus versus dictam plagam septemtrionalem per continuas metas currendo venit ad duas metas terreas, de quibus adhuc versus eandem plagam currendo iungit unam metam lapideam, abindeque ad eandem plagam eundo venit ad unam metam terream iuxta viam de villa Zebegnow in silvam ducentem, et deinde declinat ad plagam occidentalem et intrat ad fluvium Kwesdpatak vocatum, in quo versus eandem plagam supra contra meatum ipsius in latere cuiusdam montis Scer dicti currendo, venit ad caput ipsius fluvii, a quo capite egrediendo ascendit ad verticem eiusdem montis Scer et ibi est una meta lapidea, et sic mete premisse possessionis Zech et ad easdem pertinencium terminantur. Datum sabbato proximo post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1918. 9. dipl. lt. 3489. Közli: Kovács N.

135.

1342. Visegrád, máj. 12. Pál országbíró Csabagáta nevü birtokot Kolus fia Laczk ellenében Vejkei Pál és János fiainak ítéli oda.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum secundum formam nostre iudiciarie deliberacionis homines domini regis presentibus testimoniis capituli ecclesie Quinquecclesiensis in quindenis festi Omnium Sanctorum anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo octavo preteritis, ad faciem possessionis Chabagatha vocate, quam tempore proposicionis magister Lachk filius Kolus actor, quondam Nicolai

filii Cosme hominis sine herede decedentis cum ad eandem pertinentibus esse et regali collacioni proposuerat pertinere, Georgius vero filius Petri procurator Stephani filii Johannis et Nicolai filii Pauli de Weyk in causam attractorum, predictis Stephano et Nicolao de Weyk tam racione generacionis eorum ipsi Nicolao filio Cosme annexe, quam efficacibus instrumentis pertinere allegarat . . predictis partibus . . presentibus accedendo, simul et invicem procedendo, ab omnibus vicinis et commetaneis eiusdem possessionis . . de eo, utrum predicti Stephanus filius Johannis et Nicolaus filius Pauli de Weyk prefato Nicolao filio Cosme generacione in tantum annexi existant, ut possessiones eiusdem ipsis Stephano et Nicolao de Weyk hereditarie succedere oporteant et sic dicta possessio Chabagata eisdem hereditario iure pertineat . . aut eadem possessio Chabagata regali donacioni pertinens sit, et iidem Stephanus ac Nicolaus de Weyk eidem Nicolao filio Cosme in nulla linea generacionis annexi existant et sic eadem possessio eisdem Stephano et Nicolao de Weyk hereditarie attinens non fuerit nec nunc attineat . . omnimodam veritatem scire et inquirere, et post hec seriem ipsius inquisicionis cum nominibus horum a quibus sciretur, ad octavum diem dictarum quindenarum festi Omnium Sanctorum partes nobis in literis predicti capituli reportare debuissent, in quo eciam termino de eo, ut quia idem magister Lachk filius Kolus quandam possessionariam porcionem de eadem possessione Chabagata vocata pro gravaminibus Pauli dicti Feyes, scilicet pro duabus partibus iudicii duodecim marcarum et unius marce auri per nos mediantibus literis nostris patentibus sibi comissam extitisse possidendam, donec per eundem Paulum vel suos heredes aut alios quibus magis conveniret iuxta regni consvetudinem redimeretur declararat, et alias literas nostras patentes super sex marcis iudiciorum contra eosdem Stephanum et Nicolaum de Weyk confectas presentarat, decerneremus iure observato; et cum discussio reportate serici premisse inquisicionis simul cum discussione premisse possessionarie porcionis in eadem Chabagata pro gravaminibus predicti Pauli Feyes dicti occupate et aliorum articulorum iudicia tangencium, partibus volentibus ad octavas Purificacionis vir-

ginis gloriose anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo nono, et abhinc ad vigesimum secundum diem festi Penthecostes, et deinde ob regium preceptum ad quindenas residencie exercitus regii, anno domini Millesimo CCC^mo^ quadragesimo ad diem Strennarum proclamate, et abhinc partibus personaliter petentibus ad octavas beati Georgii martiris, et abinde ob regium preceptum ad quindenas residencie exercitus regii ad diem Strennarum in preterito anno proclamate, et postremo ad octavas beati Georgii martiris prorogata extitisset, tandem ipsis octavis beati Georgii martiris occurrentibus, predictus magister Lachk filius Kolus ab una, et Georgius filius Petri pro eisdem Stephano filio Johannis et Nicolao filio Pauli parte ab altera ad nostram accedentes presenciam, nobis literas predicti capituli demonstrarant, in quibus continebatur, quod Wz filius Simonis pro parte predicti Lachk filii Kolus, item Ladislaus filius Andree de Harazty pro parte dictorum Stephani et Nicolai homines domini regis, unacum . . Phylpo et Mīchaele decano concanonicis sociis et testimoniis predicti capituli Quinqueecclesiensis . . in predictis quindenis Omnium Sanctorum ad faciem dicte possessionis Chabagata . . partibus presentibus accessissent, simul et invicem procedendo ab omnibus vicinis et commetaneis eiusdem possessionis . . et specialiter a Nicolao et Ladislao filiis Ipoliti de Chatar et Paulo filio Ladislai de Chepanfolwa commetaneis suis, item a Johanne filio Dionisii de Bekaturuk, Ladislao de Beni, Michaele filio Jacobi de eadem, Petro de Abulma, Johanne bisseno dicto de Budmer, item Beke de Gyznody, Petro filio Jacobi de Leus, Nicolao filio Pauli de Kukenus, Leukus filio Nicolai de Choch, Deseu de Boya, Georgio filio Radus, item Johanne filio Stephani de Iwan, Stephano filio Clementis de Sarugy, Deseu filio Laurencii de eadem, Johanne parvo de Balachy et Johanne castellano de Zekchu nobilibus comitatus de Barana, item de universis hospitibus de Donolch, item de octo hominibus de Isyp, item a villico et quatuor hominibus de Sancto Nīcolao, item a villico de Weresmorth et duobus hospitibus de eadem, item a villico de Zeuleus et duobus iobagionibus de eadem, item a villico de Louch et quinque hominibus de eadem, iobagionibus videlicet Thome filii Petri, item de officiali ma-

gistri Chykou de Phyrich et duobus iobagionibus eiusdem, ac a villico de Baranawar et a sex hospitibus de eadem, homiuibus communibus, deum habendo pre oculis, falsitate abiecta, talem scivissent veritatem, quod predicti Stephanus filius Johannis et Nicolaus filius Pauli de Weyk prefato Nicolao filio Cosme generacione in tantum essent annexi, ut possessiones eiusdem ipsis Stephano et Nicolao de Weyk hereditarie succedere oporterent, et sic dicta possessio Chabagata eisdem iure hereditario pertineret et pertinuisset ab antiquo. Quarum literarum visis tenoribus, cum per homines regios presentibus testimoniis idoneis et fidedignis predicti capituli Quinqueecclesiensis eandem possessionem litigiosam iuxta consvetudinem regni in octavis sancti regis Stephani nunc preteritis reambulando estimari et seriem premissorum ad octavum diem in literis ipsius capituli per partes nobis reportari commisissemus, ipsiusque reportate cause discussio ad octavas diei Strennarum devenisset, tandem ipso termino occurrente, idem Lachk ab una, et Michael filius Johannis pro predictis Stephano et Nicolao de Weyk . . parte ab altera coram nobis comparentes, literas predicti capituli Quinqueecclesiensis nobis presentarant, in quibus per Johannem filium Petri de Inaka et Marcellum filium Jacobi homines regios, presentibus magistris Paulo preposito et Johanne de Zekchw concanonicis et testimoniis ipsius capituli, eandem possessionem presentibus partibus. consideratis suis . . pertinenciis universis, cum aliis probis viris pro viginti quinque marcis estimatam fuisse reperiebamus. Quibus quidem literis perlectis, quia predicta inquisicio totaliter pro parte predictorum Stephani ac Nicolai de Weyk decantabat. et ipsi Stephanus ac Nicolaus de Weyk eandem possessionem Chabagata vocatam cum suis pertinenciis hereditario iure sibi pertinere et pertinuisse asserebant, predictus autem magister Lachk solo titulo regalis donacionis sibi attinere dicebat, et predicta inquisicio pro parte eiusdem magistri Lachk in nulla sui parte loquebatur. et ex eo iuramentum in facto dicte possessionis deponendum, eisdem Stephano et Nicolao de Weyk iudicari consvetudo regni exposcebat, ideo cum baronibus regni nobiscum assedentibus decreveramus : *cando*, ut iidem Stephanus filius Johannis et Nic

Pauli de Weyk cum .. nobilibus prenotatis, qui pro parte ipsorum modo premisso testificati fore dinoscuntur, item Petheu de Keui, qui licet predicte inquisicioni et affirmacioni non interfuerit, tamen loco predicti Johannis parvi ignobilis hominis, ut dicebatur, per predictas partes est assumtus, ac aliis quinque nobilibus ad se inclusis in toto vigesimo quinto se nobilibus, presentibus Laurencio filio Nicolai dicti Bakou vel Ladislao filio Demetrii bani aut Wz filio Simonis sive Ladislao filio Abrae pro parte actoris, item Jacobo filio Hedruh vel Stephano filio Beke de Boly aut Marcello de Leus sive Andrea dicto Suluk de Lekche pro altera parte hominibus regiis et testimoniis conventus Saxardiensis, feria secunda proxima post octavas Pasche domini tunc proxime venturas, in facie predicte possessionis Chabagata in viginti quinque marcis estimate comparendo, in eo, ut ipsi prefato Nicolao filio Cosme in linea generacionis in tantum annexi existant, ut possessiones eiusdem ipsis hereditario titulo succedere et devolvi oporteant, et sic dicta possessio Chabagata eis hereditario iure pertineat et pertinuerit ab antiquo, regie vero donacioni in nullo pertineat, sacramentum prout moris est iurare super terram prestare tenerentur, qui si prestarent, tunc ipsis Stephano et Nicolao de Weyk, alioquin predicto magistro Lachk per predictos regios et conventus homines eadem possessio cum suis pertinenciis metis sequestranda, perpetuo possidenda statueretur, sine preiudicio iuris alieni; nihilominus, si quos de dictis coniuratoribus ipsorum Stephani et Nicolai medio tempore mori vel graviter infirmari contingeret, et hoc per literas alicuius capituli vel conventus credibilis comprobari posset, tunc loco talium absencium hominum coniuratorum iidem Stephanus et Nicolaus de Weyk alios nobiles ad ipsum iuramentum deponendum statuendi liberam haberent facultatem; et post hec seriem deposicionis ipsius iuramenti cum cursibus metarum et nominibus coniuratorum partes in literis dicti conventus Saxardiensis in octavis festi beati Georgii martiris nobis reportarent; tandem ipsis octavis beati Georgii martiris occurrentibus, predicto magistro Lachk filio Kolus coram nobis personaliter adherente, prenominatus Nicolaus filius Pauli de Weyk pro se personaliter et Michael filius

Johannis pro ipso Stephano fratre suo . . ad nostram accedendo presenciam, nobis literas prelibati conventus Saxardiensis demonstrarant, in quibus vidimus contineri, quod de predictis nominatim insertis coniuratoribus duo, scilicet Petheu de Keui et Leukus filius Nicolai mortui fuissent, iidemque Stephanus filius Johannis et Nicolaus filius Pauli de Weyk cum predictis aliis suis coniuratoribus . . et aliis septem nobilibus, scilicet in toto vigesimo quinto se nobilibus, presentibus Marcello filio Jacobi de Leus homine domini regis et fratre Bernaldo custode dicte ecclesie Saxardiensis . . testimonio prelibati conventus Saxardiensis, feria secunda proxima post octavas festi Pasche domini proxime preterita, in facie dicte possessionis Chabagata vocate, secundum regni consvetudinem deposuissent sacramentum super eo, quod predicta possessio Chabagata ipsorum esset et fuisset ab antiquo hereditaria. Unde quia prefati Stephanus filius Johannis et Nicolaus filius Pauli de Weyk predictam possessionem Chabagata vocatam in viginti quinque marcis estimatam eorum hereditariam fore per deposicionem iuramenti viginti quinque nobilium se inclusis comprobasse ex serie prescriptarum literarum conventus Saxardiensis reperiebantur, et eciam idem magister Lachk filius Kolus coram nobis personaliter astando in nullo se contra formam dictarum literarum super deposicione ipsius iuramenti confectarum alicuius contradiccionis obstaculo obviaturum fore per nos trina vice requisitus fatebatur, ideo ipsam possessionem Chabagata in viginti quinque marcis estimatam, eisdem Stephano filio Johannis et Nicolao filio Pauli, eo iure quo ad ipsos dinoscitur pertinere, adiudicavimus, sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidendam, prefato magistro Lachk filio Kolus amodo et deinceps perpetuum silencium imponentes ab eadem . . Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum beati Georgii martiris predictarum, anno domini M^mo^ trecentesimo quadragesimo secundo.

A függő pecsét elveszett; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 611. 28. dipl. lt. 3482. Közli: Kovács N.

136.

1342. máj. 16. A váczi káptalan előtt Tamás erdélyi vajda, Baba és Korláttelek nevü birtokait Zagyvaföi Miklós fiának Petönek Scivina (Zwinobana) nevü Nógrád vármegyei birtokáért elcseréli.

Nos capitulum ecclesie Waciensis significamus .. quod magister Petew filius Nicolai de Zagywafew sua et in persona Johannis filii eiusdem .. ab una, parte vero ab altera magister Martinus notarius et procurator ligitimus magnifici viri Thome wayvode Transsilvani et comitis de Zonuk pro eodem, in nostri presencia personaliter constituti, tale concambium .. confessi sunt fecisse .. coram nobis, quod idem magister Petew porcionem suam possessionariam in possessione Sciuina vocata in comitatu Neugradiensi in Herdeuhath existentem cum predicto filio suo Johanne, prout Thomas frater eiusdem et filii aliique proximi sui porciones ipsorum in eadem habitas concambierunt prioribus literis nostris mediantibus partibus concessis, eo modo dedit et contulit in concambium Thome woyvode prenotato et per eum suis heredibus .. e converso autem idem Thomas woyvoda et in persona eiusdem magister Martinus antedictus, prenotato magistro Petew ac Thome necnon filiis ac proximis ipsorum, ut premittitur, quos ipsa possessio Schiuina iure hereditario integraliter pertingit, pro eadem possessione Schiuina possessiones Baba et Korlathteluky vocatas cum omnibus suis pertinenciis .. contulit perpetuo .. in filios filiorum possidendas .. ita videlicet, ut nullo temporum in processu ipsum concambium voluntarie factum partes aliquo modo possint .. revocare, obligantes sese partes mutuo in predictis possessionibus ab omnibus molestare volentibus expedire .. Datum in octavis Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC^mo XL^mo secundo.

Kivül: Super particula possessionaria in possessione Zwynobana Porcione Pethew de Zogwafew.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 669. 5. dipl. lt. 3484. Közli: Kovács N.

137.

1342. máj. 17. A pécsi káptalan előtt Siklósi Pál neje Ilona, Gyula és István fiai nevében is, Rádfalva Sártó Kovácshida és Szerdahely nevü Baranya vármegyei faluk elidegenítésétől férjét tilalmazza.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod anno domini M° CCC° XL^mo secundo feria sexta proxima ante festum Penthecostes, nobilis domina consors magistri Pauli filii magistri Petri de Soklous, filia videlicet Stephani dicti Bagar Iluna vocata pro se personaliter, item pro Gula et Stephano suis filiis, ad nostram accedendo presenciam, nobis dixit protestando, quod pretactus magister Paulus dominus et maritus suus quasdam possessiones Raadfalva cum possessione Saartou vocata, item Koachhyda et Zeredahel vocatis, quas idem magister Paulus dominus et maritus suus sibi pro quingentis marcis fini argenti mediantibus nostris literis patentibus .. donasset .. cum omnibus earumdem utilitatibus possidendas vendere niteretur .. in suum et dictorum filiorum suorum preiudicium non modicum et iacturam; unde ipsa tam pro se, quam pro predictis suis filiis, pretactum magistrum Paulum dominum et maritum suum ab huiusmodi possessionum vendicione impignoracione et quoquomodo alienacione, quoslibet vero alios ab emcione earumdem et occupacione, per modum protestacionis prohibuit contradicendo et contradixit prohibendo coram nobis. Datum die et anno prenotatis.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. os. lt. N. R. A. 1508. 35. dipl. lt. 3487. Közli: Kovács. N.

138.

1342. Visegrád, máj. 23. Pál országbíró Mihály fiát Pétert Tamás csókakői várnagy ellenében Chentey nevü Bodrog vármegyei birtokra vonatkozó ellenmondása miatt fej- és jószágvesztésre ítéli, a panaszlott anyjának mindazáltal Aranyán nevü birtokot hozomány fejében átadatni rendeli.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum secundum tenorem privilegii nostri anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo quinto confecti Petrus filius Michaelis tempore statucionis possessionis quondam Pauli filii Simonis filii Alberti et Michaelis filii Gregorii hominum sine herede decedencium Chentey vocate in comitatu de Bodrugh existentis per regiam maiestatem magistro Thome filio Petri castellano de Chokakew perpetuo collate contradictor exstitisset, et ea racione litis materia inter ipsos mota . . fuisset, tandem quia predictus Petrus filius Michaelis prefatum Paulum filium Simonis et patrem ac avum eius in dicta possessione Chentey vocata imporcionatos fuisse allegarat, et tamen ipse magister Thomas per exhibicionem sufficiencium instrumentorum prefatum Paulum filium Simonis et patrem eiusdem ex collacione magistri Laurencii Bachiensis ecclesie prepositi nobilis de eadem Chentey proximi sui, porcionem possessionariam in dicta possessione Chentey habuisse et in eadem resedisse comprobarat, et ex eo eadem porcio quondam ipsius Pauli filii Simonis sine herede decedentis ius regium fore et regie collacioni pertinere dignoscebatur. et tum eciam quia ipse magister Thomas de dote et rebus parafernalibus relicte ipsius Simonis et de quarta puellari Ilunch filie eiusdem Simonis satisfaccionem impendisse videbatur, et ex eo idem Petrus filius Michaelis ius regium tacita veritate potencialiter in regie celsitudinis derogamen detinuisse perhibebatur; ideo unacum baronibus et nobilibus regni iudiciarii tribunalis assessoribus, ipsas totales possessionarias porciones Pauli Johannisque filii Petri similiter heredum solacio destituti in eadem possessione Chentey et Scentmartun existentes, in quibus idem Petrus filius [illegible]chaelis in regie diadematis preiudicium, non expavens regiam [illegible]s advertens ut qui naturali domino resistere moli-

untur divinis disposicionibus videntur manifeste contraire, temera presumcione prohibicionem fecerat, eidem magistro Thome et Petheu fratri suo eorumque heredibus regalis donacionis titulo perpetuo, sine preiudicio iuris alieni possidere et habere adiudicantes, ipsum Petrum filium Michaelis utpote regalium iurium usurpatorem celatorem et potencialem detentorem, privatis omnibus suis proprietatibus possessionariis ubique existentibus, in duabus partibus nostris in tercia vero parte dicti magistri Thome sui adversarii manibus . . applicatis, in sentencia capitali decreveramus condemnandum, duas autem partes possessionariarum porcionum eiusdem Petri filii Michaelis in dicta possessione Chentey vocata existencium habitas, manibus nostris iudiciariis legitime applicatas modo premisso, dictus magister Thomas sibi et magistro Petheu fratri suo a nobis redemerat, eo modo, quod octuaginta marcas compoti Budensis nobis persolverat pro eisdem, et insuper tercias partes possessionariarum porcionum eiusdem Petri filii Michaelis in possessionibus Scentmartun et Aranyan vocatis in comitatu de Bodrogh existencium, modo premisso sibi debentes, pro eisdem nobis duxerat conferendas, commiseramus enim, ut si quispiam dictam possessionariam porcionem ipsius Petri filii Michaelis in Chentey habitam sue redemcioni agnosceret attinere, liberam haberet facultatem ab ipsis magistro Thoma et Petheu redimendi consvetudine regni observata; ad ultimum quia ab illo tempore dicte adiudicacionis et possessionarie applicacionis eadem iura possessionaria nemo generacionum proximorum vicinorum et commetaneorum suorum hactenus a nobis redimere curarat, ideo nos tercio die festi beati Michaelis archangeli proxime preterito eandem possessionem Aranyan vocatam cum omnibus suis . . pertinenciis pro quinquaginta marcis compoti Budensis per predictum magistrum Thomam plene nobis persolutis, ipsi magistro Thome obligaveramus . . possidendam . . tali modo, quod si quispiam dictam possessionem sue redemcioni agnosceret attinere in sua legitima extimacione liberam haberet facultatem dum veliet ab ipso magistro Thoma redimendi . . quapropter capitulo Bachiensi scripseramus . . ut mitteret hominem suum . . quo presente Nicolaus filius Mark de Lypok homo regius ad faciem

dicte possessionis Aranyan . . accederet, et eandem per suas . . metas quibus per prefatum Petrum filium Michaelis habita exstitisset et possessa, reambulando . . estimaret et statueret ipsi magistro Thome possidendam, donec per eos quorum redemcioni magis convenire dignosceretur, ab eodem magistro Thoma in sua estimacione redimeretur, nihilominus idem homo domini regis presente testimonio eiusdem capituli Bachiensis tam in facie ipsius possessionis, quam in foris et aliis publicis locis, publice et manifeste faceret promulgari, ut quicunque ex fratribus proximis propinquis generacionibus vicinis et commetaneis ipsius Petri filii Michaelis quibus magis dicta possessio ad redimendum pertineret, eandem redimere vellent, extunc in termino per ipsum hominem regium sub testimonio ipsius capituli eis deputato, ad assummendum terminum redemcionis eiusdem possessionis comparerent in presencia regie maiestatis, alioquin ipsam possessionem eidem magistro Thome et Petheu fratri eiusdem perpetuaremus possidendam; . . tandem ipsum capitulum Bachiense regie maiestati rescribebat eo modo, ut predictus Nicolaus filius Mark homo regius presente magistro Cosma succentore et testimonio eiusdem capituli, feria quinta proxima post octavas festi Resurreccionis domini proxime nunc preteritas, ad faciem eiusdem possessionis Aranyan vocate accedendo, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et eisdem ac Johanne filio Laurencii de Dorozlou sufficienti procuratore pro predicto magistro Thoma presentibus, cum predictam possessionem videlicet totalem porcionem possessionariam eiusdem Petri filii Michaelis in eadem possessione Aranyan vocata habitam, eo quod propter abundanciam et multitudinem aquarum per suas metas antiquas et veras ac distincciones metales cum suis . . pertinenciis reambulare et cum aliis nobilibus et probis viris estimare nequivisset, solummodo visu considerando, eandem predicto magistro Thome statuere modis predictis voluisset, nobilis domina genitrix eiusdem Petri filii Michaelis personaliter illic accedendo, huiusmodi statucionem fieri prohibuisset, asserendo quod eadem porcio possessionaria que in eadem possessione Aranyan vocata eundem Petrum filium Michaelis filium suum quondam tetigisset, totalis . . eidem domine matri videli-

cet ipsius Petri mediante efficacissimo instrumento esset apperpetuata, et licet id factum exstitisset, tamen quia predicte litere nostre ipsi capitulo directe prohibicionem aliqualem contra quemlibet non continebant, eandem totalem porcionem possessionariam ipsius Petri filii Michaelis in dicta possessione Aranyan vocata existentem, cum suis attinenciis universis ut supra, eidem magistro Thome statuisset possidendam, et ipsi domine ac aliis quos hoc et huiusmodi processus negocium tangeret, in locis publicis promulgari fecisset manifeste, ut si qui eandem redimere de predicto magistro Thoma vellent, eisdem ad redimendum, predicteque domine eiusdem sue prohibicionis ad reddendam racionem quindenas festi beati Georgii martiris in presencia regie maiestatis comparendi pro termino assignasset; ipso siquidem termino assignato occurrente, procuratore magistri Thome coram nobis comparente, eadem domina mater ipsius Petri filii Michaelis personaliter ad nostram accedendo presenciam, quoddam privilegium predicti capituli Bachiensis anno domini M° trecentesimo vicesimo septimo confectum nobis presentavit, in quo continebatur, quod cum nobilis domina mater predicti Petri filii Michaelis Elizabeth vocata relicta predicti Michaelis de rebus suis propriis videlicet scrinialibus et indumentalibus tempore nupciarum secum de domibus patris sui allatis, ad valorem quinquaginta marcarum in diversis necessitatibus et gravaminibus dicti Petri, defuncto eodem Michaele patre suo, variis modis predicto Petro et suis possessionibus evenientibus ad suam voluntatem et commodum spe restitucionis . . dedisset . . et nunc idem Petrus easdem res ipsi domine matri sue reddendi . . non haberet facultatem aliunde, in quarum quidem quinquaginta marcarum rerum restitucionem racione sui debiti, item eciam pro dote et rebus parafernalibus eiusdem domine Elizabeth genitricis sue quibus sibi de possessionibus eiusdem Michaelis patris sui iuxta regni consvetudinem de iure tenebatur, et ipsam dominam tangentibus, idem Petrus filius Michaelis coram dicto capitulo Bachiensi comparendo, totalem suam porcionem possessionariam in possessione Aranyan vocata in predicto comitatu Budrugiensi existententi habitam, cum omnibus suis . . pertinenciis . . ex iure et titulo quo ad ipsum pertinere dignoscitur, eidem domine

Elizabeth matri sue . . tradidisset . . ex permissione . . omnium proximorum cognatorum vicinorum et commetaneorum suorum sub suis metis antiquis . . quibus ipse tenuisset . . irrevocabiliter possidendam . . Quibus quidem instrumentis perlectis, quia prefata domina relicta Michaelis Elizabeth vocata predictam possessionariam porcionem quondam predicti Petri filii sui in dicta possessione Aranyan existentem, antequam predictus Petrus filius suus in prefata causa contra pretactum magistrum Thomam filium Petri in sentencia capitali et privacione bonorum suorum fuisset convictus, per quamplures annos pro dictis suis dote et rebus parafernalibus ex parte ipsius Petri filii sui sibi donatam et perpetuatam fuisse demonstracione predicti privilegii capituli ecclesie Bachiensis comprobabat, et de iure posterior donacio priori aliquod preiudicium generare non potest, ideo cum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio consedentibus, predictam possessionariam porcionem quondam ipsius Petri filii Michaelis in eadem possessione Aranyan vocata habitam . . prefate domine matri ipsius Petri filii Michaelis et suis successoribus prout sibi pertinere dinoscitur, iuxta quantitatem et qualitatem iura et utilitates quibus ipsum Petrum filium Michaelis primitus contigisset, absque preiudicio iuris alieni, adiudicavimus perpetuo possidendam . . prefatos autem magistros Thomam et Petheu filios Petri super predictis dote et rebus parafernalibus eiusdem domine relicte Michaelis de universis possessionibus eiusdem Michaelis quondam mariti sui Chentey predicta et quovismodo vocatis, eisdem magistris Thome et Petheu filiis Petri ab eodem Petro filio Michaelis quomodolibet devolutis . . expeditos . . committendo, eo quod ipse Petrus filius Michaelis ipsi domine matri sue de omnibus rebus pro dictis dote ac rebus suis parafernalibus ex possessionibus sui mariti proveniendis, per factam donacionem prefate porcionis possessionarie in dicta possessione Aranyan ipsum Petrum primitus contingentis, satisfecisse reperiebatur in dicto privilegio capituli Bachiensis modo prenotato; que quidem domina Elizabeth relicta Michaelis personaliter ab una, et Nicolaus literatus pro prefatis magistris Thoma et Petheu filiis Petri . . parte ex altera, post exhibicionem predictorum instrumentorum et adiudicacionem nostram

prenotatam, ibidem coram nobis astando, primo nostra iudiciaria licencia optenta exstiterunt communiter.. confessi eo modo, quod prefati magistri Thomas et Petheu filii Petri eandem possessionariam porcionem in ipsa Aranyan ipsum Petrum olim contigentem, eidem domine matri iamdicti Petri . . remisissent . . e converso eadem domina Elizabet super predictis suis dote et rebus parafernalibus de iure ex omnibus possessionibus predicti sui mariti Chentey et quovismodo vocatis, eisdem magistris Thome et Petheu filiis Petri a predicto Petro filio Michaelis qualitercunque devolutis . . ipsos magistros Thomam et Petheu filios Petri commisisset . . absolutos . . Datum in Wyssegrad, sedecimo die quindenarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini M° trecentesimo quadragesimo secundo.

Vörös és sárga selyem foszlányon függött pecsétje elveszett; eredetije a N. Muzeum könyvtárában a gr. Forgách cs. ltárában. Közli: Komáromy A.

139.

1342. Almás, máj. 26. I. Károly király előtt Vilmos pannonhalmi apát a füzitői vámnak elfoglalása s Neszmélybe való áthelyezése miatt, Vitus nyitrai püspök és Miklós- a Lajos herczeg nevelője ellen tiltakozik.

Nos Karolus . . rex . . damus pro memoria, quod . . frater Wyllelmus abbas monasterii sancti Martini de sacromonte Pannonie ad nostram specialem accedendo presenciam, per modum protestacionis nobis significari curavit, quod tributum de Fyzeeghtu, quod temporibus impacatis per homines potentes ad villam Nezmel est translatum, et nunc in eadem villa Nezmel exigitur, super quo eciam ut dicitur litis materia inter . . fratrem Vitum . . episcopum Nitriensem ut actorem ab una, et magistrum Nicolaum informatorem domini Lodovici ducis filii nostri . . ut in causam attractum parte ab altera vertitur, esset ecclesie sue sancti Martini prenotate, et ad ipsam ecclesiam sancti Martini pertineret et de iure deberet pertinere; unde faciendo huiusmodi protestacionem, ipsum . .

episcopum Nitriensem ab acquisicione et reoptencione dicti tributi, et magistrum Nicolaum prenotatum a detencione et amissione eiusdem, nomine iuris ecclesie sue sancti Martini prenotate prohibuit contradicendo et contradixit prohibendo in ipsa presencia speciali nostre maiestatis. In cuius prohibicionis et protestacionis testimonium presentes eidem . . abbati . . duximus concedendas . . Datum in Almas, in festo Sancte Trinitatis, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a pannonhalmi főapátság ltárában Capsa 2. lit. O. Közli: Stachovics Remig.

140.

1342. máj. 26. I. Károly király a magvaszakadt Márk fia Péter birtokát Baranya vármegyében a Szaporcza folyó mellett, Dersfi Miklósnak adományozza.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod Nicolaus filius Ders fidelis noster ad nostre maiestatis accedens presenciam . . quandam modicam possessionem inter possessiones suas in comitatu de Baranya iuxta fluvium Zapurcha vocatum existentem, asserens eandem esse possessionem Petri filii Mark hominis sine herede decedentis . . a nobis sibi . . conferri postulavit, et quia de qualitate et quantitate ipsius possessionis . . nobis veritas non constabat, scripseramus religiosis viris conventui ecclesie Simigiensis precipientes eisdem super eo, ut illud, utrum dicta possessio ipsius Petri filii Mark hominis sine herede decedentis et nostre regie collacioni pertineat et tantum ad usum unius aratri sufficiens existat nec ne, facta diligenti inquisicione nobis rescribere deberent seriatim; tandem ipse conventus nobis rescripsit in hunc modum, quod ipsi facta diligenti inquisicione . . presente homine nostro regio ita rescivissent, quod ipsa possessio ipsius Petri filii Mark hominis sine herede decedentis et nostre regie collacioni pertinens et tantum ad usum unius aratri sufficiens existeret; unde nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum me-

ritis eiusdem Nicolai filii Ders, quibus nobis a multis iam retrolapsis temporibus studuit complacere .. dictam possessionem ipsius Petri filii Mark hominis sine herede decedentis cum omnibus .. suis .. pertinenciis .. quibus idem Petrus tenuit .. eandem, eidem Nicolao filio Ders et per eum suis heredibus .. donavimus .. iure perpetuo .. possidendam .. absque preiudicio iuris alieni. Datum in Damas, loco venacionis nostre, in festo Sancte Trinitatis, anno domini M° CCC° quadragesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 608. 29. dipl. lt. 3488. Közli: Kovács N.

141.

1342. máj. 31. Az egri káptalan jelentése I. Károly királyhoz, hogy a Tamás erdélyi vajda és Dózsa nádor fiai között Csanálos birtok miatt folyt perben a vizsgálatot teljesítették, melynek alkalmával Tamás vajda százhúsz nemes tanuja azt bizonyította, hogy Ó-Csanálos és Csanálos mindig két külön birtok volt; Dózsa nádor fiainak három ezer magyar, kun és oláh, és ezek közt háromszáz nemes tanui pedig azt vallották, hogy csak egy Csanálos birtokot tudnak és ismernek.

.. Karolo .. regi .. capitulum ecclesie Agriensis .. literas .. comitis Pauli iudicis curie vestre .. recepimus inter cetera continentes, quod mitteremus duos ex nobis .. pro testimoniis .. in quorum presencia Johannes filius Iuanka vel Lukachius filius Lukachy de Omaria pro parte magnifici viri Thome woyvode Transsilvani, item Paulus de Parlag vel Princh filius Myke de Perch aut Zanyo frater suus pro parte Jacobi et Pauli magistrorum filiorum Douse quondam palatini .. in octavis festi Penthecostes ad faciem possessionis Ochalanus inter partes litigiose, partibus .. presentibus accederent, et de eo, utrum ibi possessio quondam Ladislai de Edelyn Ochalanus vocata per se, et alia possessio quondam Beke filii Thome infidelis vestri Chalanus vocata similiter per se haberentur aut non plures, sed illa una possessio Chalanus ibi fuisset et nunc esset,

et cuius ipsa possessio Chalanus exstitisset . . inquirerent omnimodam veritatem, et post hec nos seriem ipsius totalis inquisicionis . . ad octavum diem dictarum octavarum festi Penthecostes vestre . . rescriberemus maiestati. Nos igitur . . cum prefatis Johanne filio Iuanka, Princh filio Myke de Perch hominibus vestris nostros homines . . Ladislaum sacerdotem magistrum altaris sancte Elizabeth de eadem ecclesia nostra pro parte eiusdem domini Thome woyvode, et . . Petrum sacerdotem de choro nostro pro parte dictorum Jacobi et Pauli magistrorum filiorum Douse quondam palatini transmisimus pro testimoniis ad premissa exsequenda, quiquidem homines vestri . . ad nos reversi, presentibus et audientibus eisdem testimoniis nostris, nobis concorditer retulerunt isto modo, quod ipsi in eisdem octavis Penthecostes iam preteritis unacum dictis testimoniis nostris et eisdem filiis Douse condam palatini ac magistro Stephano filio Bochou de Henchhaza famulo predicti Thome woyvode accessissent ad faciem dicte possessionis inter partes litigiose, ubi dicti filii Douse quondam palatini cum hominibus nobilibus et ignobilibus ac aliis cuiusvis status et condicionis hominibus pro parte ipsorum adductis, et e converso prelibatus magister Stephanus filius Bochou . . similiter cum hominibus nobilibus pro parte ipsius Thome woyuode inibi adductis, post horam meridiei ad duas partes divisi exstitissent, et quia in hac causa dictus Thomas woyvoda actor fore dinosceretur, ideo ipsi primo deum et eius iusticiam pre oculis suis habentes, omnes quatuor simul et invicem super premissis requirentes, a quibusdam nobilibus infra nominatis talem scivissent veritatem, quod ibi possessio quondam predicti Ladislai de Edelyn Ochalanus vocata per se, et alia possessio quondam predicti Beke filii Thome Chalanus similiter per se habite exstitissent et nunc haberentur, in qua quidem eciam possessione Ladislai de Edelyn Ochalanus vocata olim pons fuisset et tributum; nomina autem horum qui premissa asseruissent hec sunt: videlicet Stephanus et Lukachius filii Lukachii de Gyapul et de Omaria qui se commetaneos dicte possessionis Ochalanus et a parte possessionis eorum Gymazug, item Corrardus filius Nicolai filii Durug similiter se commetaneum sub nomine patroni monasterii Eged vocati, item Jo-

hannes filius Dionisii, Petrus filius Synka, Petrus filius Chu[illegible]re de Pachey, qui se ipsos vicinos eiusdem possessionis litigio[illegible]se, item Zouard filius Chepani de Zenthkyral, Johannes fil[illegible]us Serephel de Kenez, item Michael Peteu Stephanus et Johan[illegible]es filii Petri de Ayka, qui se comprovinciales nobiles dixisse[illegible]nt possessioni Chalanus prenotate; et cum ipsi quatuor invice[illegible]m ex parte ipsius Thome woyvode a ceteris nobilibus ad af[illegible]ir-mandum premissa interrogare cepissent, tandem ad hor[illegible]am vespertinam appropinquantes, predicti Jacobus et Pau[illegible]us magistri ibi querulose eisdem dixissent, quod nisi ipsi nobi[illegible]les et ignobiles ac alios cuiusvis status et condicionis homines p[illegible]er ipsos ad premissa recitandum inibi quo supra adductos, p[illegible]ro parte ipsorum in eodem die de premissis requirerent, om[illegible]es testes ipsorum dispergerentur, et sic causa eorum vocabul[illegible]um sortiretur amissionis per dispersionem suorum attestanci[illegible]um predictorum; quo audito dicta testimonia nostra retulisse[illegible]nt, quod ipso die scilicet in octavis Penthecostes prenotatis ass[illegible]er-ciones testium pro parte ipsius Thome woyuode recipere et negocium perficere deberent prenotatum, in crastino aut[illegible]em earumdem octavarum asserciones testium pro parte preliba[illegible]to-rum filiorum Douse quondam palatini recipere possent [illegible]suo modo; contra quorum testimoniorum nostrorum dicta iid[illegible]em filii Douse condam palatini retulissent isto modo, quod sec[illegible]un-dum regni consvetudinem produccio testium a die seu term[illegible]ino limitato nullo modo ad crastinum vel ultra posset protelari, [illegible]ul-sepedicti Jacobus et Paulus magistri predictos vestros [illegible]et nostros homines pro sua parte adductos in medium suor[illegible]um testium, ut premissum est circa horam vespertinam addux[illegible]is-sent, dictos eciam alios vestros et nostros homines pro pa[illegible]rte dicti Thome woyvode transmissos ibi pluries petivissent, qu[illegible]od ipsi simul et invicem in medium dictorum suorum testi[illegible]um adirent et de negocio eorum iuxta adiudicacionem ipsius co[illegible]ai-tis Pauli iudicis sui ordinarii debuissent procurare; quos q[illegible]i-dem vestros et nostros homines pro parte prenotati Tho[illegible]e woyvode transmissos, iidem Stephanus filius Bochou, Jacob[illegible]us Tumpus filii Dionisii, similiter famuli et castellani eiusdem Thome woyvode, in medium predictorum testium filiorum Douse condam palatini nullo modo dimisissent, sed tamen

multi nobiles similiter infranominandi pro parte memoratorum filiorum Douse condam palatini, ut idem Princh homo vester et dictus Petrus sacerdos testimonium nostrum nobis retulerunt, super premissis tale testimonium perhibuissent, quod non plures sed solummodo una possessio Chalanus vocata in dicto loco litigioso esset et fuisset et illa idem possessio Chalanus predicti Beke filii Thome infidelis vestri exstitisset et per donacionem Stephani condam palatini filii Erne ad ipsum deventa exstitisset; nomina autem pro parte dictorum filiorum Douse ut premissum est attestancium, hec sunt: videlicet religiosus vir frater Jordanus abbas dicti monasterii Eged ut commetaneus dicte possessionis Chalanus, item Stephanus et Johannes filii Thyuodori qui se ex parte possessionis Geuus vocate, Leukus filius Myko ex parte possessionis Gyoos et Nicolaus filius Pous ex parte possessionis Tauarnuk nuncupate, item Nicolaus et Stephanus filii Ivanka qui sub nomine patronorum prefati monasterii Eged dicte possessioni Chalanus similiter se commetaneos fore asseruissent, item Ladislaus filius Pauli de Pachey de genere ipsius Stephani filii Erne vicinus dicte possessionis Chalanus, Zodus filius Zodus de Salamon, Sandur filius Nicolai de Mysete, Demetrius filius Pauli de Tomasy, Stephanus filius Batur de Harang, Nicolaus filius Stephani de Septel, Nicolaus filius Dominici de Korong, Michael filius Nicolai de Mukaz, Paulus filius Pauli de Kenthe, Thomas filius Johannis de Selend, Paulus filius Chepani de Parlag, item Stephanus filius Mauricii de Sugy, Johannes filius Zobonya de Fedemus, Andreas filius Jakou de Nogmihal, Emericus filius Mathius de Moroch, Johannes Pinkusd de Artunhaza, item Konch de Egyuk et Andreas filius Barnabe de eadem, item Nicolaus filius Michaelis de Nogsemyen, item Welchul de Parlag et Dominicus filius Chepani ac Johannes et Nicolaus filii Andree de eadem, item Petrus filius Petenye de Bolchy, Blasius filius Nicolai de Fornos, Nicolaus filius Johannis de Farkasd, Johannes filius Johannis de Kereky, Ladislaus filius Johannis de Mark, Ladislaus et Georgius ac Kelianus filii Michaelis de Zouath, item Demetrius filius Pauli de Wylok, Tobok filius Nicolai de dicta Mysete, Lorandus filius Sebastiani de Sancto Emerico, item Andreas

filius Nicolai de Myke. Thomas de Artunhaza. Thomas filius Nicolai de Trochan, Dominicus filius Danus de Sygere. Detricus filius Hannus de Hannusfolva, item Michael filius Johannis de Berzeuiche. Michael dictus Wrdung de Bel. Andreas filius Thome de Feldes, Stephanus filius Johannis de Septel, Dominicus filius Johannis de Peturd. Ladislaus filius Stephani de Parlag, item Gallus de Chouay. Stephanus filius Pauli de Beter, Martinus filius Martini de Oluaty, Nicolaus filius Mykou de Cysy, Demetrius filius Michaelis de Bohch. item Johannes filius Aba de Bulchy, Jacobus filius Andree de Kesereu, Andreas filius Lorandi de Zalok, Demetrius filius Nicolai de Wylok, Nicolaus filius Erne, Blasius filius Ladislai de Sarang, Johannes filius Andree de Parlag, Andreas filius Thome de Keuche, Kuthur de Mysete, item Petrus filius Johannis de Zelemer, Jacobus filius Petri de Mesterfolua, Thomas filius Ladislai de Feguernuk, Kolch de Ohath, Johannes filius Petri de Bel, Nicolaus filius Michaelis de Byk, Johannes Rufus de Kuchch, Cosmas filius Gregorii de Homoun, item Dionisius filius Myke de Perch, Petrus filius Johannis de Bel, Stephanus de Perethe, Nicolaus de Bogath, Johannes de Bang, item Stephanus magnus de Mog, Johannes filius Salamonis de Kurthuelus, Ladislaus filius Stephani de Kenez, Petrus filius Samsonis de Derechke, Thomas de Zolnuk, item Erne de Mark, Michael filius Demetrii de Kemeche, Nicolaus filius Adriani de Meger, Nicolaus de Ibrun, Petrus filius Ladislai de Nogsemyen, Petrus filius Johannis de Ponyla, Thomas filius Emerici de Perked, Petrus de Rabe, item Demetrius filius Jakou de Hodus, Nicolaus Tumpa de Mohal, Erdeu filius Petri de Cegen, Alexius de Rezege, item Martinus filius Petri de Chamakuz, Simon magnus de Boguz, Johannes filius Pangrachy de Dengled, Johannes filius Mathie de Torkun, Stephanus filius Nicolai de Damanhyda. Georgius filius Endus de Wada, Michael filius Andree de Karul, Petrus filius Petri de Chamakuz, Johannes dictus Derekus de Bogus, item Petrus de Bere, Stephanus filius Ornici de Chovay, Michael filius Deseu de Emeuk, Stephanus filius Sebreth de Zenthmiclos, Nicolaus de Mezeu, Oldamerius de Sarang, item *Both* Andreas filius Iuan et Paulus filius Kulche de S

Leukus de Panoz, Nicolaus filius Wgud de Bolch, Johannes filius Ektoris de Torda, Stephanus filius Stephani et Stephanus filius Myke de Septel, qui comprovinciales remociores nobiles predicte possessionis Chalanus exstitissent in ipsa testium produccione, ita tamen, quod prenominati Princh filius Myke homo vester et dominus Petrus sacerdos testimonium nostrum pro parte eorumdem filiorum Douse nobiles nominatos in absencia annotatorum Johannis filii Iuanka alterius hominis vestri et Ladislai sacerdotis testimonii nostri de premissis requisivissent et nomina ac asserciones eorumdem registrassent; dixerunt eciam homines vestri presentibus testimoniis nostris prenotatis, quod ipsi et dicta testimonia nostra ab eodem magistro Stephano filio Bochou, antequam dictos testes pro parte ipsius Thome woyvode recipere cepissent, literas procuratorias quarum vigore ipsi negocium eiusdem Thome woyvode exsequerentur, semel secundo et tercio postulassent, qui quidem Stephanus filius Bochou ibi nullas literas procuratorias exhibuisset, dicendo, quod si ipse post dictorum testium recepcionem easdem literas procuratorias exhibere posset, bene quidem, si vero hoc facere nequiret, extunc super non existencia earumdem literarum procuratoriarum iusticiarii regni deliberarent; et sic his verbis finitis dicte partes ab invicem modo quo supra separate exstitissent; retulerant eciam homines vestri prenotati, quod sepedicti filii Douse in prefatis octavis Penthecostes valde mane ad faciem dicte litigiose possessionis cum suis testibus fuissent congregati, prelibatus vero Stephanus filius Bochou cum testibus eiusdem domini Thome woyvode circa meridiem inibi accessisset, et quia eodem die pluviosum tempus affuisset et eciam super facto non exhibicionis dictarum literarum procuratoriarum ac aliarum causarum partes inter se discordassent, idcirco error predictus accidisset inter partes supradictas; asseruerunt eciam homines vestri prenotati, quod nobiles pro parte dicti domini Thome woyvode adducti, ut ipsi et dicta testimonia nostra considerare potuissent, centum viginti in numero, nobiles vero et ignobiles lelicet hungari, comani et olachi pro parte annotatorum Douse quondam palatini fere tria millia, ex quibus quam *trecenti nobiles* exstitissent et ad predictum

locum convenissent ad premissa peragendum ; adiecerunt eciam homines vestri prenotati, quod postquam predicte partes ab invicem fuerunt separate, idem Stephanus filius Bochou cum suis testibus mox a facie eiusdem possessionis litigiose recessisset, prenominati vero filii Douse cum suis testibus usque ad crepusculum premissum negocium peragentes stetissent in facie possessionis litigiose prenotate. Datum feria sexta proxima post festum Corporis Christi, anno domini M° CCC^mo quadragesimo secundo.

Zárlatán pecsét töredékeivel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1508. 36. dipl. lt. 3490. Közli : Kovács N.

142.

1342. Visegrád, jun. 15. I. Károly király előtt a Sartiván-V[illegible]eze nemzetségbeliek ősi birtokaikon akként osztoznak meg, hogy B[illegible]yn nevü Békés vármegyei birtok Demeter salgói várnagynak és t[illegible]ársainak, Bors és Panasz nevü Bihar vármegyei birtokok pe[illegible]lig Borsi István fia Miklós osztályrészébe jutnak, az elidegeni[illegible]ett birtokokat pedig közös erővel tartoznak visszaszerezni.

Nos Karolus .. rex .. significamus .. quod Demet[illegible]rio castellano de Salgo, Alexandro filio Ectoris, Johanne f[illegible]lio Ladislai, Jacobo et Dominico filiis Petri dicti Wodon pro se et pro dicto patre suo .. ab una, Nicolao filio Stephani de B[illegible]rs de genere Sartiwanueze parte ab altera coram nobis constitu[illegible]is, propositum exstitit per eosdem .. quod quia ipsi de uno gen[illegible]re essent procreati et de una linea generacionis descendissent, p[illegible]s-sessiones ipsarum tam hereditarie quam aquisiticie et emti[illegible]ie existerent indivise, propter bonum pacis in eisdem possessio[illegible]ni-bus suis universis haberent distinccionem et divisionem poss[illegible]s-sionariam perpetuo duraturam communi consensu .. inter se .. ordinarunt coram nobis, quod possessionem Bayn in co[illegible]ni-tatu de Bekes existentem cum omnibus ad se pertinentibus et aliis quibuslibet possessionibus eorumden magistri Deme[illegible]rii Alexandri Johannis, Petri dicti Wodon, Jacobi et Domi[illegible]ici tam hereditariis quam emticiis ubilibet in regno nostro e[illegible]xi-

stentibus et quovis nomine vocitatis, quas hactenus .. possedissent, cum .. pertinenciis ipsarum .. prefatus Nicolaus filius Stephani iure perpetuo .. reliquisset eisdem in filios filiorum possidendas .. et e converso iidem magister Demetrius castellanus de Salgo, Alexander filius Ektoris, Johannes filius Ladislai, Petrus dictus Wodon, Jacobus et Dominicus filii sui quasdam possessiones Bors et Panaz vocatas in comitatu Bihoriensi existentes, quas iidem Nicolaus et sui progenitores usquemodo possedissent .. similiter cum omni sui iuris plenitudine .. reliquissent .. prefato Nicolao filio Stephani de Bors modo similiter heredum per heredes pleno iure .. possidendas .. preterea alias possessiones eorum hereditarias et ab ipsis alienatas, quas ipsi vel quicunque deinceps requirere posset et restaurare, in quatuor .. partes dividerent coequales, quarum una pars in iurisdiccionem prefati magistri Demetrii, alia Alexandri filii Ectoris et Johanni filio Ladislai, tercia Petri dicti Vodon et filiorum suorum predictorum et suis successoribus caderent, quarta parte ipsi Nicolao filio Stephani et suis posteritatibus remanente, ita tamen, quod expensas pro requisicione .. possessionum alienatarum communiter facere debeant, et si qua parcium cum expensis condignis pro execucionibus premisse recuperacionis possessionarie alias partes vel aliquam ex ipsis non adiuvaret, tunc in recuperata possessione nullam possit habere porcionem donec ex possessione quam dare pro sua parte tenetur, persolvat plene et integre. Datum in Wyssegrad, sabbato proximo post festum beati Barnabe apostoli, anno domini M° CCC° quadragesimo secundo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét töredékeivel, melyek alatt e szavak olvashatók: »Assecuracio Johannis filii Apa et eiusdem Demetrii ad capita et possessiones«. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 20. 95. dipl. lt. 3494. Közli: Kovács N.

143.

1342. Damas, jun. 22. I. Károly király Zathmári Miklós budai és esztergomi kamarai gróffal tudatja, hogy a margit-szigeti apáczák a kamara haszna terhétől mentesek, s meghagyja nekik, hogy az ezek jobbágyaitól zálog fejében elfoglalt tizenkilencz ökröt szolgáltassa vissza.

Karolus .. rex .. magistro Nicolao dicto de Zothmar comiti .. camerarum suarum de Buda et de Strigonio .. tue fidelitati constat evidenter, quo pacto et qua interposita condicione comitatus camerarum nostrarum a nobis conduxisti nam quoslibet homines specialiter ecclesias dei super factis lucri camere privilegiatas habentes libertates, contra privilegiatam eorum libertatem in nullo vales molestare, solumque ipsi tales privilegiata scilicet fulti libertate in eorum tenutis et iobagionibus, camere nostre monetas currere faciant et cambiri, sicut litere nostre convencionales statuta camere continentes plenius exprimunt factum camere nostre prenotatum. Et quia nos nullius specialiter ecclesiarum dei libertates privilegiatas, quibus .. racionabiliter fruuntur, infringere volumus, tibi alicuius hominis et ecclesiarum libertatem eo magis infringere non licet; nunc autem ex querulosa notificacione .. sanctimonialium de Insula Leporum datum est nobis intelligi, quod tu eas et earum iobagiones pretextu lucri camere plurimum agravassetis, iobagionum earumdem pignora contra privilegiatam ecclesie ipsarum libertatem recipi faciendo, que quidem privilegia per ipsas dominas nobis et prelatis ac baronibus nostris publice fuerunt exhibita, que eciam tibi exhibita fuisse putamus per eosdem; igitur tue fidelitati .. firmiter precipiendo mandamus, quatenus dictas dominas et earum iobagiones racione lucri camere molestare contra privilegiatam ecclesie earum libertatem non presummatis, sed decem et novem boves iobagionum ipsarum dominarum quos pro pignore recepisse diceris, eisdem dominabus vel ipsarum iobagionibus reddas et restituas sine damno, quia eedem domine monetas nostras in medio iobagionum earum ubique currere et per eosdem cambiri facere nobis assumserunt ..

Datum in Damas, sabbato proximo ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini M° CCC° XL^mo secundo.

Zárlatán a nagy királyi pecséttel, melynek töredékei alól e szavak olvashatók: »commissio archiepiscopi et woyvode coram aliis prelatis et baronibus«. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Vet. Bud. 15. 15. dipl. lt. 3495. Ugyanott őriztetik I. Károly királynak 1342. jun. 23-án Damason kelt hasonló tárgyú rendelete »Endre Chempelyno comiti camerarum de Syrimia et de Quinquecclesiis« és Zothmári Miklós kamarai grófhoz dipl. lt. 3496. Ezen utóbbinak rövid kivonatát l. Fejér Cod. Dipl. VIII. 4. 559. l. Közli: Kovács N.

144.

1342. Damas, jun. 25. I. Károly király s az egyház- és országnagyok előtt Bazini Ábrahám fiai Sebus és Péter egymás közt kibékülnek, s a király által birtokaik felosztására a győri káptalan küldetik ki.

Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod cum magistri Sebus et Petrus filii Abrae rufi de Bozyn in omnibus causis suis . . super facto divisionis possessionarie litigiose inter ipsos mutuo habitis, ut de medio ipsorum omnis rancor invidia et fomes cuiuslibet maligni conceptus radicitus evellatur et caritas ac amor fraternalis in cordibus ipsorum refrigeratus seu refrigerata incalescat et accendatur, propter pacis pulchritudinem et fraternitatis indissolubilis vinculum, sub obligamine fidei ipsorum manibus . . Petro Sirimiensis comiti capelle et secretario cancellario nostro ac fratri Vito Nitriensis ecclesiarum episcopis porrectis date et promisse ac assumte, arbitrio eorumdem prelatorum ceterorumque prelatorum et baronum regni nostri infrascriptorum, videlicet domini Laurencii episcopi Boznensis, magistri Tathamerii Albensis prepositi aule nostre vicecancellarii, magistri Pauli magistri tavernicorum domine Elizabeth regine . . magistri Nicolai comitis Posoniensis, magistri Tuteus comitis Bursiensis, magistri Pauli de Vgal prothonotarii magnifici viri comitis Pauli iudicis curie nostre, comitis Deseu de Poky viceiudicis curie nostre, Nicolai

cancellarii . . Chanadini archiepiscopi Strigoniensis, Petri [illegible]et Nicolai filiorum Ders, Beke de Zakali et Pauli filii Douse co[illegible]r-dam palatini comitis de Zobouch magistrorum, ceterorumq[illegible]e quamplurimorum nobilium regni feria secunda proxima an[illegible]te festum nativitatis beati Johannis Baptiste in domo prefa[illegible]ti domini prepositi Albensis in Wyssegrad se submisissent cora[illegible]m nobis; iidemque prelati et barones regni votiva sollicitudin[illegible]ne laborantes, tale arbitrium . . inter prefatos magistros Sebus [illegible]et Petrum fecerunt . . quod defectum et damnum, que prefatu[illegible]us magister Sebus in amissione tributi montis et territorii vine[illegible]e-arii de Buzyn passus extitisset, tum pro eo quia nullam inte[illegible]er se in suis possessionibus perpetuam habuissent divisionem, tu[illegible]n pro eo quia idem magister Sebus adversarios in lite supe[illegible]e facto premisse amissionis tributi cives et hospites de Tyrnavi[illegible]i quibus resistere nequaquam potuisset habebat, cum prefat[illegible]t magistro Petro communiter paciantur et sustinebunt; item qui[illegible]i idem magister Sebus plures de suis possessionibus et possessio[illegible]ie nariis porcionibus alienasse et impignorasse refertur, easde[illegible]e possessiones et possessionarias porciones alienatas debeat re[illegible]e staurare, vel si restaurare non posset, ad suam teneatur rec[illegible]e pere porcionem, et sic universas possessiones ipsorum iide[illegible]e magistri Sebus et Petrus debeant dividere in duas partes coe[illegible]e quales, quarum recte dimidietates cum omnibus suis utilitati[illegible]t bus . . cederent in iurisdiccionem ipsius magistri Sebus i[illegible]i filios filiorum perpetuo possidende, aliis rectis dimidietatibus . . ipsi magistro Petro pleno iure possidende . . remanentibus item universas possessiones tam hereditarias quam acquisiti-cias, quas ubicunque in regno nostro . . haberent alienatas, mu-tuo communibus expensis et laboribus requirant, et si qui ex ipsis vel ipsorum heredibus . . requirere . . poterunt, similiter divident in duas partes coequales, quarum recte dimidietates in manus ipsius magistri Sebus et suorum heredum, alie au-tem recte dimidietates in ius et dominium prefati magistri Petri et suorum posteritatum cum universis utilitatibus . . perpetuo devolvantur; preterea propter perpetue pacis unio-nem ordinarunt, quod privilegia possessionum utrarumque parcium super possessionibus unicuique in divisione devolen-dis confecta concedantur, et si qua privilegia seu instrumenta

literalia super possessionibus communibus, quarum medietates ipsius magistri Sebus et alie medietates memorati magistri Petri existerent, emanata superremanerent, ambo ipsorum copiam talium privilegiorum in transscripto penes se debeant retinere et conservare, ipsa autem privilegia in specie in aliquo loco tuto, ubi communi consensu parique voluntate elegerint et voluerint, committere debeant ad conservandum, de quo loco nullus ex ipsis per se, sed simul ac pariter, dum ipsis necesse fuerit, ad tuicionem et conservacionem sui iuris excipere possint et recipere; de privilegiis autem super possessionibus ipsorum alienatis confectis quas haberent, voluerunt esse illud idem; si qui vero ex ipsis racione possessionariarum porcionum suarum, vel alicuius particule possessionarie in divisione premissa cedencium, per quempiam . . quomodocunque impeteretur, extunc mutuo se se invicem . . cum expensis . . adiuvare . . tenerentur, habita unanimi voluntate tractatu et consensu, dummodo possessiones alicuius partis suis demeritis requirentibus non aggraventur; ceterum voluerunt, ut quandam terram contenciosam inter Buzyn et Scentgurgh habitam, iidem magistri Sebus et Petrus vel quilibet ipsorum in solidum acquirere vel precio possent comparare, similiter teneantur dividere ad duas partes equales, cuius dimidietas prefato magistro Sebus, alia vero dimidietas ipsi magistro Petro pleno iure debeant provenire. His itaque peractis, cum iidem prelati et barones regni convocatis ipsis magistris Sebus et Petro requisivissent ab eisdem, utrum dictam ordinacionem divisionis possessionarie modo premisso factam velint acceptare vel ne, consona voce parique consensu ratam et firmam se habere ac perpetuo duraturam inviolabiliterque observaturam inter se fore deinceps affirmarunt. Demum predictam divisionem possessionariam inter eos fiendam ipsi magistri Sebus et Petrus ad octavas festi beati Egidii confessoris proxime nunc venturas prorogarunt isto modo, quod ipsis octavis advenientibus, ipsi propriis suis in personis castra sua, possessiones, villas et oppida ac terras et universa iura sua, modo superius limpidius expresso ad faciem earumdem accedendo, presentibus Dionisio magno, Thoma filio

Simonis, Omodeo filio Johannis et Ponya de Vosy . . pro parte dicti magistri Sebus, item Nicolao filio Mathie de Olyuanch et Matheo de Kapulna ac Emerico de Kazlen . . hominibus nostris . . pro parte prefati magistri Petri, sub duobus testibus idoneis et discretis capituli ecclesie Jauriensis, cui homines suos de medio ipsorum moribus et dignitate maturos transmitti iubemus per presentes, dividere debeant in duas partes coequales, quarum dimidietates ipsi magistro Sebus, et alie dimidietates ipsi magistro Petro per modum et formam suprascriptam devolvantur. Datum in Damas, feria tercia proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° quadragesimo secundo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 359. 31. dipl. lt. 3497. Ezen oklevélnek más két példánya is megvan, ugyanott: N. R. A. 324. 8. dipl. lt. 3498. szám alatt. Közli: Kovács N.

145.

1342. jun. 26. A nyitrai káptalan előtt Lülei Corard özvegye, Mita nevü leányával, lülei birtokrészüket Töhöli Jánosnak eladják.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis . . significamus . . quod domina Guze relicta Corardi filii Balasey de Lyule cum domina Mita filia sua ex una, et Johannes filius Dominici de Tuhul parte ex altera coram nobis personaliter constituti, per eandem dominam Guze propositum exstitit . . quod ipsa . . porcionem suam in dicta possessione Lyule vocata habitam, cum omnibus . . pertinenciis eidem Johanni filio Dominici filio suo baptismali pro viginti florenis . . vendidisset . . cui quidem terre . . a parte meridionali terra Sebastiani filii Dayon similiter Lyule nominata, a parte septemtrionali terra Chykfeulde vocata vicinantur; assumsit eciam ipsa domina, quod ipsa eundem Johannem filium Dominici et ipsius posteros in dominio dicte porcionis possessionarie conservaret . . Datum feria quarta pro-

xima post festum nativitatis sancti Johannis Baptiste, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Zárlatán töredezett pecséttel; eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a gr. Forgách cs. ltárában. Közli: Komáromy A.

146.

1342. Trencsén, jul. 1. Trencsén vármegye alispánja és bírótársai a Mikolai Péterfia Andrástól hat márka bírság fejében elfoglalt orlochi birtokrész kiváltását Orlochi Lőrincz fiának Bekének mint szomszédnak megengedik.

Nos magister Thomas vicecomes et castellanus Trinchinensis, Lucasius filius Cosme et Petrus filius Martini iudices nobilium de eodem comitatu damus pro memoria, quod in congregacione generali cum universis nobilibus dicti comitatus in octavis beati Johannis Baptiste per nos celebratis, Andreas filius Petri de Micula de medio universorum assurgendo, literas . . capituli ecclesie Nitriensis . . Willermo Druget palatino et iudici comanorum . . scriptas exhibuit coram nobis, in quibus continebatur, quod Ladislaus filius Cristofori et Martinus filius eiusdem Ladislai de Orloch, quandam particulam possesssionis ipsorum in Orloch habitam, iuxta legitimam estimacionem pro sex marcis iudiciorum Andree filio Petri predicto in octavis beati Martini confessoris proxime preteritis perpetuare debuissent, ipsoque die perpetuacionis Beke filius Laurencii de eadem Orloch, Ladislaum et Martinum a perpetuacione prohibuisset, quia magis propter consangvineitatis lineam sibi redimere attineret; ipso itaque die instanti nostre congregacionis, Beke prefatus consurgendo hoc idem respondit, quod possessio predictorum Ladislai et Martini sibi redimere plus quam aliis attineret, et super hoc idem Beke se et suam causam ad suos vicinos et commetaneos dimisit. Nos vero propter iusticiam partes ad partem ire permisimus, vicinos et commetaneos ipsorum et alios nobiles in dicta congregracione existentes universos interrogavimus, cui ipsorum predicta possessio debeat perpetuari; vicini et

commetanei ac alii nobiles unanimiter et concorditer retulerunt, quod Beke predicto propter consangvineitatis lineam predicta possessio de iure pertinet redimere pro sex marcis iudiciorum ab Andrea prenotato; adiudicantes decrevimns cum universis nobilibus, quod Beke sepefatus sex marcas in duobus terminis infra declarandis, scilicet in octavis beati Jacobi apostoli nunc venturis tres marcas . . solvere teneatur Andree filio Petri predicto, et iterum tres marcas in octavis beati Michaelis archangeli succesive solvere . . teneatur, tali tamen modo, quod si primam solucionem negligeret, solvet cum iudicio, si secundam obmitteret, extunc predictam possessionariam porcionem Ladislai et Martini iuxta continenciam literarum capituli predicti, Beke sepedictus pro sex marcis iudiciorum Andree sepefato perpetuari admittere teneatur. Datum Trinchinii, in die nostre congregacionis, in octavis prenotatis, anno domini M° CCC^mo quadragesimo secundo.

Zárlatán két pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 777. 11. dipl. lt. 3499. Közli: Kovács N.

147.

1342. Visegrád, jul. 8. Drugeth Villermus nádor a Lengeldi Márton és István fiaitól Kellenusi Pós fia Miklós fia Domokos részére biróilag elfoglalt Lengeld és Zayla nevü birtokrészek kiváltására a foglalást szenvedetteknek a határnapokat kitüzi.

Nos Wyllermus Druget palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod Jakou filius Zouk . . pro Dominico filio Nicolai filii Pous de Kellenus ad nostram accedendo presenciam, iuxta continenciam literarum citatoriarum capituli ecclesie Agriensis in octavis festi nativitatis sancti Johannis Baptiste contra Johannem filium Martini et alterum Johannem filium Stephani de Lengeld exhibuit nobis quasdam literas nostras, in quarum tenoribus quasdam porciones possessionarias in possessionibus Lengeld et Zayla vocatis, Georgii videlicet et Nicolai filiorum Bechk, in duabus partibus nobis utpote iudici . . ab ipsis filiis Bechk devolutas et per nos ipsi

Dominico collatas, et in tercia parte eidem utpote parti adverse, quas iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Agriensis per hominem nostrum presente testimonio ipsius capituli Agriensis triginta marcis compoti Cassensis estimatas reperimus, et dictos Johannem filium Martini et alterum Johannem filium Stephani in termino per nos assignando easdem porciones redimere pro ipsa estimata pecunia assumsisse; quarum continenciis perlectis, quia iidem Johannes filius Martini et alter Johannes filius Stephani ad dictas porciones possessionarias ab eodem Dominico redimendas pro ipsa estimata pecunie quantitate terminum a nobis impendi postulabant, ideo commisimus, quod predicti Johannes filius Martini et alter Johannes filius Stephani in redemcionem ipsarum porcionum possessionariarum in octavis Assumcionis beate virginis decem marcas, in octavis beati Michaelis archangeli similiter decem marcas, et in octavis festi Omnium Sanctorum proxime successive consequenter affuturis similiter decem marcas partim in denariis et partim in estimacione condigna coram nobis eidem magistro Dominico persolvere teneantur, tali modo, quod si quemlibet terminorum dicte solucionis ipsi Johannes et alter Johannes negligerent, extunc semper penam dupli incurrerent ipso facto .. Datum in Wyssegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 259. 12. dipl. lt. 3502. Közli: Kovács N.

148.

1342. Fahid, aug. 1. Péter erdélyi alvajda előtt János morochi nemesés fiai, Eus nevü birtokban Doboka megyében egy erdöt az abban levő szántóföldekkel együtt Gergely fiának eusi nemesnek enged át.

Nos Petrus vicevoyvoda Transilvanus .. significamus .. quod Iwanka filius Gregorii nobilis de Eus in comitatu de Doboka existens ab una parte, et Johannes filius Martini nobilis de Morouch similiter de comitatu de Doboka, Jacobo

Stephano et Thelmano cum filiis suis personaliter coram nobis constituti, idem Johannes et filii sui prenotati .. confessi sunt.. quod quandam scilicet silvam in qua et ter re arabiles continentur, in superiori parte obstaculi molendini Johannis filii Iuanka iuxta fluvium Euspataka vocatum a parte orientali existentem, usque ad locum molendini eiusdem Johannis filii Iwanka, prout prius ad eandem possessionem Eus vocatam atavi ipsius Iwanka iure pertinere dinoscebatur, sic et nunc et aliquatenus ipse tenuisset hactenus et possedisset, sive precio comparatam sive pignori obligatam, eidem prefato Iwanka cum omnibus utilitatibus que eandem spectant, relaxassent et .. resignarunt in presencia nostri iure perpetuo in filios possidendam .. Datum in Fahyd, in octavis beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Az erdélyi káptalannak Gergely fia Ivánka kérésére 1343-ban, feria quarta proxima post octavas beati Johannis Baptiste kelt átiratából, melynek eredetije a N. Muzeum könyvtárában őriztetik. Közli: Komáromy A.

149.

1342. aug. 1. Az egri káptalan előtt Rozgonyi Rajnáld fiának Lászlónak fia Péter s ennek fiai, valamint a nevezett László fiának Jánosnak fia László, Rajnáld fiának Andrásnak fiát András osztályrészére nézve Dobodel Zemplén vármegyei birtokkal húsz márka garas felülfizetés mellett kielégítik.

.. capitulum ecclesie Agriensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire .. quod Petro filio Ladislai filii Renoldi ac Nicolao filio eiusdem Petri pro se et pro Laurencio ac Johanne fratribus suis, item Ladislao filio Johannis filii predicti Ladislai magistris nobilibus de Rozgun ex una, et Andrea filio Andree filii prefati Reynoldi similiter pro se et .. pro Johanne filio suo parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit per eosdem, quod ipsi habita plena deliberacione, in universis possessionibus suis apud ipsorum sed non alienorum manibus ubique in regno Hungarie usque nunc iure communi et indivisionarie existentibus, talem

divisionem . . inter se fecissent . . quod iidem Petrus filius Ladislai et filii sui ac Ladislaus filius Johannis, eidem Andree filio Andree et Johanni filio suo pro sufficienti et perpetua divisione quandam possessionem, que eis usque nunc communiter attinuisset, Doboudel vocatam in comitatu Zemliniensi existentem . . cum addicione viginti marcarum grossorum compoti Budensis, quas quidem viginti marcas predicti nobiles de Ruzgun coram nobis ad presens eidem Andree pro se et dicto Johanne filio suo recipienti plenarie persolverunt . . contulissent perpetuo possidendam . . assummentesque eundem Andream et Johannem filium suum ac ipsorum successores in pacifico dominio eiusdem possessionis Dobodel se et suos posteros conservaturos . . e converso autem predictus Andreas filius Andree suo et dicti filii sui nomine prefatam possessionem Doboudel ac ipsas viginti marcas ab eisdem Petro et filiis suis ac Ladislao filio Johannis pro sufficienti et perpetua possessionaria divisione premisso modo acceptans, universas possessiones alias que ipsis usque nunc apud ipsorum sed non alienorum manus existendo communiter attineri debuissent, prefatis Petro filio Ladislai et filiis suis ac Ladislao filio Johannis eorumque posteritatibus . . similiter pro sufficienti divisione et perpetua recipientibus . . contulisset et . . contulit cum universis . . pertinenciis earumdem . . perpetuo possidendas . . nil iuris et nil proprietatis sibi et dicto Johanni filio suo ac ipsorum successoribus reservando de eisdem ; tali obligacione per partes in se assumta, ut si qua parcium tractu temporis de predicta ordinacione divisionaria in aliquo saltem articulo quovismodo resiliret, extunc pars hoc facere attentans contra partem aliam premissa tolerantem in succubitu duelli facti potencialis convinceretur eo facto ; et quia pretaxatus magister Petrus Laurencium et Johannem filios suos antedictos propter carenciam literarum procuratoriarum iam dicto modo nequivit obligare, ideo dictus magister Petrus ipsum obligamen facti potencialis duelli succubitus eciam se incursu- obligavit, si predictos filios suos in aliquo premissorum tem- n eventu resiliretur. Quibus quidem contractibus et obli- per partes hic coram nobis recitatis, prelibatus do dixit eo modo, quod ipse iam suo et nomine

dicti Johannis filii sui in plenum dominium annotate possessionis Doboudel statutus introductus haberetur per nobiles de Rozgun supradictos. Et ut factum habite divisionis inter easdem partes eternaliter perstare valeret, eedem partes omnes literas suas iudiciales . . cassatas . . reliquissent. In cuius rei testimonium . . presentes contulimus sigilli nostri autentici munimine roboratas; presentibus tamen Nicolao preposito, Johanne lectore, Martino cantore, Johanne custode dominis, Johanne de Borsod, Dominico de Abawyuar, David de Zabolch, Johanne de Phata, Petro de Heues archidiaconis . . Datum in octavis sancti Jacobi apostoli, anno domini M° CCC^mo quadragesimo secundo; regnante Lodovico . . rege . . Chanadino archiepiscopo Strigoniensi, Colocensi sede vacante, et . . N(icolao) episcopo Agriensi existentibus.

A pecsét zöld selyem-sodraton függ; alúl chyrographum rajta; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 564. 24. dipl. lt. 3506. Közli: Kovács N.

150.

1342. Visegrád, aug. 3. Miklós kir. főpohárnok és ugocsai főispán, meghagyja haraszti tisztjének és az odavaló vendégnépeknek, hogy a margit-szigeti apáczák Takson nevü birtokának használatától tartózkodjanak.

Nicolaus magister pincernarum domini regis et comes de Vgocha tibi Ladislao officiali nostro de Harazti et universis hospitibus de eadem precipimus . . quatenus terram ad possessionem sanctimonialium de Insula, Togson vocatam, quam usquemodo usi estis, amodo nullatenus uti presummatis, quia super hoc domini nostri regis habuimus mandatum; insuper fenum, quod in ipsorum feneto falcastis et falcare fecistis, commisimus dictis sanctimonialibus abinde deferre, sed vobis vestros labores persolvent plene et integre, vos vero ipsas et ad ipsas pertinentes prohibere in ablacione dicti feni non velitis, terras vero ipsarum arabiles, insulas et pratum, que modo premisso usi fuistis, uti non presummatis; aliud non facturi, si

indignacionem domini nostri regis et nostram generaliter incurrere formidatis. Datum in Wysegrad, sabbato proximo post festum beati Petri apostoli ad Vincula, anno domini M° CCC^mo quadragesimo secundo.

Hátlapján kis gyűrűs pecsét töredékeivel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Buden. 5. 9. dipl. lt. 3507. Közli : Kovács N.

151.

1342. aug. 3. A somogyvári convent előtt Liszói Péter és fiai egy részről, más részről Liszói Demeter, a köztük folyt pereket megszüntetik, Og nevü birtokot osztatlanúl maguk közt föntartják, s amazok emennek Liszó birtokból egy részt átengednek.

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, (quod Petro) filio Johannis de Lyzo pro se personaliter, in personis vero Blasii Johannis et Emerici filiorum suorum cum literis procuratoriis conventus cruciferorum domus (hospitalis de) Nova Curia ab una, Demetrio filio Jacobi de eadem parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, propositum . . per eosdem extitit . . quod omnibus causis et earum articulis . . usque ad datum presencium plene et per omnia sopitis et sedatis, excepta tamen possessione ipsorum Og vocata, quam indivisam inter ipsos esse asserebant, ut omnis rancoris et invidie dissensio de medio ipsorum sopiatur . . intervenientibus probis viris propter debitum proximitatis ad perpetue pacis devenissent unionem . . coram nobis, reddentes se in premissis . . mutua vicissitudine expeditos et per omnia satisfactos; preterea idem Petrus filius Johannis sua et dictorum filiorum suorum in persona, de possesssione sua Lyzo vocata superius expressa particulam possessionariam antea pro dote et rebus parafernalibus domine Elene relicte quondam Buken fratris prefati Johannis patris sui, necnon pro quarta domine Elisabeth vocate relicte Jacobi matris eiusdem Demetrii eidem Demetrio . . donatam, nunc metis et terminorum distinccionibus sequestratam . . eidem Demetrio filio Jacobi

proximo suo eiusque heredibus . . confessus est . . donasse . . perpetuo . . possidendam . . Mete autem premisse particule terre per predictum Petrum filium Johannis memorato Demetrio . . donate, sicut nobis oretenus retulerunt, hoc ordine distinguntur: videlicet incipit prima meta in fluvio Lyzo vocato, de quo salit ad orientem et iuxta eundem fluvium pervenit ad metam terream de novo erectam, de qua progreditur ad eandem partem orientalem et pervenit ad arborem pomi meta terrea circumfusam, abhinc ad orientem ad arborem ilicis cruce signatam meta terrea circumfusam, abhinc declinatur ad partem septemtrionalem et in latere unius vallis vulgariter Harasthuelg vocati ab oriente existenti eundo, pervenit ad aliam arborem ilicis cruce signatam et meta terrea circumfusam, deinde ad partem septemtrionalem eundo pervenit ad arborem piri cruce signatam et meta terrea circumfusam, de qua divertitur ad orientem ad montem et pervenit ad arborem ilicis meta terrea circumfusam, deinde descendit ad orientem ad vallem, pervenitque ad arborem ilicis cruce signatam et meta terrea circumfusam, que ad orientem separant possessionem Sag vocatam, in cuius vallis medio declinatur ad meridiem et satis in magno spacio eundo pervenit ad caput putei currentis, abinde ad meridiem parumper circuitur ad occidentem et incidit ad dictum fluvium Lyzo, et in eodem ad partem septemtrionalem eundo pervenit ad priorem metam et ibi terminatur. Hoc specialiter interserto et per ipsum Petrum filium Johannis in se et dictos filios suos voluntarie assumto, quod si qui temporis in processu contra eundem Demetrium et suos heredes in forma litis pretextu eiusdem particule terre insurgerent, extunc eosdem deberent et tenerentur expedire laboribus propriis et expensis, sed ipse Demetrius suique successores eosdem Petrum filium Johannis et suos heredes in processu eiusdem cause labore et expensa ubique iuvare tenerentur, quos si idem Petrus filius Johannis vel eius heredes defendere non possent vel non curarent, extunc tantumdem et consimile de hereditaria possessionaria eorum eidem Demetrio et eius successoribus . . conferre tenerentur, tali obligaminis vinculo mediante . . ut si qua parcium . . singula premissorum aliqualiter retractare intenderet . . extunc eadem pars . .

convicta haberetur contra partem pacientem . . Datum sabbato proximo post octavas beati J(acobi) apostoli anno domini Millesimo CCC° quadragesimo secundo; religioso viro domino Jacobo abbate et prelato nostro, Emerico decano, Pertoldo custode, Petro cantore ceterisque fratribus ibidem deo iugiter famulantibus et deuote.

A pecsét töredéke piros selyem-sodraton függ : eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 711. 23. dipl. lt. 3504. Közli : Kovács N.

. . . . .

152.

1342. Visegrád, aug. 10. Pál országbíró a veszprém-völgyi apáczák- s Leurenthe fia és unokái között Padrag nevü Veszprém megyei birtok végett lefolyt perben ítéletet hoz, és Leurenthe fiainak arra, hogy a felek között vitás földtér ösi birtok esküt ítél.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudicii nostri declarancium, homines domini regis unacum testimoniis capituli Albensis in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste nunc preteritis ad faciem cuiusdam possessionis Podrugh vocate in comitatu Wesprimiensi existentis, quam religiose domine sanctimoniales claustri beate virginis de valle Wesprimiensi earum esse, et intra metas possessionis earumdem similiter Podrugh vocate efficacium instrumentorum titulo ipsis pertinentis adiacere, et per Nicolaum et Johannem filios Thome filii Leurenthe ac Beke filium eiusdem Leurenthe de Gyepus occupatam fore proponi fecerant . . accedere, et quamcunque possessionem hoc nomine Podrugh, eedem domine vel procurator earum nomine iuris earumdem recaptivare dicerent, eam recapere et eisdem dominabus eo iure quo ad ipsas dinosceretur pertinere, si per ipsos filios Thome et Beke filium Leurenthe vel alios non fieret contradictum, perpetuo possidendam statuere, contradictores vero si qui exceptis ipsis filiis Thome et Beke filio Leurenthe fierent, contra easdem dominas ad octavas festi beati [illegible]toli racionem contradiccionis eorum reddituros ad

regiam presenciam citare, ipsos autem filios Thome et Beke filium Leurenthe si contradictores fierent, eo quod in lite existebant absque citacione aliquali relinquere, particulam enim vel possessionem per quempiam inhibitam signis pro metis positis consignando et regali mensura mensurando vel visu considerando regni consvetudine exigente estimare, post hec seriem omnium premissorum ad easdem octavas partes in literis dicti capituli Albensis nostro iudiciario examini reportare debuissent; tandem ipsis octavis beati Jacobi apostoli advenientibus, Augustinus filius Bulchw pro eisdem dominabus .. ab una, et Michael de Noztup et Johannes filius Bene de Meneke pro eisdem filiis Thome et Beke filio Leurenthe .. parte ab altera ad nostram accedentes presenciam, nobis duo paria literarum dicti capituli Albensis in consona sentencia confectarum demonstrarunt, in quibus vidimus contineri, quod in predictis octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste Ipolitus filius Damiani de Sary et Johannes filius Andree de Ayka homines domini regis per partes adducti, unacum magistris Johanne et Stephano sclavo concanonicis et testimoniis dicti capituli Albensis, presentibus Augustino filio Bulchw legitimo procuratore predictarum dominarum, Beke filio Leurenthe et Johanne filio Thome pro se ipsis personaliter ac pro Nicolao filio predicti Thome .. primo convocatis commetaneis et vicinis universis predicte possessionis Podrugh, ad faciem eiusdem accessissent, et procurator sepedictarum dominarum sanctimonialium primo iuxta quandam magnam viam ad unam metam terream nomine mete possessionis dictarum sanctimonialium demonstrasset eisdem, quam prefatus Beke filius Leurenthe et Johannes filius Thome nunquam metam fuisse asseruissent; inde ad plagam occidentalem tendendo, idem procurator earumdem dominarum sanctimonialium tres metas terreas demonstrasset, quas sepedicti nobiles metas inter generaciones ipsorum fore allegassent et non metas possessionis dominarum predictarum; inde reflectitur ad partem meridionalem et pervenit ad quendam rivulum, et per eundem rivulum ad eandem plagam eundo, unam arborem salicis pro meta ostendisset; abhinc ad eandem plagam tendendo ad quoddam nemus prunellarum pervenisset et metam esse

dixisset, et adhuc ad eandem plagam eundo, quandam arborem pomi pro meta idem procurator earumdem fore dixisset, quas sepefatus Beke filius Leurenthe et Johannes filius Thome ullo unquam tempore metas fuisse asseruissent, subiungendo, quod ipsi veras et directas metas dictarum duarum possessionum Podrugh vocatarum demonstrarent; et primo idem Beke et Johannes unam metam terream ostendissent, abhinc ad partem occidentalem eundo aliam metam similiter terream demonstrassent, inde ad partem meridionalem eundo tres metas terreas ostendissent, abhinc ad partem occidentalem tendendo circa quandam viam unam metam terream, deinde adhuc ad eandem plagam pergendo pervenissent ad quoddam nemus merasorum quod vulgo Kuzmugy dicitur, et pro meta fuisse et esse allegassent nobiles annotati; ubi sepedictus procurator earumdem sanctimonialium dictas metas per eosdem nobiles ostensas inter metas possessionis dictarum sanctimonialium esse et fuisse allegasset; adiecissent eciam prescripti Beke filius Leurenthe et Johannes filius Thome, quod quitquid instrumenta privilegialia seu munimenta literalia sepedictarum dominarum sanctimonialium continerent, super eo nec a reambulacione nec a statucione eosdem homines domini regis et dicti capituli prohiberent; sed quitquid ipsis titulo iuris hereditarii attineret, super eo similiter non a reambulacione sed a statucione prohiberent; unde sepedicti homines domini regis et dicti capituli dictam possessionem litigiosam, prout visu considerare potuissent, usui duorum aratrorum sufficientem estimassent; item inter predictas metas per utrasque partes demonstratas terram contenciosam similiter visu considerando, ad viginti iugera terre se extendentem estimassent. Quarum literarum capituli Albensis perlectis continenciis, quia procurator dictarum dominarum sanctimonialium inter alias regias donaciones quandam possessionem Podrugh vocatam predicto monasterio beate virginis de valle Wesprimiensi pertinere per exhibicionem privilegii domini Karoli . . regis . . tenorem privilegii domini Kolomani olim regis Hungarie confirmantis comprobando, eandem litigiosam possessionem visu duorum aratrorum sufficientem cum predictis viginti iugeribus terre similiter litigiosis inter metas predicte posses-

sionis ipsarum dominarum Podrugh vocate adiacere asserebat, procurator vero dictorum filiorum Thome et Beke filii Leurenthe eandem litigiosam possessionem cum ipsis viginti iugeribus terre predictis filiis Thome et Beke filio Leurenthe hereditario iure pertinere et similiter Podrugh vocatam fore allegabat, in ipso autem privilegio Karoli regis confirmatorio mete dicte possessionis prefatarum dominarum Podrugh vocate non habebantur, ideo cum prefatum Augustinum filium Bulchw legitimum procuratorem earumdem dominarum de eo, ut a quo tempore incipiens prefata litigiosa possessio per ipsos filios Thome et Beke filium Leurenthe occupata sit, habuissemus requisitum, idem Augustinus legitimus procurator prefatarum dominarum sanctimonialium, eandem litigiosam possessionem adhuc per Saulum patrem dicti Leurenthe occupatam fore trina vice requisitus asserebat; unde quia prefatus Leurenthe in tam senili etate constitisse ex quamplurimorum nobilium veridica relacione imo et ex nostra recordacione dinoscebatur, ut centum annos vel citra habuisse pro certo credebatur, prefatus autem procurator ipsarum dominarum adhuc per patrem ipsius Leurenthe ipsam litigiosam possessionem occupatam fore simplici verbo fatebatur, et tamen nec literas causales, nec protestatorias, nec prohibicionales, quibus mediantibus super occupacione ipsius possessionis eedem domine a tam antiqui temporis spacio aliquo tempore litem habuerint vel prohibicionem fecerint, per nos pluries requisitus easdem dominas habere indicabat, regnique consvetudine ab antiquo approbata requirente ecclesia seu ecclesiarum rectores quadraginta duobus annis, nobiles autem triginta duobus annis in dominio possessionis pacifice et quiete perseverantes et absque contradiccione aliquali residenciam facientes eadem possessione in perpetuum debent gratulari; ideo licet eandem possessionem litigiosam ex racionibus premissis eisdem filiis Thome et Beke filio Leurenthe absque ulteriori dilacione adiudicare debuissemus, tamen ex superabundanti misericordia nostre iudiciarie protestatis decrevimus iudicando, quod prelibati Nicolaus et Johannes filii Thome filii Leurenthe et Beke filius eiusdem Leurenthe cum duobus commetaneis et aliis duobus nobilibus, videlicet in toto septimo-se inclusis, in octavis

festi Nativitatis beate virginis nunc venturis, presentibus Laurencio filio Felekus de Koruntal vel Ladislao filio Johannis de Echy aut Martino filio Akus de Leurenthe pro parte ipsorum, item Ipolito de Sary vel Paulo filio Myske de Vrs aut Briccio filio Bors de Sary pro parte ipsarum dominarum, aliis absentibus hominibus domini regis et testimoniis sepedicti capituli Albensis, que per idem capitulum ad id transmitti presentibus amicabiliter postulamus, in facie dicte litigiose possessionis comparendo, in eo, ut ipsa litigiosa possessio usui duorum aratrorum sufficiens cum ipsis viginti iugeribus terre inter predictas metas per ipsos ostensas adiacentis eorum sit hereditaria, sacramentum prout moris est secundum regni consvetudinem iurare super terram, prestare teneantur, qui si prestiterint, tunc eam sub premissis metis per ipsos ostensis eisdem filiis Thome et Beke filio Leurenthe, alioquin prefatis dominabus sub metis prenotatis per procuratorem earumdem demonstratis, iidem homines domini regis presentibus testimoniis dicti capituli Albensis statuant perpetuo possidendam, premissas metas ubique renovando; ipsam autem iuramentalem deposicionem propter suam prolixitatem iidem homines capituli predictis filiis Thome et Beke filio Leurenthe et eorum singulis coniuratoribus de verbo ad verbum seriatim et paulatim tempore et loco deposicionis eiusdem explicare teneantur; et post hec seriem ipsius iuramentalis deposicionis cum nominibus coniuratorum et possessionum eorumdem, cum cursibus metarum, partes in literis dicti capituli Albensis in octavis festi beati Michaelis archangeli nunc venturis nobis debeant reportare. Datum in Wyssegrad, decimo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Jesuit. Jaur. 3. 21. dipl. lt. 3509. Közli: Kovács N.

153.

1342. Visegrád, aug. 19. Pál országbíró előtt Elefánti Dezső fia Mihály, Báhon birtok miatt az odavaló Pap János ellen indított perét, miután ez utóbbi tulajdonjogát az országbíró előtt kimutatta, beszünteti.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum magister Michael filius Deseu de Elephanth, Johannem dictum Pop de Bahun iuxta continenciam literarum citatoriarum conventus de Zoborio, legitime citacionis modum observando, ad quindenas festi sancti Demetrii martiris anno domini M° CCC° XXXX^mo primo preteritas, ad presenciam serenissimi principis domini Karoli olim sceptra regiminis regni Hungarie in felici memoria importantis, in cuius solium thronum et coronam ipse dominus Lodovicus primogenitus suus ad gubernandum dictum Hungarice nacionis regnum hereditarium iure geniture sibi successum de prelatorum baronum et nobilium regni sui unanimi et concordi voto sublimatus et corona sanctissimi Stephani primi regis Hungarorum in Alba Regali in loco suo kathedrali die dominico proximo ante festum beati Jacobi apostoli nunc proxime preteritum solleniter coronatus est, contra se in causam attraxisset, tandem ipsis quindenis festi sancti Demetrii martiris occurrentibus, Paulus dictus de Damasy pro eodem magistro Michaele filio Deseu . . ad nostram accedendo presenciam, contra prefatum Johannem dictum Pop . . proposuerat eo modo, quod predictus Johannes dictus Pop quandam possessionem Bahun vocatam in comitatu Posoniensi in vicinitate possessionis ipsius magistri Michaelis Cyfer vocate adiacentem, que racione premisse vicinitatis et commetaneitatis sue emcioni de iure deberet attinere, occupasset . . cuius occupacionis . . scire vellet racionem ab eodem; quo audito idem Johannes dictus Pop personaliter exsurgendo, super predicta possessione Bahun instrumenta se habere allegans, ad earumdem exhibicionem dilacionis terminum per nos pecierat deputari; cui cum nos ad exhibendum preallegata sua instrumenta octavas festi Purificacionis beate virginis proxime tunc venturas pro termino deputassemus,

ipsaque instrumentalis exhibicio ob regium preceptum ad quindenas festi beati Georgii martiris anno in presenti proxime preteritas, et abhinc quia idem Johannes dictus Pop predicta instrumenta tunc exhibere non valebat sed ad exhibicionem earumdem absque efficaci racione ulteriorem terminum postulabat deputari, ad quindenas dicti festi beati Jacobi apostoli cum gravamine iudicii trium marcarum per eundem Johannem dictum Pop ante litis ingressum deponendi prorogata exstitisset, demum ipsis quindenis beati Jacobi apostoli occurrentibus, eodem magistro Michaele filio Deseu de Elephanth coram nobis propria in persona astante, et ipsa instrumenta per ipsum Johannem dictum Pop exhiberi, ac prefata iudicia trium marcarum ante litis ingressum persolvenda persolvi postulante, idem Johannes dictus Pop ad nostram accedendo presenciam, persolutis per ipsum Johannem ipsis iudiciis trium marcarum, quasdam patentes literas conventus cruciferorum ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio anno domini M° CCC° XXX^mo quinto confectas nobis demonstravit, in quibus reperimus contineri, quod predictus magister Deseu de Elephanth et uterque Gregorius filii Martini filii Bugar, maior scilicet et minor ex una parte, et prefatus Johannes dictus Pop ex altera ad ipsius conventus cruciferorum ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio accessissent presenciam, idem magister Deseu .. confessus exstitisset .. quod ipse eosdem filios Martini ad vendendum possessionem Bahun vocatam in comitatu Posoniensi existentem, ipsi Johanni dicto Pop et ipsum Johannem dictum Pop ad emendum permisisset, et ad vicinitatem possessionis sue Cyfer vocate ad ipsam possessionem Bahun benivole recepisset .. tali modo, quod nullounquam tempore ipsum Johannem dictum Pop et suos posteros racione vicinitatis dicte possessionis Bahun vel alterius cuiuslibet facti ipse magister Deseu et sui posteri in iudicio vel extra iudicium molestarent; exhibuit eciam quoddam privilegium capituli ecclesie Nitriensis, eodem anno domini M° CCC° XXX^mo quinto confectum, in quo comperiebatur, quod magister Jacobus a(rchidiaconus) Neugradiensis in ecclesia Strigoniensi et uterque Gregorius maior ac minor filii Martini filii Bugar ab una parte, item Johannes dictus Pop ex altera

coram ipso capitulo Nitriensi constituti, iidem Jacobus archidiaconus et uterque Gregorius retulissent . . quod quandam possessionem suam Bahun vocatam in comitatu Posoniensi existentem, cum omnibus . . pertinenciis, pro octoaginta marcis denariorum, in quibus eidem Johanni Pop coram nobis iuris ordine convicti solvere remansissent racione possessionis Pon vocate, dicto Johanni Pop et suis heredibus . . vendidissent . . iure perpetuo . . possidendam, assummentes eundem Johannem et suos heredes a quibuslibet hominibus racione dicte possessionis Bahun in futurum molestare volentibus expedire propriis laboribus et expensis, tali obligacione mediante, quod si eundem Johannem et suos heredes racione eiusdem possessionis Bahun expedire nequirent, extunc in aliis suis possessionibus similem et equivalentem possessionem populosam dare eidem et assignare tenerentur; privilegium eciam et literas universas quibus mediantibus eandem possessionem dictus Martinus pater eorumdem optinuisset, eidem Johanni dicto Pop assignassent; et magister Marcus diaconus chori ecclesie dicti capituli Nitriensis ad peticionem parcium pro testimonio transmissus per capitulum prenotatum, ad faciem dicte possessionis accedendo, universis suis vicinis et commetaneis convocatis, videlicet Petro comite et Dominico filio eiusdem de Tukulchen, Matheo et Michaele de eadem, comite Mogh de Elephanth ex parte ville Cyfer, Deme filio Nicolai, Peteu filio Bartal et Michaele de Dayca, Emerico filio Dege de Daycha superiori, Mykou et Nicolao dictis Helmus et Jacobo filio Peturke de Wyste, per suas veras metas et antiquas, incipiendo a metis possessionis Tukulchen, tandem pergendo ad metas, possessionum Dayca inferioris et superioris, abhinc separando metas possessionis dictorum Mykou et Nicolai Helmus, deinde ad metas possessionis Wyste predicte, et posthec iungendo possessionis dictorum filiorum Martini Chanyk vocate metas, et abinde separando, currens circa quendam rivulum metas possessionis Sarfe eorumdem filiorum Martini, et cadens iterum ad metas dicte possessionis Tukulchen reambulasset, et nemine ex eisdem vicinis et commetaneis suis contradicente, imo benivole eundem Johannem Pop et suos heredes in suam vicinitatem ad dictam possessionem Bahun recipientibus et admit-

tentibus, predictam possessionem Bahun statuissent Johanni Pop predicto perpetuo possidendam. Quibus omnibus perlectis et partibus seriatim explicatis, cum inter partes iudicium et iusticiam facere voluissemus, eedem partes ad pacis reformacionem se per nos admitti postularunt, obtentaque admissione dicte faciende concordie, idem magister Michael filius Deseu .. confessus exstitit in hunc modum, quod quia ipse predictam possessionem Bahun ex vigoribus premissorum instrumentorum omni veritatis tramite ad ipsum Johannem dictum Pop pertinere, et eciam ex admissione predicti magistri Deseu patris sui iusto titulo precio perennaliter per ipsum Johannem pro se comparasse agnovisset, ob hoc eandem ipsi Johanni dicto Pop et per eum suis heredibus eo iure et ea plenitudinis quantitate, quemadmodum sibi dinoscitur pertinere, sub suis veris metis et antiquis quibus per suos priores possessores et per ipsum Johannem dictum Pop habita exstitisset et possessa, eundem Johannem in vicinitatem perpetuam dicte possessionis sue Cyfer amodo in posterum assummendo remisisset .. perpetuo .. possidendam .. petens ut ad huius rei memoriam literas nostras eidem Johanni dicto Pop dari et emanari facere dignaremur. Nos igitur ad huius rei memoriam .. presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Wyssegrad, duodecimo die quindenarum festi beati Jacobi apostoli predictarum, anno domini M° trecentesimo quadragesimo secundo.

Az elveszett pecsét selyem-sodraton függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 359. 14. dipl. lt. 3452. Közli: Kovács N.

154.

1342. aug. 21. A székesfehérvári káptalan előtt Sárosdi Mokch Bálint neje, és ennek nővére Lénárd fehérvári polgár özvegye, fivéreik- Miklós somogyi főesperes és János comes által mindennemü örökjogukra nézve magukat kielégítetteknek nyilvánítják.

Nos capitulum ecclesie Albensis memorie commendamus .. quod domina consors Valentini filii Mokch de Sarusd

Elizabeth nuncupata, et altera domina relicta Leonardi hospitis civitatis Albensis unacum Stephano filio suo coram nobis personaliter constitute, per easdem dominas confessum exstitit . . ut quia . . Nicolaus archidiaconus Simigiensis in ecclesia Vesprimiensi et comes Johannes frater eiusdem, fratres ipsarum uterini, ipsas fraternis affectibus semper confovendo ipsis multiplicia subsidia intulissent et eas propriis ipsorum facultatibus honorifice maritassent, presertim eciam cum iidem dominus scilicet archidiaconus et comes Johannes ipsarum inopiis et paupertatibus fraternaliter compaciendo, unicuique ipsarum in viginti marcis denariorum latorum viennensium plenarie subvenissent, ob hoc ipse totum ius ipsarum quod ipsas in iuribus possessionariis per eundem dominum Nicolaum archidiaconum quoquomodo acquisitis ubilibet existentibus de iure contingere posset et deberet, eidem domino Nicolao archidiacono et comiti Johanni ipsorumque successoribus legitimis pure resignassent . . coram nobis . . Datum secundo die festi beati Stephani regis et confessoris, anno dni M° CCC° quadragesimo secundo.

Hátlapján monorú pecsét nyomaival; eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan ltárában. Misc. F. 2.

155.

1342. Hidvég, aug. 21. Hont vármegye ispánja és a négy szolgabíró, I. Lajos király rendeletéből a vármegye tizenkét esküttt bíráit fölkérdezvén, ezek bizonyítják, hogy Dersenei Hyppolit és fia Mihály, a királyné lovai elvitelében ártatlanok.

Nos magister Morouchuk comes Hontensis, item Johannes de Tescere, Nicolaus filius Boganya de Palasth, Andreas filius Vyliani de Zelen et Ladislaus de Kyschalamya iudicesque nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod cum in quadam generali congregacione nostra, literis mediantibus domini Ludvici . . regis . . unacum nobilibus predicte provincie, magistro Johanne dicto Nemeth iuvene aule regie in medium nostri literis suis mediantibus ad hec destinato,

feria quarta proxima post festum beati Stephani regis in villa Hydveg vocata celebrata, et cum nos magister Morouchuk super ablacione equorum domine regine in ipsa congregacione presentibus duodecim iuratis contra Michaelem filium Ipoliti de Dersene agere voluissemus, ipsos nobiles universaliter interrogando, ut utrum idem Michael filius Ipoliti in ablacione recepcione predictorum equorum culpabilis exstitisset vel esset nec ne, tandem duodecim et universitas nobilium ipsum Michaelem filium Ipoliti in ablacione predictorum equorum domine regine et aliis innocentem et immunem penitus esse affirmarunt; nosque ipsum Michaelem filium Ipoliti et predictum Ipolitum de premissa causa reddidimus expeditos et per omnia absolutos. Datum feria quarta proxima, scilicet die et loco premisse congregacionis, anno domini M° CCC° quadragesimo secundo.

Zárlatán két pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 24419. Közli: Kovács N.

156.

1342. aug. 27. I. Lajos király előtt Tamás erdélyi vajda Ó-Csalános nevű Bihar vármegyei birtok jogáról Dózsa nádor fiai javára lemond.

Nos Lodoycus (így) dei gracia rex Hungarie significamus .. quod licet .. Thomas woyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk dilectus et fidelis proximus noster, literas serenissimi principis domini Karoli eadem gracia regis Hungarie felicis memorie patris nostri charissimi super facto collacionis possessionis Ochalanus vocate in comitatu Bihoriensi existentis pro fidelibus serviciis suis confectas, in octavis festi sancti regis Stephani, presentibus coram comite Paulo iudice curie nostre, magistris Jacobo et Paulo filiis Dose, prout se mediantibus literis eiusdem comitis Pauli obligasse asserit, racione concambii eiusdem possessionis Ochalanus pro quadam possessione eorumdem Jacobi et Pauli filiorum Dose, Paagh nuncupate in comitatu Pilisiensi situate habiti et facti resignare deberet,

sed quia in eisdem literis collacio eiusdem domini patris nostri pro alia possessione Pache vocata continebatur. in specie easdem literas restituere nequivit, sed quantum ad eandem possessionem Ochalanus collacio pertinebat. literis in eisdem sopiri commisit et sedari. imo ad eosdem filios Dose totum dominium eiusdem possessionis Ochalanus. quia voluit spontanea voluntate. Datum in Wyssegrad. in octavis beati regis Stephani supradictis. anno domini M° CCC^ta quadragesimo secundo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1508. 37. dipl. lt. 3510. Közli: Kovács N. — Fejér Gy. i. h. IX. 54—55. l., 1342. oct. 1-ről közli I. Lajos királytól az első ismeretes oklevelet.

157.

1342. sept. 3. A vasvári káptalan bizonyítja, hogy a Rumi Dorozló és Rumi Pál fiai között egy részről, más részről pedig az Apátunoka-töttösi nemesek között két ekényi földtér miatt fönforgott vitás ügyben a felek kiegyezése értelmében a határjárást teljesítette.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo notum facimus . . quod Johannes et Gregorius filii Gregorii, Johannes Duruzlaus et Emericus filii Duruzlai de Rwm ab una parte, Johannes filius Pauli, Nicolaus et Romanus filii Kazmeri. Paulus filius Egidii, Andreas Vynchlou et Petheu filii Staphani. Dominicus et Andreas filii Petri, Briccius et Michael filii Myke, Gregorius et Thomas filii Nicolai nobiles de Apathvnukatheteus ab altera ad nostram accedendo presenciam, pecierunt a nobis. . ut unum ex nobis ad metarum erecciones inter eos iuxta continenciam literarum eorumdem nobilium de Apathvnukatheteus duo aratra terre in se continente mittere dignaremur; super qua quidem particula terre litis materia inter eos exorta exstiterat, sopita lite ad pacis unionem devenissent; nos enim peticioni-

bus parcium annuentes, unum ex nobis socium et concanonicum nostrum Nicolaum sacerdotem transmisimus ad premissa exequenda, qui ad nos unacum partibus.. reversus retulit, ut in octavis festi sancti regis Stephani accedendo presentibus partibus et commetaneis eorumdem ac aliis probis viris ipsam terram ad duo aratra sufficientem, sicut litera eorumdem continet, eisdem nobilibus de Apathvnukatheteus a possessione Rvm videlicet villa filiorum Gregorii et Duruzlai, talibus metis separatam et distinctam retulit fuisse, in hunc modum: quod prima meta incipit iuxta magnam viam qua itur de S(ar in Ku)rmend super unum dumum spineum a parte orientis iuxta quem est una meta terrea de novo erecta, deinde super eandem viam tendit versus meridiem, longe eundo pervenit ad duas metas terreas novas que sunt iuxta eandem viam a parte occidentis, abinde procedendo versus occidentem in longitudine unius iugeris pervenit ad aliam viam, et saliendo ipsam viam pervenit ad duas metas terreas de novo erectas, quarum una ad meridiem separat filiis Duruzlai et filiis Gregorii, ad aquilonem nobilibus de Apathvnukatheteus, adhuc ad eandem plagam occidentalem inter terras arabiles super unam limitacionem vulgo Thyuismege dictam longe eundo pervenit ad virgultum ubi sunt due mete terree, adhuc ad eandem plagam occidentalem in eodem virgultu pervenit similiter ad duas metas terreas novas, deinde in modicum declinando se ad partem aquilonem pervenit ad duas metas terreas antiquas, deinde eundo prope arbores iliceas (.....) nobilium de Apathvnukatheteus quarum quidem mete ad partem meridionalem filiis Gregorii et filiis Duruzlai, (ad partem vero aquilonis) nobilibus de Apathvnukatheteus separant et distingunt, ibique terminantur; et sic partes coram nobis comparendo, universas causas eorum quovismodo inter eos motas exortas, tam super possessionibus, exceptis quindecim iugeribus terrarum super quibus iidem nobiles iuramentum deponere habent, ac aliis omnibus ad pacis unionem dixerunt se devenisse et penitus concordasse.. Datum in quindenis festi sancti regis Stephani, anno domini M° CCC° quadragesimo secundo; magistro Andrea preposito, Michaele cantore,

G..... custode, Gregorio decano ecclesie nostre existentibus.

Függő pecsét nyomaival: eredetijét Bátor Géza közölte a Tört. Társulattal.

- - — -

158.

1312. Visegrád, sept. 3. Erzsébet királyné előtt Kathlen asszony, Leuſia Miklós özvegye, szállósi birtokrészét Ugali Pál országbírói ítélőmesternek harminczöt márka dénárért örökül vallja.

Nos Elizabeth.. regina Hungarie.. significamus.. quod nobili domina Kathlen vocata filia Johannis crispi filii Johannis de Egude relicta videlicet Nicolai filii Leu ab una, et magistro Paulo filio comitis Iwanka de Wgal prothonotario.. Pauli iudicis curie.. parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eandem nobilem dominam Kathlen vocatam propositum exstitit.. quod ipsa totalem suam possessionariam porcionem in possessione Zeuleus in comitatu Simigiensi habita ipsam contingentem, que cum domina ava sua matre scilicet patris sui tradita et per consequens in puellarem successionem sibi devoluta et successa foret, cum omnibus suis.. pertinenciis.. predicto magistro Paulo de Wgal pro quinque marcis compoti Budensis plene ab eodem receptis, usque octavas diei medii Quadragesime de novo preteritas mediantibus literis nostris patentibus pro quinque marcis ponderis Budensis pignori obligatam, quia propter suo paupertatis inopiam in ipsis quinque marcis in promtis denariis ab eodem magistro Paulo receptis in termino assumto redimere nequivisset, ideo in additamentum ipsarum quinque marcarum pro triginta marcis promtorum denariorum ab eodem magistro Paulo plenarie receptis vendidisset in filios filiorum suorum.. perpetuo possidendam.. Datum in Wyssegrad, feria tercia proxima post festum beati Egidii confessoris, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst.-ban N. R. A. 587. 3. dipl. lt. 3512. Közli: Kovács S.

159.

1342. sept. 7. A váradi káptalan előtt Ders fia László kiskorú fiai és Dobosi Lőrincz fia Tamás Szatmár vármegyéből, atyjukat Lászlót a Beszterecmonostorhoz tartozó Újfalu Szabolcs vármegyei birtok elidegenítésétől, Gábor fiát Lukácsot pedig annak megszerzésétől tiltják.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis damus pro memoria, quod Andreas Ders circiter octo, Paulus sex, et Petrus quatuor annos habere videntes, filii Ladislai filii Ders, ac Thomas filius Laurencii similiter sexennis de Dabus de comitatu Zothmariensi, ad nostram personaliter accedentes presenciam, nobis proposuerunt per modum protestacionis conquerendo, quod idem Ladislaus pater eorum medietatem dicte possessionis Dabus iure hereditario ipsos contingentis, et quandam aliam possessionem Vyfalu vocatam in comitatu de Zabolch habitam, que ad monasterium eorum sub honore sancti Salvatoris constructum Beztruchmonostora vocatum pertineret, Lucasio filio Gabrielis perpetuare niteretur, in preiudicium ipsorum non modicum et iacturam; unde faciendo protestacionem, prohibuerunt eundem patrem ipsorum a perpetuacione perdicione et quomodolibet alienacione ipsarum possessionum, predictum vero Lucasium a recepcione eiusdem testimonio presenciam coram nobis. Datum in vigilia festi Nativitatis virginis gloriose, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL° secundo.

Zárlatán pecsét töredékeivel: eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 60. dipl. lt. 3513. Közli: Kovács N.

160.

1342. sept. 22. Az egri káptalan bizonyítja, hogy az országbíró ítélete értelmében Biri János fiai Semjén nevü Szatmár vármegyei birtokért a meghatározott váltság összeget ki nem fizetvén, azt a Kállay családbeliek a váltság összeg fejében zálogúl megtartották.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod discretus vir magister David archidiaconus de Zabolch socius et concanonicus noster, Jacobus et Martinus sacerdotes de choro nostro, qui per nos vicesimo secundo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste iam preteriti unacum Michaele dicto Zekul, Petro filio Myke et altero Michaele filio Laurencii hominibus domini regis, mediantibus literis comitis Pauli iudicis curie . . ad videndum quandam divisionem, quam magister Jowan filius Egidii de Kallo et filii Simonis, item Ladislaus filius Michaelis et filii Stephani ac Nicolaus filius alterius Michaelis necnon Thomas et Fabianus filii Johannis de Byri in universis possessionibus ipsorum in dictis literi comitis Pauli nominatis eisdem regiis et nostris hominibus presentibus facere debuissent, pro testimoniis destinati fuerant, unacum eisdem regiis hominibus . . retulerunt isto modo, quod licet prefatus Thomas de Byri quandam possessionem Semyen vocatam in comitatu Zothmariensi existentem cum Fabiano fratre suo ante ipsam divisionem ab eisdem magistro Jowan filio Egidii pro quatuor marcis grossorum in duplo eorum compoti Budensis, et a Johanne dicto Lengen filio ipsius Stephani pro duodecim marcis grossorum compoti Budensis et pro sex marcis, pro qualibet marca quinquaginta grossos computatis redimere, et facta ipsa redemcione in tres partes coequales dividere, cuius unam porcionem postmodum pro se ipsis recipere, secundam predictis magistro Iwan et filiis Simonis, et terciam prelibatis Ladislao Nicolao et filiis Stephani relinquere debuissent; tamen quia iidem Thomas et Fabianus eandem redimere non potuissent, idcirco ipsam terciam porcionem de ipsa possessione Semyen ipsis devolutam pro annotatis debitis, facta estimacione, prenominatis magistro Jowan et Jo-

hanni filio Stephani sub eodem impignoracionis titulo reliquissent possidendam, tamdiu, donec per ipsos Thomam et Fabianum redimi posset ab eisdem magistro Jowan et Johanne pro debitis supradictis. Datum in quindenis Nativitatis beate virginis, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 177. 9. dipl. lt. 3515. Közli: Kovács N.

161.

1342. Visegrád, sept. 23. I. Lajos király felsorolván Mikch tótországi bánnak és fiainak érdemeit, megengedi nekik, hogy a lengyel és ruthén határszélen Sáros vármegyében, azon a hegyen melyet Újfalu, Lythene, Karakow, Sztratina és Kékmező birtokok között I. Károly király adományából bírnak, az eddigi fából készült várat kőből építhessék föl.

Nos Lodovicus .. rex .. significamus .. quod .. Mykch banus tocius Sclavonie .. unacum magistris Stephano Akus et Ladislao aule nostre militibus, ac Lorando et Nicolao filiis suis .. ad nostre serenitatis accedentes presenciam, eorum fidelitatibus et meritoriis obsequiis, primum .. Karolo .. regi .. et demum maiestati nostre summa recommendacione impensis singula suo modo enarrando, nostram revocatis in memoriam, humiliter nostram flagitarunt excellenciam, ut ipsis in quodam monte in medio quarumdam possessionum eorum, Wyfalu Lythene Karakow Strathyna et Keykmezew vocatarum ac ad easdem pertinencium in comitatu de Sarus in vicinitate et commetaneitate confiniorum Polonie et Ruthenie regnorum adiacencium et existencium eidemque monti circumadiacencium, per memoratum dominum Karolum patrem nostrum pro eorum continuis et indefessis laboriosis serviciis, specialiter pro morte magistri Ladislai filii Pauli fratris scilicet domine consortis dicti domini bani, quondam prenominati patris nostri familiaris et aule eiusdem iuvenis, per Budun filium Georgii de Gyurke, item Dionisium, Donch, Johannem, Georgium, Matheum, Michaelem, Nicolaum et Ladislaum filios suos, famulos

quondam Mathei dicti de Trinchinio, sacre regie corone et regni notorii infidelis damnate memorie, pro observanda dicto patri nostro fidelitate, ipso dire mortis supplicio exponere non verenti, miserabili cruciamine interemti ut refertur, pro eo eciam, quod idem dominus banus Petrum filium Petenye notorium infidelem predicti domini Karoli patris nostri et regni Hungarie nacionis, qui in acrissimis infidelitatibus continue procedendo et in quibusdam castris eiusdem patris nostri tamquam insaciabilis bestia in irrogacione malorum factorum et indicibilium spoliacionum ac devastacionum possessionum et bonorum regnicolarum regni Hungarie, ubi a tempore regiminis sanctissimorum regum Hungarie, prefatique patris nostri incipiens, usque adepcionem et sublimacionem nostram, ipsum Hungarice nacionis regnum pacis pulchritudine viguit, non cessavit, de castris predictis contra voluntatem dicti patris nostri per ipsum servatis, viriliter expugnando eiecit, et licet ipsum solum fortuna sibi comitante captivare nequierit, tamen quendam filium suum captivitatis vinculo ipsi patri nostro dicitur duxisse mancipatum, eisdem perpetuo datarum et donatarum, in quo nunc ligneum castrum per ipsos foret fabricatum et edificatum, castrum tamen opere murali fabricandi construendi et edificandi facultatem, quanto solidius et forcius possent, pro defendendis et evitandis dum expediens fuerit, personarum iurium et bonorum ipsorum periculis, de benignitate regia prebere dignaremur. Nos igitur qui ex innata regie benignitatis gracia cunctorum fideliter obsequencium merita precara animo metiri debemus pietatis et eorum precibus iustis et condignis aures exaudibiles prebere tenemur, tum pro preclaris serviciorum meritis eorumdem domini bani et filiorum suorum, ac ipsorum sinceris complacenciis circumspectis et consideratis, quibus iidem in cunctis sepedicti patris nostri et nostris ac regni nostri negociis et agendis, et specialiter in conservacione predicti banatus ab evo ipsorum iuventutis tempore, cum effusione sui sanguinis et nece quamplurimorum proximorum et servientum suorum, se et sua pro attollencia regii culminis et honoris diversis fortune casibus exponere minime perhorrescentes studuerunt complacere et se erga regiam maiestatem efficere graciosos et acceptos, tum eciam pro maiori et cer-

ciori tuicione ac defensione confiniorum regni nostri circa confinia dictorum regnorum Polonie et Ruthenie constitutorum, volentes ex animo diligenti et solerti cura, eorum voto satisfacere regio cum favore et eorum utilitati ac commodo fructuosoque statui providere, ut alii eorum exemplo inducti ad similia fidelitatis opera diligencius incitentur, ad prefatam dicti domini bani et filiorum suorum predictorum devotam supplicacionem, ex speciali regie benignitatis annuencia duximus concedendum, ut in dicto monte in medio memoratarum possessionum suarum ac ad easdem pertinencium adiacenti, castrum operibus muralibus municionibus et eciam meniatis spectaculis ac turrium structuris, construendi edificandi et circumvallandi plenam ex presenti nostra annuencia habeant potestatem dictus dominus banus et filii sui memorati . . Datum in Wyssegrad, feria secunda proxima post festum beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini M° CCC° XL^mo secundo.

Hátlapjáról a rányomott nagy kerék pecsét letöredezett; helyén és az oklevél alsó szélén »relacio Nicolai filii Geleti« szavak olvashatók; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 611. 41. dipl. lt. 3517. Közli: Kovács N.

162.

1342. Visegrád, sept. 26. Pál országbíró előtt Kis-Azari Mihály fia Miklós, Szécsi Detre fiával Pap Istvánnal, ki a nevezett Miklós testvérének Simonnak megölésével vádoltatott, hetven márkában kibékül.

Nos comes Paulus iudex curie .. memorie commendamus, quod Nicolaus filius Michaelis de Kysazar de comitatu de Zemplen, ad nostram . . accedens presenciam, contra Stephanum dictum Pop filium Detrici de Zeech personaliter adherentem, in figura nostri iudicii voce querulosa acclamarat eo modo, quod idem Stephanus dictus Pop audita fama obitus .. Karoli quondam regis . . feria quarta proxima post festum beate Marie Magdalene proxime preteritum ad possessionem suam Ruzka vocatam in dicto comitatu de Zemplin existentem potencialiter veniendo, Simonem fratrem suum uterinum cum

quo ipse in suis possessionibus indivisus exstitisset, apud domum suam propriam dimembrando interfecisset, lite pendente inter ipsos; in cuius contrarium idem Stephanus dictus Pop se in omnibus premissis obieccionibus innocentem fore et immunem allegando, super hoc signum duelli de propria persona sua proprie persone eiusdem Nicolai filii Michaelis porrigendo, se in certamen duelli instantissime iudicari postulabat cum eodem; sed quia idem Nicolaus filius Michaelis ipsum certamen duelli assummere recusans, premissam suam obieccionem universis nobilibus et innobilibus comitatuum Zemplin Wyuar et de Ungh evidenter constare asserebat, et premissam suam assercionem per inquisicionem dictorum trium comitatuum se probaturum asserebat, regalisque celsitudo in quibuslibet comitatibus regni sui congregaciones generales celebrari et universos predatores raptores fures latrones et potencialium factorum illatores ac quavis nociturnitatis arte suos victus querentes registrari, et registratos ad octavas festi Nativitatis beate virginis tunc venturas sue regie celsitudini reportari facere precepisse dinoscebatur, ob hoc discussionem et finalem decisionem dicte cause ad ipsas octavas festi nativitatis beate virginis duxeramus prorogandam, eo modo, ut de omnibus premissis predictus dominus rex medio tempore sciscitaretur, predicte autem partes propriis earum in personis medio tempore in curia regia stare et se omni die semel domino episcopo Sirimiensi comiti capelle regie, et vice nostre persone comiti Deseu de Pok viceiudici, ac magistro Paulo de Wgal prothonotario nostris presentare tenerentur; tandem ipsis octavis Nativitatis beate virginis occurrentibus, eedem partes propriis earum in personis ad nostram accedentes presenciam, in dicta causa ad pacis reformacionem se per nos admitti postularunt; et cum nos easdem partes ad ipsius pacis reformacionem admisissemus, demum ipse partes vice iterata ad nostram redeuntes presenciam, se in premissa (. . . . . .) fore asserentes, literas patentes predicti domini Lodovici . . regis . . nobis presentarunt continentes, quod idem Nicolaus filius Michaelis de Kysazar pro se personaliter et pro Laurencio fratre suo ab una, item Stephanus filius Detrici de Zech personaliter parte ex altera coram dicto domino rege comparendo, exstitissent

confessi . . quod cum idem Nicolaus Simonem fratrem suum feria quarta proxima post festum beate Marie Magdalene nunc preteritum per predictum Stephanum in possessione sua Ruzka vocata mutilatum et interemtum fuisse ipsi domino regi querulose propalasset, et causa parcium inquisicioni hominum comprovincialium per ipsum dominum regem commissa exstitisset, tandem antequam ipsa inquisicio facta fuisset, ex speciali licencia ipsius domini regis et domine regine matris sue charissime permissione, componentibus baronibus et nobilibus regni, taliter inter se concordassent, ut idem Stephanus predictis Nicolao et Laurencio septuaginta marcas compoti Cassensis partim in denariis pro(nunc) currentibus, partim vero in panno denarios valenti, in tribus terminis, videlicet viginti tres marcas in octavis festi Omnium Sanctorum, et alias viginti tres marcas in octavis Epiphanie, ac viginti quatuor marcas in octavis beati Georgii martiris nunc post se sequentibus, in capitulo ecclesie Scepsiensis solvere teneretur, tali vinculo mediante, ut si primam solucionem non faceret, in iudicio, si secundam omitteret in duplo, et si terciam solucionem negligeret facere, in succubitu duelli facti potencialis convinceretur eo facto contra ipsos; ita eciam, quod si ipsa solucio plenarie fieret, tunc tercio die dicti ultimi termini solucionis idem Nicolaus prefatum Laurencium et filium Simonis fratris sui prenotati, videlicet Jacobum, item Petrum filium Michaelis de Kysazar ac dominam relictam eiusdem Simonis vel eorum legitimos procuratores in dicto capitulo Scepsiensi statuere et eidem Stephano ac ad eundem spectantibus literas expeditorias super predicti Simonis morte et huiusmodi composicione per eosdem dari facere teneretur, quod si facere negligeret, tunc receptam pecuniam ipsi Stephano reddere deberet et prefatus Stephanus ad eumque pertinentes in dicta causa expediti haberentur; preterea idem Stephanus filius Detrici terciam partem triginta marcarum, in quibus idem Nicolaus contra eundem Stephanum in octavis beati Jacobi apostoli nunc preteritis coram nobis convictus fuisset, eidem Nicolao relaxasset, ab illa tercia parte triginta marcarum dictum Nicolaum expediendo; ceterum eedem partes universas literas . . super omnibus controversiis causis ac discordiis iam omnino sopitis ema-

quo ipse in suis possessionibus ho
mum suam propriam dimembrand
inter ipsos; in cuius contrarium
se in omnibus premissis obieccioni
munem allegando, super hoc signum
sua proprie persone eiusdem Nicola
se in certamen duelli instantissim
eodem; sed quia idem Nicolaus fili
men duelli assummere recusans, pre
universis nobilibus et innobilibus com
et de Ungh evidenter constare asser
asserciones per inquisicionem dictor
probaturum asserebat, regalisque ce
comitatibus regni sui congregaciones
universos predatores raptores fures la
factorum illatores ac quavis nocturn
querentes registrari, et registratos ad o
beate virginis tunc venturas sue regie
facere precepisse dinoscebatur, ob hoc di
decisionem dicte cause ad ipsas octavas
virginis duxeramus prorogandam, eo mod
missis predictus dominus rex medio te
predicte autem partes propriis earum in p
pore in curia regia stare et se omni die se
Sirimiensi comiti capelle regie, et vice no
Deseu de Pok viceiudici, ac magistro Paul
notario nostris presentare tenerentur; ta
Nativitatis beate virginis occurrentibus, ead
earum in personis ad nostram accedentes
causa ad pacis reformacion
et cum nos easdem part
misissemus, demum
tes presenciam
literas pat
presento
de K
una
ex

confessi . . quod cum idem Nicolaus Simonem fratrem suum feria quarta proxima post festum beate Marie Magdalene nunc preteritum per predictum Stephanum in possessione sua Ruzka vocata mutilatum et interemtum fuisse ipsi domino regi querulose propalasset, et causa parcium inquisicioni hominum comprovincialium per ipsum dominum regem commissa exstitisset, tandem antequam ipsa inquisicio facta fuisset, ex speciali licencia ipsius domini regis et domine regine matris sue charissime permissione, componentibus baronibus et nobilibus regni, taliter inter se concordassent, ut idem Stephanus predictis Nicolao et Laurencio septuaginta marcas compoti Cassensis partim in denariis pro(nunc) currentibus, partim vero in panno denarios valenti, in tribus terminis, videlicet viginti tres marcas in octavis festi Omnium Sanctorum, et alias viginti tres marcas in octavis Epiphanie, ac viginti quatuor marcas in octavis beati Georgii martiris nunc post se sequentibus, in capitulo ecclesie Scepsiensis solvere teneretur, tali vinculo mediante, ut si primam solucionem non faceret, in iudicio, si secundam omitteret in duplo, et si terciam solucionem negligeret facere, in succubitu duelli facti potencialis convinceretur eo facto contra ipsos; ita eciam, quod si ipsa solucio plenarie fieret, tunc tercio die dicti ultimi termini solucionis idem Nicolaus prefatum Laurencium et filium Simonis fratris sui prenotati, videlicet Jacobum, item Petrum filium Michaelis de Kysazar ac dominam relictam eiusdem Simonis vel eorum legitimos procuratores in dicto capitulo Scepsiensi statuere et eidem Stephano ac ad eundem spectantibus literas expeditorias super predicti Simonis morte et huiusmodi composicione per eosdem dari facere teneretur, quod si facere negligeret, tunc receptam pecuniam ipsi Stephano reddere deberet et prefatus Stephanus ad eumque pertinentes in dicta causa expediti haberentur; preterea idem Stephanus filius Detrici terciam partem triginta marcarum, in quibus idem Nicolaus contra eundem Stephanum in octavis beati Jacobi apostoli nunc preteritis coram nobis convictus fuisset, eidem Nicolao relaxasset, ab illa tercia parte triginta marcarum dictum Nicolaum expediendo; ceterum eedem partes universas literas . . super omnibus controversiis causis ac discordiis iam omnino sopitis ema-

Nicolaum filium Ladizlai de Chitnek feria secunda proxima ante festum Demetrii martiris habebat coram nobis, voluntate parcium, si medio tempore concordare non poterunt, ad quindenas diei annotati partibus duximus coram nobis comparendis ad plenam responsionem faciendam. Datum in villa Gumur. termino antedicto, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Papíron, zárlatán két pecsét töredékeivel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 61. dipl. lt. 3521. Közli : Kovács N.

166.

1342. oct. 31. A nagy-váradi convent előtt' Karászi László Békásmegyer nevü birtokát Pest vármegyében, István kir. jegyzőnek 15. márkáért eladja.

Joannes prepositus et conventus monasterii sancti Stephani prothomartiris de promonthorio Waradiensi . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Ladislaus filius Alexandri dicti de Karaz nunc de Solmus et de Sc . . . tim coram nobis personaliter constitutus, fassus exstitit . . quod porcionem suam possessionariam in possessione Bekasmeger iuxta Veterem Budam in comitatu Pestiensi existenti habitam, cum omnibus . . sessionibus in eadem villa Bekasmeger existentibus, magistro Stephano speciali notario domini nostri regis sigilli annularis, dudum iam pignori obligatam, eidem magistro Stephano pro quindecim marcis, quas cum florenis se plenarie recepisse dixit ab eodem . . coram nobis . . vendidit . . iure perpetuo . . sibi et per eum suis heredibus . . possidendam . . Datum feria quinta proxima ante festum Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XL^mo secundo.

A pecsét sárga és zöld selyem-sodraton függ ; alól chyrographum rajta ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Vet. Bud. 14. 10. dipl. lt. 3524. Közli : Kovács N.

167.

1342. Nagy-Tapolcsán, nov. 2. Miklós nádor a Trencsén és Nyitra vármegyék részéről tartott közgyülésen, Orlochi László özvegyének férje birtokából Mikolai András által történt kizáratása dolgában, a feleket új határnapra maga elé idézi.

Nos Nicolaus palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium Nitriensis et Trinchiniensis comitatuum vigore literarum regalium proclamata, feria quinta proxima ante festum Omnium Sanctorum prope civitatem Tapulchan vocatam celebrata, nobilis domina relicta Ladislai filii Christofori de Orloch.. proposuit eo modo, quod Andreas filius Petri de Mykola in festo beati Galli confessoris proxime preterito, mortuo ipso Ladislao marito suo, de possessione sua Orloch vocata antedictam potencialiter exlusisset, cuius exclusionis racionem scire vellet ab eodem; quo audito Mylych filius Petri pro ipso Andrea filio Petri .. exsurgendo, eundem Andream filium Petri evidencia instrumenta super ipsa possessione Orloch confecta habere allegavit, ad quorum exhibicionem terminum a nobis sibi assignari postulavit; nos igitur auditis parcium proposicionibus iudicantes commisimus, quod ipse Andreas filius Petri dicta sua instrumenta in octavis diei Strennarum nunc venturis, contra eandem dominam exhibere teneatur coram nobis, ut visis ipsorum instrumentorum tenoribus, iusticie facere valeamus complementum inter partes, equitate suadente. Datum tercio die congregacionis nostre et loco memoratis, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 777. 10. dipl. lt. 3525. Közli: Kovács N.

168.

1342. Pozsony, nov. 10. Miklós nádor Bazini és Szentgyörgyi Péternek és Sebesnek váraik és birtokaik felosztása dolgában új határnapot tüz ki.

Nos Nicolaus palatinus et iudex comanorum.. significamus..quod cum iuxta formam deliberate composicionis per prelatos et regni barones inter magistros Sebus et Petrum filios Abrahe de Bozyn super possessionariis divisionibus inter ipsos fiendis, secundum continenciam literarum patencium.. Karoli quondam regis.. ordinate, iidem magistri Sebus et Petrus acceptis hominibus regie maiestatis in eisdem patentibus literis regalibus nominatim insertis, sub testimoniis capituli Jauriensis ecclesie idoneis, in superficie castrorum possessionum villarum oppidorum terrarum ac universorum iurium necnon proventuum et pertinenciarum earumdem, in octavis festi beati Egidii abbatis et confessoris propriis in personis accedendo, in duas dividere partes coequales, eo moderamine mediante, quod ipse magister Sebus possessiones et possessionarias porciones per ipsum solum quoquomodo et qualicunque titulo alienis manibus applicatas et alienatas reducere et in ipsam divisionem reportare et revocare teneretur, ad porcionem suam si eas aut aliquas earum reducere nequisset assummendo, debuissent, ipsisque octavis festi beati Egidii confessoris advenientibus, et prefatis filiis Abrahe ad ipsas possessionarias divisiones personaliter accedentibus, prout litere predicti capituli Jauriensis plenius declarabant, Dionisius magnus homo regius unacum magistro Johanne archidiacono testimonio iam dicti capituli ad id transmisso per eundem magistrum Sebus, item Matheus de Kapulna similiter homo domini nostri regis simul cum magistro Nicolao notario canonico prefate Jauriensis ecclesie per dictum magistrum Petrum adducti, in facie eorumdem castrorum et possessionum ac aliorum inter eosdem magistros Sebus et Petrum dividendorum comparendo, castrum Bozyn vocatum cum suis pertinenciis et iuribus ad ipsum castrum pertinentibus, ubi ipse magister Sebus continuam residenciam faciebat, eidem magistro Sebus

committere, prelibato vero magistro Petro fratri suo castrum Scengurgh cum suis pertinenciis.. perpetuo.. relinquere possidenda decrevissent, ipse magister Sebus in eadem possessionaria divisione castrum Bozyn cum suis pertinenciis.. eidem fratri suo perpetuo modo divisionario relinquere, castrum vero Scengurgh similiter cum suis attinenciis.. pro se reservare voluisset.. ipse vero magister Petrus tenoribus predictarum patencium literarum regalium contraire se nolle asserens, eo quod possessio Sumbergh nominata ad prescriptum castrum pertinens per ipsum magistrum Sebus pignori obligata ac nondum redemta extitisset ab impignoracione prenotata, assummere recusasset; licet tamen pretactus magister Sebus pro termino redemcionis eiusdem possessionis Sumbergh assummere octavas beati Michaelis archangeli voluerit, ex eoque quia inter sepedictos magistros Sebus et Petrum super facto divisionis equacie et privilegiorum exhibicionibus altercatorie dissensionis materia suborta exstitisset, (ideo) ipsa possessionaria divisio fieri nequivisset inter partes; tandem dum nos pro celebrandis congregacionibus pro compescendis malefactoribus Posonii adessemus, prescripti magistri Sebus et Petrus corda conciliantes turbata, ut cuiuslibet dissensionis materia.. de medio ipsorum sopiretur.. ad nostram accedentes presenciam, nostre et nobilium nobiscum considencium concordiali ordinacioni se submiserunt.. eo modo, quod magister Sebus quaslibet possessiones et possessionum porciones per se alienatas quibuslibet, revocare reducere et rehabere usque octavas festi beati Georgii martiris nunc venturas tenebitur, prout ex vigore predictarum literarum regalium composicionalium id facere tenebatur; rehabitis autem et reductis ipsis alienatis possessionibus, predicta castra villas possessiones predia oppida et alia quevis iura presentibus hominibus regiis in prescriptis literis regalibus nominatis sub testimoniis capituli Jauriensis predicti, in iam nominatis octavis festi beati Georgii martiris iuxta premissam formam composicionariam literarum regalium predictarum in duas dividerent partes coequales, quarum medietates idem magister Sebus heredum suorum per heredes, residuam vero partem prememoratus magister Petrus similiter heredum suorum per heredes per-

petua indissolubilitate possidebunt; si autem pretactus magister Sebus ipsas alienatas possessiones vel aliquam earum rehabere recuperare usque ipsas octavas non valeret, extunc ipse alienate possessiones in suam pertinere et cedere deberent porcionem, et in contrarium ipsarum alienatarum possessionum de porcione sua in divisione sibi tunc cessa similes . . ac equivalentes eidem magistro Petro fratri suo dare et assignare teneretur; omnia autem in predictis patentibus literis regalibus inserta per singulos suos articulos absque diminucione et immutacione conservabunt . . ad quam quidem possessionariam reambulacionem idonea memorati capituli Jauriensis testimonia hominibus regie maiestatis per partes adducendis per ipsum capitulum adiungi tenore presencium postulamus . . Datum Posonii, die dominico proximo ante festum beati Martini confessoris, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 331. 35. dipl, lt. 3526. Közli: Kovács N.

169.

1342. nov. 12. Az esztergomi káptalan a teljesített vizsgálat után I. Lajos királynak jelenti, hogy Baracskán azon birtokrész, melyet Bende fia Iván magáénak tartott, ember emlékezete óta Pál fiainak, Istvánnak és Miklósnak tulajdonát képezte.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Strigoniensis . . noverit vestra excellencia, quod nos literis . . Pauli iudicis curie vestre . . receptis, cum Bese filio Bese pro parte Stephani et Nicolai filiorum Pauli, item Beke filio Johannis de Tayna pro parte filii Bende in eisdem literis continentibus hominibus vestris misissemus magistrum Jacobum concanonicum nostrum et Nicolaum sacerdotem chori nostri pro testimoniis ad . . inquirendum veritatem super eo, si Iwan filius Bende in possessione Kysbarackha vocata fuerit porcionatus et in dicta possessione dictus Bende pater suus in loco sessionali residenciam habuisset nec ne, aut ipse locus sessionalis quem nunc

idem Iwan titulo sui iuris ab eisdem filiis Pauli requirit cum terris arabilibus, ad eosdem filios Pauli pertinere dinoscatur . . qui quidem homines vestri et nostri ad nos redeuntes nobis taliter retulerunt, quod iuxta continenciam literarum ipsius comitis Pauli iudiciariarum in octavis Omnium Sanctorum proxime preteritis ad faciem memorate possessionis Barakcha accessissent, et predictus Iwan per Nicolaum filium Jacobi procuratorem cause sue ex vicinis et commetancis eiusdem possessionis Barakcha et specialiter illius possessionis quam ipse Iwan suam esse asserit, Stephanum filium Vgud de Vgudhaza, Laurencium de Barakcha, item Thomam filium Iwanka et Nicolaum ac Stephanum filios Jacobi de Barakcha et alios numero triginta nobiles, item quadraginta communes homines pro testimoniis adductos, in facie memorate possessionis statuisset, qui ad eorum consciencium attestati exstitissent quod ipsa sessio litigiosa per ipsum Iwan filium Bende in causam deducta ipsius Bende fuisset et ad ipsum legitimo iure pertinuisset et nunc ad eundem Iwan eodem iure pertineret; item in eodem termino predicti filii Pauli, Iwanka et Thomam de Pel, Andream et Ladislaum de Kywrth, Johannem et Dominicum filios Iwan et Paulum filium Vgad nobiles de Vgadhaza et alios nobiles numero nonaginta, ac tredecim sacerdotes, item communes homines centum et quatuordecim in facie eiusdem possessionis commetaneos et vicinos statuissent, qui ad eorum consciencium per homines vestros requisiti testificati in hunc modum exstitissent, quod ab eo tempore quo memorie eorum existare potuisset, predicta sessio litigiosa cum terris arabilibus per dictum Iwan ut in causam ut premittitur iam deducta, ipsorum filiorum Pauli fuisset et semper ad partem ipsorum Stephani et Nicolai et ad ipsos pertinuisset et nunquam ad alios pertinuisse percepissent. Datum in crastino festi beati Martini confessoris, anno domini M° CCC° XL^mo secundo.

Papíron, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Tagányi Károly.

170.

1342. Eger, nov. 13. János borsodi főesperes és püspöki vicarius előtt, Szikszai Marhárd unokája Péter, Kendi Pós fiát és unokáit az ezek nagyanyja a nevezett Marhárd leánya után járó leánynegyedi illetőség felére nézve hatvan márkával kielégíti.

Nos magister Johannes archidiaconus Borsodiensis vicariusque . . N(icolai) . . episcopi Agriensis in spiritualibus generalis significamus . . quod magistro Leukus filio Pous de Kendi personaliter, et pro Ladislao Jacobo et Herke filiis Michaelis filii eiusdem Pous Jacobus niger filius Dominici famulus et procurator eorumdem . . ex una, et Stephano filio Pauli de Vatha seruiente et procuratore magistri Petri filii Emerici filii Marhardi de Zekzou pro eodem domino suo parte ab altera coram nobis . . constitutis, per eosdem magistrum Leukus et Jacobum nigrum . . propositum exstitit . . quod super omnibus causis et articulis eorumdem, quas idem magister Leukus racione dimidietatis quarte filialis quondam nobilis domine avie sue tunc filie eiusdem Morhardi contra eundem magistrum Petrum filium Emerici nepotem dicti Marhardi iudiciario ordine movisset usquemodo, et de universis possessionibus possessionariis predicti Marhardi, ad quas ipse Petrus titulo successorio successisset, coram eodem domino episcopo et nobis requisivit, idem magister Petrus iuxta arbitrium . . virorum nobilium facta pecuniaria solucione sexaginta marcarum compoti Cassensis ipsis omnimodam . . fecisset . . satisfaccionem, et annotati magister Leukus ac Jacobus niger in persona eorumdem dominorum suorum super dicta pecuniaria solucione contenti, eundem magistrum Petrum et suos heredes super eadem dimidietate ipsius quarte filialis scilicet iure ipsorum . . reliquissent . . expeditos . . Datum Agrie, in festo Briccii confessoris, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} secundo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. os. N. R. A. 1586. 62. dipl. lt. 3527. Közli: Kovács N.

171.

1342. Visegrád, nov. 17. Miklós nádor a Csetneki Miklós, Bebek Domokos fia, és Széki Benedek fiai által Krasznahorka és Berzéthe várak s tartozmányaik miatt Gömöri Bathyz fia Miklós fiai- és ezek által amazok ellen folyamatba tett pereket elhalasztja.

Nos Nicolaus palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod causam quam Nicolaus filius Benedicti filii Detrici de Chethnuk, pro quo Paulus filius Galli de Cholta .. item Georgius Stephanus Nicolaus et Dominicus filii Dominici dicti Bubek, ex quibus idem Stephanus personaliter pro se, pro Georgio autem Nicolao et Dominico fratribus suis cum procuratoriis literis .. item Johannes et Petrus filii dicti Benedicti, pro quibus Nicolaus de Zeky .. comparuerunt, contra magistrum Jacobum et Johannem filios Nicolai filii Bathyz de Gumur, pro quibus Cykou filius Joseph .. astitit, super facto castrorum Berzethe et Craznahorka vocatorum et villarum ac possessionum Berezete, Zalouchaza, Keurus et Rachunchas, Rudna, Apachapataka et Huzyureth vocatarum ad eadem castrum et possessionem Berzete vocatam pertinencium in comitatu Gumuriensi habitorum, item causam, quam predicti Jacobus et Johannes filii Nicolai filii Bathyz, pro quibus idem Cykou .. aderat, contra Johannem et Petrum filios Benedicti, pro quibus sepedictus Nicolaus de Zeky .. comparuit, item Stephanum Georgium Nicolaum et Dominicum filios Dominici dicti Bubek pretaxatos, ex quibus idem Stephanus pro se similiter personaliter pro iam dictis vero Georgio Nicolao et Dominico suis fratribus cum procuratoriis literis .. astitit, iuxta continenciam literarum .. Wyllermi palatini super facto expedicionis in octavis festi Omnium Sanctorum coram nobis movere habebant, ad peticionem .. Chanadini archiepiscopi Strigoniensis et Thome magistri thawarnicorum domini regis ad octavas festi Epiphaniarum domini proxime affuturas duximus eo modo prorogandam, quod si usque octavas prenotatas prelati et barones ac nobiles regni in eisdem literis Wyllermi palatini contenti iuxta formam et tenorem literarum eiusdem Wyllermi palatini et earumdem parcium

quorumlibet instrumentorum inter partes supradictas . . arbitrarie composicionis pacem et concordiam facere valerent, extunc in eisdem octavis eedem partes pacem nobis recitare, si vero (iidem) prelati et barones inter easdem partes arbitrium et (concord)iam facere non valerent, extunc iuxta formam earumdem literarum ipsius Wyllermi palatini et parcium quorumlibet instrumentorum iudicium . . assumturi coram nobis comparere tenebuntur. Datum in Wyssegrad, decimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo secundo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1547. 83. dipl. lt. 3529. Közli : Kovács N.

172.

1342. Visegrád, dec. 3. Miklós nádor Bachkai András fiát, a Máté és Tamás fiaitól jogtalanúl elfoglalt Maráza nevü Zemplén vármegyei birtok és halászó helyek kétszázhetvenhat márkányi értékének megfizetésére kötelezi.

Nos Nicolaus palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod cum in octavis festi beati Martini confessoris unacum baronibus et nobilibus regni universorum causancium iudiciarios processus seu lites debite sue deliberacionis examine discuteremus, inter ceteros causidicos Nicolaus filius Mathei pro se personaliter, pro Ladislao vero fratre suo carnali et Dominico filio Thome cum procuratoriis literis .. ab una, item magister Nicolaus de Bachka pro magistro Ladislao filio Andree ab eadem Bachka fratre suo .. ex altera ad nostram accedentes presenciam, nobis plurimas literas .. Willermi Drugeth quondam palatini .. formam iudicii sui continentes et .. capitulorum Waradiensis et Scepesiensis ecclesiarum diversos processus litigionarios continentes presentarunt, in quibus reperimus expresse contineri, quod cum prefatus Ladislaus filius Andree de Bachka eosdem Nicolaum et Ladislaum filios Mathei ac Dominicum filium Thome super facto possessionis Maraza vocate in comitatu de Zemlen existentis ad presenciam ipsius palatini in causam attraxisset, et examinatis utrarumque par-

cium instrumentis et in ipso negocio emanatis et examine iudiciario demonstratis, pretacti Nicolaus et Ladislaus filii Mathei nomine iuris ipsorum hereditarii in presencia eiusdem palatini obtinuissent eandem sibi perpetuo debere pertinere, prescriptum vero Ladislaum filium Andree perpetuo silencio super hoc sibi imposito, pro indebita ipsius possessionis acquisicione in valore et eiusdem possessionis estimacione convictum fore commisisset, ad ipsiusque possessionis estimacionem Luchachium magistrum dapiferorum suorum ipse palatinus scribendo capitulo Waradiensis ecclesie sub testimonio eorum in quindenis festi beati Georgii martiris . . iuxta suas veteres metas et antiquas reambulando . . contradiccione eiusdem Ladislai filii Andree obstare non valente, visa eiusdem possessionis Maraza qualitate quantitate utilitate et valore, faciendam transmisisset, idem Lukachius homo domini palatini in predictis quindenis festi beati Georgii martiris ad faciem prenominate possessionis Maraza, presentibus . . Johanne et Georgio sacerdotibus per ipsum Waradiense capitulum pro testimonio datis accedendo, legitimis convocacionibus vicinorum et commetaneorum suorum factis reambulasset, factaque eiusdem possessionis reambulacione, quia Gregorius filius Dionisii quandam particulam terre ex eadem possessione Maraza titulo iuris sibi debentem pertinere prohibuisset, pro eo eandem Maraza estimare nequivisset, sed ipsam possessionem Maraza tam in sua parte prohibita quam eciam non prohibita, per metas prout litere dicti capituli Waradiensis ecclesie exprimebant reambulasset; quarum metarum cursus eedem litere capituli ecclesie Waradiensis cursuatim in se continebant; sicque seriem premissi processus ipsum capitulum ad quindenas predictarum quindenarum festi beati Georgii martiris in eorum literis rescripsissent domino palatino prenotato; ipse denique palatinus considerans eandem possessionem Maraza estimacione carere non posse, eo quod absque ipsius estimacione valor eiusdem cognosci non posset et absque cognicione sui valoris iusticiam inter partes exhibere non valeret, scribens . . capitulo Scepsiensi eandem possessionem Maraza iuxta cursus metarum in dictis literis capituli Waradiensis contentarum . . reambulandam et regali mensura mensurandam per Andream

filium Andronici et Johannem filium Aba de Abahaza homines suos sub testimoniis eiusdem Scepsiensis ecclesie capituli in festo beati Martini confessoris proxime preterito estimandam decrevisset; predicti itaque Andreas filius Andronici et Johannes filius Aba de Abahaza homines dicti palatini per utrasque partes ad premissa peragenda adducti, prout ex tenoribus literarum prescripti capituli Scepsiensis rescripcionalium informabamur, presentibus . . magistris Thoma dicto de Zagrabia et Demetrio de Heusy canonicis ipsius ecclesie Scepsiensis per ipsum capitulum partibus in testimonio concessis, in predicto festo beati Martini confessoris ad prememoratam possessionem Maraza, vicinorum et commetaneorum suorum convocacionibus factis accedentes, eandem iuxta formam iudiciariam dicti palatini eisdem impositam per metas in dictis ecclesie Waradiensis capituli literis contentas reambulassent, sed propter aquarum inundaciones mensurare nequivissent regali cum mensura, visu tamen considerando ipsam pacificam terram ad duo aratra sufficere posse agnoscentes in sex marcis visa sua utilitate estimassent; locum autem piscature mortue piscine, quatuor thanyas et dimidiam in se habentem, diligenti inquisicione ab incolis ipsius possessionis et aliis vicinis et commetaneis prehabita et investigata, ipsius piscacionis utilitatem exercentibus ac ipsa piscacione mortue piscine utentibus diligenter sciscitantes, ad viginti septem marcas annuatim lucrum eiusdem et valorem valere estimassent; quandam eciam clausuram zege vulgariter vocatam ac tres clausuras in tribus alveis de Tycia derivatis in eadem possessione Maraza inve-nientes propter earum inutilitatem et infructuositatem esti-mare noluissent; particulam autem terre litigiose ad tria aratra sufficientem considerassent et ad novem marcas estimassent, et pi-scinas in ipsa particula terre habitas ad duas marcas estimassent. Quarum quidem literarum reambulatoriarum mensuratoriarum et estimatoriarum visis tenoribus partibusque seriatim expli-catis, prememoratus Nicolaus filius Mathei suo et Ladisla fratris sui ac Dominici filii Thome nomine iuxta earumden literarum continenciam et iudiciariam deliberacionem sepiu nominati Willermi palatini iusticiam sibi dari . . postulavit. Verum quia prememorata particula terre possessionis Maraz-

pacifice et absque quorumlibet contradiccione ipsis filiis Mathei ac Dominico filio Thome per ipsius Willermi palatini examen iudiciarium statuta considerative ad duo aratra in sex marcis, et predicta mortua piscina ac quatuor tanye et dimidia annuatim ad viginti septem marcas valore per prenominatos homines prelibati Willermi palatini et homines capituli Scepsiensis antedicti in testimonium partibus datos et deputatos in tenoribus predictarum literarum rescripcionalium .. absque parcium predictarum contradiccione estimate fuisse reperiebantur, et partes ipsius concordialis estimacionis seriem in una forma et in uno sensu in prescriptis capituli Scepsiensis literis nobis reportarant, quia possessio seu terra absque aliquo labore et expensa proventus unam marcam annuatim habens in decem marcis estimanda fore iuxta regni approbatissimam consvetudinem dinoscatur, et prelibata mortua piscina ac ipse quatuor tanye et dimidia annuatim viginti septem marcarum proventus habere per formam premisse estimacionis comprobantur, pro eo iam dictam mortuam piscinam et quatuor tanias ac dimidiam ad ipsas viginti septem marcas annuatim proventus habere estimatas ad ducentas et septuaginta marcas unacum baronibus et nobilibus regni ex premissa approbatissima consvetudinaria regni lege requirente estimantes, adiudicando commisimus, quod pretactus Ladislaus filius Andree ipsas ducentas et septuaginta marcas cum eisdem sex marcis valore predictorum duorum aratrorum terre, estimacione videlicet prememorate possessionis Maraza, quam idem Ladislaus ab ipsis filiis Mathei et Dominico filio Thome indebite requirebat et pro ipsa indebita requisicione in estimacione valoris eiusdem convictus exstiterat, nobis et parti adverse in tribus terminis infrascriptis persolvere tenebitur coram nobis: quarum terciam partem videlicet nonaginta duas marcas in octavis diei Cinerum, et iterum nonaginta duas marcas in octavis festi Penthecostes, residuas autem nonaginta duas marcas in octavis beati Michaelis archangeli a nunc proxime succedentibus solvet coram nobis regni consvetudine exigente, pro obmissione priorum duorum terminorum iudicium, pro obmissione vero ultime solucionis penam dupli incursurus, si quoslibet terminorum pretermiserit in solvendo. Datum in

Wyssegrad, sedecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 861. 15. dipl. lt. 3531. Közli: Kovács N.

173.

1342. Visegrád, dec. 3. Pál országbíró a Pap János és Helmus Mikó birtokai között fekvő vitás földterületből ítéletileg ötven holdat Helmus Mikó Zamul nevü birtokához, hatvan holdat pedig Pap János birtokához rendel csatoltatni.

Nos comes Paulus iudex curie .. significamus .. quod cum tempore gloriosi principis domini Karoli sceptra regiminis huius regni in memoria felici importantis, in cuius solium tronum et coronam predictus dominus Lodovicus primogenitus suus ad gubernandum dictum Hungarice nacionis regnum hereditarium iure geniture sibi successum de prelatorum baronum procerum et nobilium regni unanimi et concordi voto sublimatus, et corona beatissimo Stephano primo regi Hungarorum duntaxat condonata die dominico proximo ante festum beati Jacobi apostoli anno in presenti preteritum in Alba Regali in loco suo kathedrali solenniter coronatus est, litigionarie quescionis materia inter Johannem dictum Pop actorem ab una, et Mykou dictum Helmus in causam attractum parte ab altera in facto cuiusdam particule terre quinquaginta iugera terre in se continentis inter possessiones Bahun ipsius Johannis dicti Pop, et Zamul vocatarum predicti Mykou existentis, quam prefatus Johannes ad dictam possessionem suam Bahun, predictus vero Mykou ad predictam possessionem suam Zamul pertinere contrariose allegarant, diucius coram nobis eo quod prout nunc sic et tunc honore dicti iudicatus curie regie nostra persona sublimata exstiterat, ventilata exstitisset, et demum iuxta formam nostre iudiciarie deliberacionis idem Mykou dictus Helmus cum Georgio de Thukulchan et Michaele de Dayca coniuratoribus suis, presentibus Dominico filio Petri de Thukulchan et Petrus de Echey hominibus domini

regis et .. Nicolao custode et Cosma concanonicis et testimoniis capituli Nitriensis, in octavis festi beati Georgii martiris nunc preteritis, ut litere ipsius capituli Nitriensis nos informabant, in facie ipsius particule terre litigiose comparendo, in eo ut ipsa particula terre nomine quinquaginta iugerum prout moris est secundum regni consvetudinem iurare super terram sacramentum prestitisset, tandem quia prefatus Johannes Pop dictus tam tempore deposicionis eiusdem iuramenti quam coram nobis ipsum Mykou dictum Helmus non solum super ipsa particula terre quinquaginta iugerum, sed super ampliori particula premissum suum iuramentum deposuisse, et per deposicionem ipsius iuramenti ipsam ampliorem particulam ipsius terre nomine particule terre dictorum quinquaginta iugerum occupasse allegarat, ideo cum ipsam particulam terre per homines domini regis sub testimoniis capituli Posoniensis in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste nunc preteritis mensurari commisissemus, et ipsa vice eadem mensuracione propter dissimulacionem prefati Johannis Pop fieri nequeunte et sic ipso Johanne Pop propter huiusmodi dissimulacionem iudicium trium marcarum in se aggravante, vice secundaria capitulo Strigoniensi scripsissemus eorum amiciciam postulantes, ut ipsi homines eorum pro testimoniis .. unacum magistro Johanne filio Alexii et Andrea clerico subnotario dicti capituli Posoniensis, quos idem capitulum Posoniense in predicto priori termino ad execucionem premissorum destinasse dinoscebatur, et quos nunc pro maiori iusticia solummodo ad ostendendum ipsam reambulacionem per ipsos prius factam per idem capitulum Posoniense duxeramus postulandos, transmitterent, quibus presentibus iidem homines domini regis infranominandi in octavis festi Nativitatis beate virginis ad faciem eiusdem particule terre quinquaginta iugerum .. accederent, et eandem literis predicti capituli Posoniensis super reambulacione eiusdem confectis et per partes .. ibi exhibitis, per eadem signa metalia quibus tempore ipsius reambulacionis reambulata foret, reambularent et denuo nunc undique metalibus signis consignarent, et regali mensura in longitudine septuaginta duos, et in latitudine septem amplexus regales continenti mensurarent, et si intra ipsa signa dicta quinquaginta

iugera terre vel minus et non plus invenirent, tunc eandem ipsi Mykou statuerent perpetuo possidendam, si autem idem Mykou super ampliori et maiori particula suum iuramentum deposuisse reperiretur, tunc illam ampliorem quantitatem ipsius particule terre signis metalibus undique consignando regaliq[illegible]e mensura mensurando et regni consvetudine exigente estimand[illegible]o, statuerent et relinquerent prefato Johanni Pop perpetuo pos[illegible]i-dendam; post hec seriem ipsius possessionarie statucionis et estimacionis memoratum capitulum Strigoniense ad quinden[illegible]as festi beati Jacobi apostoli tunc sequentes .. rescriberet re[illegible]gie maiestati; demum itaque predictum capitulum Strigonien[illegible]se in suis literis regie rescripserat celsitudini eo modo, quod i[illegible]psi pro parte predicti Johannis dicti Pop Georgium presbiter[illegible]um prebendarium chori ipsorum, pro parte vero Mykou di[illegible]icti Helmus .. Nicolaum presbiterum chori ipsorum pro testiu[illegible]o-niis transmisissent, qui tandem .. retulissent, quod in predic[illegible]tis octavis festi Nativitatis beate virginis in facie dicte ter[illegible]rre litigiose inter prefatas possessiones Bahun et Zamul e[illegible]xi-stentis cum hominibus regiis French predicto et Andrea de Capella qui presencialiter affuissent, accessissent, et pres[illegible]n-tibus testimoniis dicti capituli Posoniensis videlicet magist[illegible]ris Johanne et Michaele filiis Alexii concanonicis eorum, et n[illegible]on eodem Andrea clerico qui tempore prioris reambulacionis affu[illegible]is-set, eandem particulam terre litigiosam in prima visiva consi[illegible]de-racione pro quinquaginta iugeribus terrarum consideratam et signis metalibus consignatam regali mensura mensurassent, et licet propter temporis gravitudinem et nivei magnitudinem r[illegible]re-ambulantes determinative mensurare non potuissent, et ide[illegible]em Mykou super ipsa particula terre nomine quinquaginta iug[illegible]ge-rum terrarum ut sibi fuisset impositum iurasset, tamen pro nu[illegible]me-per condignam mensuracionem regalem in ipsa particula ter[illegible]rre litigiosa in primis quinquaginta iugera terrarum reperissent [illegible]et eandem ipsi Mykou statuissent perpetuo nomine sui iuris po[illegible]os-sidendam, deinde sexaginta iugera superflua in eadem terra lit[illegible]ti-giosa reperientes eidem Johanni statuere voluissent, ubi ide[illegible]m Mykou contradixisset dicendo, quod ipsa particula terre exist[illegible]e-ret intra signa metalia ipsius particule terre per ipsum iam [illegible]in litem deducte et ex eo ad ipsius possessionem Zamul pertin[illegible]

ret, quamvis homines regii et capituli Posoniensis tunc temporis iuxta continenciam literarum nostrarum minime valuissent ut premisimus propter temporis gravedinem mensurare, sed pro eadem quantitate pro qua dictus Mykou iurare debuisset reliquissent; unde quia idem Mykou dictus Helmus ipsam particulam terre superfluam sexaginta iugerum, quam homo domini regis testimoniumque dicti capituli Strigoniensis prefato Johanni Pop statuere voluissent, ab eadem statucione ipsi Johanni Pop facienda prohibuisse reperiebatur, ideo licet maiori gravamine ipsum Mykou onerare debuissemus, tamen misericorditer agendo cum eodem, ipsum Mykou in tribus marcis in octavis festi beati Martini confessoris coram nobis per eundem persolvendis decreveramus convictum extitisse contra Johannem Pop memoratum; et quia idem Mykou dictus Helmus per deposicionem premissi sui iuramenti, quod super quinquaginta iugeribus terre deponere debebat et deposuerat, ipsam ampliorem et superfluam particulam sexaginta iugerum usurpasse et occupasse reperiebatur, ideo in emenda estimacionis ipsorum sexaginta iugerum terre, videlicet in marca et fertone in eisdem octavis festi beati Martini confessoris similiter coram nobis persolvendis decreveramus convictum extitisse, scribendo predicto capitulo Strigoniensi, ut ipsi eundem hominem ipsorum in premissa priori reambulacione destinatum, vel ipso absente alium pro testimonio fide dignum transmitterent, quo presente prefatus French de Hodi vel Petrus de Echei aut Rophoyn de Lybad aliis absentibus homo domini regis in octavis festivitatis Omnium Sanctorum ad faciem dictarum possessionum Bahun et Zamul vocatarum . . accederet, et ipsam particulam terre quinquaginta iugerum superqua idem Mykou suum dinoscitur prestitisse sacramentum, eidem Mykou dicto Helmus, ipsam autem ampliorem et superfluam particulam sexaginta iugerum statueret predicto Johanni Pop perpetuo possidere, novis metis erectis ab invicem sequestrando et metas per ipsum Mykou ad occupacionem dictarum sexaginta iugerum terre erectas ibidem destruendo; et post hec seriem ipsius possessionarie statucionis . . memoratum capitulum Strigoniense ad predictas octavas festi beati

Martini confessoris.. rescriberet regie maiestati. Demum ipsis octavis festi beati Martini confessoris advenientibus, predicte partes ad nostram personaliter accedentes presenciam, nobis literas sepedicti capituli Strigoniensis demonstrarunt continentes, quod prefatus Rophoyn homo domini regis et Georgius presbiter de choro ecclesie Strigoniensis per idem capitulum Strigoniense in testimonium datus in dictis octavis festi Omnium Sanctorum iam preteritis ad faciem predictarum possessionum Bahun et Zamul vocatarum, convocatis vicinis et commetaneis earumdem et presentibus partibus accedendo, dictam particulam terre quinquaginta iugerum inter easdem possessiones adiacentem, super quam memoratus Mykou dictus Helmus suum deposuisset iuramentum ut premittitur, eidem Mykou dicto Helmus, reliquam vero particulam terre sexaginta iugerum sepedicto Johanni dicto Pop metis infradeclarandis ab invicem separatas statuissent perpetuo possidendas; cursus autem metarum quibus dicte particule terre distinguntur.. est talis: primo quidem incipit a parte orientali a loco ubi dicte possessiones Bahun Zamul et terra Deseu simul iunguntur a tribus metis antiquis angularibus iuxta quandam viam ad molendinum dicti Mykou ducentem, quarum duas renovassent; deinde tendit versus meridiem, venit ad duas metas terreas de novo erectas, de quibus versus eandem partem venit ad alias duas metas terreas similiter de novo erectas, abhinc ad eandem partem venit similiter ad duas metas terreas de novo erectas, a quibus ad eandem plagam pervenit ad duas metas terreas novas, de quibus flectendo versus septemtrionem venit ad duas metas terreas de novo erectas, de quibus vergit versus occidentem, venit ad duas metas terreas, de quibus ad eandem partem venit ad duas metas novas, de quibus versus eandem partem pervenit ad tres metas antiquas dictas possessiones Bahun Zamul et Nogwysta vocatas separantes, duas ex eisdem renovando, et insuper metas per prefatum Mykou tempore sui iuramenti erectas per omnia destruxissent et ibi terminantur. Nos igitur visis dictarum literarum capituli Strigoniensis super distinccione predictarum particularum terre confectarum continenciis, predictam parti-

culam terre quinquaginta iugerum prefato Mykou dicto Helmus et ad possessionem suam Zamul vocatam, residuam vero particulam terre sexaginta iugerum memorato Johanni dicto Pop et ad possessionem suam Bahun vocatam, prout per premissas metas forent ab invicem sequestrate, adiudicavimus sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidere . . Datum in Wyssegrad, sedecimo die octavarum festi beati Martini confessoris predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

A pecsét veres selyem-sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. őrszt. N. R. A. 331. 4. dipl. lt. 3532. Közli: Kovács N.

174.

1342. Visegrád, dec. 7. Miklós nádor a garam-szentbenedeki apátság és az ohaji nemesek közt vitás földterületet ez utóbbiaknak ítéli s a jogtalan perlekedésért az apátságot a föld becsértékében négy és fél márkában birságolja.

Nos Nicolaus palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum formam et modum iudicii nostri exprimencium Petrus filius Jacobi de Ohay in octavis festi beati Martini confessoris coram hominibus nostris et testimoniis . . capituli ecclesie Strigoniensis ad hoc destinatis, in facie cuiusdem particule terre litigiose inter possessiones Beseneu et Ohay adiacentis, in eo, quod ipsa particula terre litigiosa per quosdam cursus metarum in presentibus inferius declarandarum reambulata et estimata, sua et Stephani ac Michaelis fratrum suorum necnon Anthonii nobilium de Ohay fuerat hereditaria et existat, et ad ipsos hereditario iure pertineat et ad illam partem terre ipsorum hereditarie a parte dicte terre litigiose adiacentem pertineat, et in nullo abbati et conventui sancti Benedicti de iuxta Gron pertineat vel pertinuerit ab antiquo, quinto se nobilibus iuxta regni consvetudinem prout moris est iurare super terram sacramentum deponere et seriem eiusdem octavo die in literis dicti capituli Strigoniensis reportare debuisset, tandem ipso

quorumlibet instrumentorum inter partes supradictas . . arbitrarie composicionis pacem et concordiam facere valerent, extunc in eisdem octavis eedem partes pacem nobis recitare. si vero (iidem) prelati et barones inter easdem partes arbitrium et (concord)iam facere non valerent, extunc iuxta formam earumdem literarum ipsius Wyllermi palatini et parcium quorumlibet instrumentorum iudicium . . assumturi coram nobis comparere tenebuntur. Datum in Wyssegrad, decimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo secundo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1547. 83. dipl. lt. 3529. Közli : Kovács N.

172.

1342. Visegrád, dec. 3. Miklós nádor Bachkai András fiát, a Máté és Tamás fiaitól jogtalanúl elfoglalt Maráza nevű Zemplén vármegyei birtok és halászó helyek kétszázhetvenhat márkányi értékének megfizetésére kötelezi.

Nos Nicolaus palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod cum in octavis festi beati Martini confessoris unacum baronibus et nobilibus regni universorum causancium iudiciarios processus seu lites debite sue delibercionis examine discuteremus, inter ceteros causidicos Nicolaus filius Mathei pro se personaliter, pro Ladislao vero fratre carnali et Dominico filio Thome cum procuratoriis literis .. una, item magister Nicolaus de Bachka pro magistro Ladislao filio Andree ab eadem Bachka fratre suo .. ex altera ad nostram accedentes presenciam, nobis plurimas literas .. Willermi Drageth quondam palatini . . formam iudicii sui continentes et capitulorum Waradiensis et Scepesiensis ecclesiarum diversos processus litigionarios continentes presentarunt, in quibus reperimus expresse contineri, quod cum prefatus Ladislaus filius Andree de Bachka eosdem Nicolaum et Ladislaum filios Mathei ac Dominicum filium Thome super facto possessionis Maraza vocate in comitatu de Zemlen existentis ad presenciam ipsius palatini in causam attraxisset, et examinatis utrarumque pa-

cium instrumentis et in ipso negocio emanatis et examine iudiciario demonstratis, pretacti Nicolaus et Ladislaus filii Mathei nomine iuris ipsorum hereditarii in presencia eiusdem palatini obtinuissent eandem sibi perpetuo debere pertinere, prescriptum vero Ladislaum filium Andree perpetuo silencio super hoc sibi imposito, pro indebita ipsius possessionis acquisicione in valore et eiusdem possessionis estimacione convictum fore commisisset, ad ipsiusque possessionis estimacionem Luchachium magistrum dapiferorum suorum ipse palatinus scribendo capitulo Waradiensis ecclesie sub testimonio eorum in quindenis festi beati Georgii martiris . . iuxta suas veteres metas et antiquas reambulando . . contradiccione eiusdem Ladislai filii Andree obstare non valente, visa eiusdem possessionis Maraza qualitate quantitate utilitate et valore, faciendam transmisisset, idem Lukachius homo domini palatini in predictis quindenis festi beati Georgii martiris ad faciem prenominate possessionis Maraza, presentibus . . Johanne et Georgio sacerdotibus per ipsum Waradiense capitulum pro testimonio datis accedendo, legitimis convocacionibus vicinorum et commetaneorum suorum factis reambulasset, factaque eiusdem possessionis reambulacione, quia Gregorius filius Dionisii quandam particulam terre ex eadem possessione Maraza titulo iuris sibi debentem pertinere prohibuisset, pro eo eandem Maraza estimare nequivisset, sed ipsam possessionem Maraza tam in sua parte prohibita quam eciam non prohibita, per metas prout litere dicti capituli Waradiensis ecclesie exprimebant reambulasset; quarum metarum cursus eedem litere capituli ecclesie Waradiensis cursuatim in se continebant; sicque ieriem premissi processus ipsum capitulum ad quindenas prelictarum quindenarum festi beati Georgii martiris in eorum iteris rescripsissent domino palatino prenotato; ipse denique palatinus considerans eandem possessionem Maraza estimacione carere non posse, eo quod absque ipsius estimacione valor iusdem cognosci non posset et absque cognicione sui valoris usticiam inter partes exhibere non valeret, scribens . . capitulo Scepsiensi eandem possessionem Maraza iuxta cursus metarum in dictis literis capituli Waradiensis contentarum . . reambulandam et regali mensura mensurandam per Andream



pacifice et absque quorumlibet contradiccione ipsis filiis Mathei ac Dominico filio Thome per ipsius Willermi palatini examen iudiciarium statuta considerative ad duo aratra in sex marcis, et predicta mortua piscina ac quatuor tanye et dimidia annuatim ad viginti septem marcas valore per prenominatos homines prelibati Willermi palatini et homines capituli Scepsiensis antedicti in testimonium partibus datos et deputatos in tenoribus predictarum literarum rescripcionalium . . absque parcium predictarum contradiccione estimate fuisse reperiebantur, et partes ipsius concordialis estimacionis seriem in una forma et in uno sensu in prescriptis capituli Scepsiensis literis nobis reportarant, quia possessio seu terra absque aliquo labore et expensa proventus unam marcam annuatim habens in decem marcis estimanda fore iuxta regni approbatissimam consvetudinem dinoscatur, et prelibata mortua piscina ac ipse quatuor tanye et dimidia annuatim viginti septem marcarum proventus habere per formam premisse estimacionis comprobantur, pro eo iam dictam mortuam piscinam et quatuor tanias ac dimidiam ad ipsas viginti septem marcas annuatim proventus habere estimatas ad ducentas et septuaginta marcas unacum baronibus et nobilibus regni ex premissa approbatissima consvetudinaria regni lege requirente estimantes, adiudicando commisimus, quod pretactus Ladislaus filius Andree ipsas ducentas et septuaginta marcas cum eisdem sex marcis valore predictorum duorum aratrorum terre, estimacione videlicet prememorate possessionis Maraza, quam idem Ladislaus ab ipsis filiis Mathei et Dominico filio Thome indebite requirebat et pro ipsa indebita requisicione in estimacione valoris eiusdem convictus exstiterat, nobis et parti adverse in tribus terminis infrascriptis persolvere tenebitur coram nobis: quarum terciam partem videlicet nonaginta duas marcas in octavis diei Cinerum, et iterum nonaginta duas marcas in octavis festi Penthecostes, residuas autem nonaginta duas marcas in octavis beati Michaelis archangeli a nunc proxime succedentibus solvet coram nobis regni consvetudine exigente, pro obmissione priorum duorum terminorum iudicium, pro obmissione vero ultime solucionis penam dupli incursurus, si quoslibet terminorum pretermiserit in solvendo. Datum in

iugera terre vel minus et non plus invenirent, tunc eandem ipsi Mykou statuerent perpetuo possidendam, si autem idem Mykou super ampliori et maiori particula suum iuramentum deposuisse reperiretur, tunc illam ampliorem quantitatem ipsius particule terre signis metalibus undique consignando regalique mensura mensurando et regni consvetudine exigente estimando, statuerent et relinquerent prefato Johanni Pop perpetuo possidendam; post hec seriem ipsius possessionarie statucionis et estimacionis memoratum capitulum Strigoniense ad quindenas festi beati Jacobi apostoli tunc sequentes . . rescriberet regie maiestati; demum itaque predictum capitulum Strigoniense in suis literis regie rescripserat celsitudini eo modo, quod ipsi pro parte predicti Johannis dicti Pop Georgium presbiterum prebendarium chori ipsorum, pro parte vero Mykou dicti Helmus . . Nicolaum presbiterum chori ipsorum pro testimoniis transmisissent, qui tandem . . retulissent, quod in predictis octavis festi Nativitatis beate virginis in facie dicte terre litigiose inter prefatas possessiones Bahun et Zamul existentis cum hominibus regiis French predicto et Andrea de Capella qui presencialiter affuissent, accessissent, et presentibus testimoniis dicti capituli Posoniensis videlicet magistris Johanne et Michaele filiis Alexii concanonicis eorum, et non eodem Andrea clerico qui tempore prioris reambulacionis affuisset, eandem particulam terre litigiosam in prima visiva consideracione pro quinquaginta iugeribus terrarum consideratam et signis metalibus consignatam regali mensura mensurassent, et licet propter temporis gravitudinem et nivei magnitudinem reambulantes determinative mensurare non potuissent, et idem Mykou super ipsa particula terre nomine quinquaginta iugerum terrarum ut sibi fuisset impositum iurasset, tamen pro nunc per condignam mensuracionem regalem in ipsa particula terre litigiosa in primis quinquaginta iugera terrarum reperissent et eandem ipsi Mykou statuissent perpetuo nomine sui iuris possidendam, deinde sexaginta iugera superflua in eadem terra litigiosa reperientes eidem Johanni statuere voluissent, ubi idem Mykou contradixisset dicendo, quod ipsa particula terre existeret intra signa metalia ipsius particule terre per ipsum iam in litem deducte et ex eo ad ipsius possessionem Zamul pertine-

ret, quamvis homines regii et capituli Posoniensis tunc temporis iuxta continenciam literarum nostrarum minime valuissent ut premisimus propter temporis gravedinem mensurare, sed pro eadem quantitate pro qua dictus Mykou iurare debuisset reliquissent; unde quia idem Mykou dictus Helmus ipsam particulam terre superfluam sexaginta iugerum, quam homo domini regis testimoniumque dicti capituli Strigoniensis prefato Johanni Pop statuere voluissent, ab eadem statucione ipsi Johanni Pop facienda prohibuisse reperiebatur, ideo licet maiori gravamine ipsum Mykou onerare debuissemus, tamen misericorditer agendo cum eodem, ipsum Mykou in tribus marcis in octavis festi beati Martini confessoris coram nobis per eundem persolvendis decreveramus convictum extitisse contra Johannem Pop memoratum; et quia idem Mykou dictus Helmus per deposicionem premissi sui iuramenti, quod super quinquaginta ingeribus terre deponere debebat et deposuerat, ipsam ampliorem et superfluam particulam sexaginta iugerum usurpasse et occupasse reperiebatur, ideo in emenda estimacionis ipsorum sexaginta iugerum terre, videlicet in marca et fertone in eisdem octavis festi beati Martini confessoris similiter coram nobis persolvendis decreveramus convictum extitisse, scribendo predicto capitulo Strigoniensi, ut ipsi eundem hominem ipsorum in premissa priori reambulacione destinatum, vel ipso absente alium pro testimonio fide dignum transmitterent, quo presente prefatus French de Hodi vel Petrus de Echei aut Rophoyn de Lybad aliis absentibus homo domini regis in octavis festivitatis Omnium Sanctorum ad faciem dictarum possessionum Bahun et Zamul vocatarum .. accederet, et ipsam particulam terre quinquaginta iugerum superqua idem Mykou suum dinoscitur prestitisse sacramentum, eidem Mykou dicto Helmus, ipsam autem ampliorem et superfluam particulam sexaginta iugerum statueret predicto Johanni Pop perpetuo possidere, novis metis erectis ab invicem sequestrando et metas per ipsum Mykou ad occupacionem dictarum sexaginta iugerum terre erectas ibidem destruendo; et post hec seriem ipsius possessionarie statucionis .. memoratum capitulum Strigoniense ad predictas octavas festi beati

Martini confessoris .. rescriberet regie maiestati. Demum ipsis octavis festi beati Martini confessoris advenientibus, predicte partes ad nostram personaliter accedentes presenciam, nobis literas sepedicti capituli Strigoniensis demonstrarunt continentes, quod prefatus Rophoyn homo domini regis et Georgius presbiter de choro ecclesie Strigoniensis per idem capitulum Strigoniense in testimonium datus in dictis octavis festi Omnium Sanctorum iam preteritis ad faciem predictarum possessionum Bahun et Zamul vocatarum, convocatis vicinis et commetaneis earumdem et presentibus partibus accedendo, dictam particulam terre quinquaginta iugerum inter easdem possessiones adiacentem, super quam memoratus Mykou dictus Helmus suum deposuisset iuramertum ut premittitur, eidem Mykou dicto Helmus, reliquam vero particulam terre sexaginta iugerum sepedicto Johanni dicto Pop metis infradeclarandis ab invicem separatas statuissent perpetuo possidendas; cursus autem metarum quibus dicte particule terre distinguntur .. est talis: primo quidem incipit a parte orientali a loco ubi dicte possessiones Bahun Zamul et terra Deseu simul iunguntur a tribus metis antiquis angularibus iuxta quandam viam ad molendinum dicti Mykou ducentem, quarum duas renovassent; deinde tendit versus meridiem, venit ad duas metas terreas de novo erectas, de quibus versus eandem partem venit ad alias duas metas terreas similiter de novo erectas, abhinc ad eandem partem venit similiter ad duas metas terreas de novo erectas, a quibus ad eandem plagam pervenit ad duas metas terreas novas, de quibus flectendo versus septemtrionem venit ad duas metas terreas de novo erectas, de quibus vergit versus occidentem, venit ad duas metas terreas, de quibus ad eandem partem venit ad duas metas novas, de quibus versus eandem partem pervenit ad tres metas antiquas dictas possessiones Bahun Zamul et Nogwysta vocatas separantes, duas ex eisdem renovando, et insuper metas per prefatum Mykou tempore sui iuramenti erectas per omnia destruxissent et ibi terminantur. Nos igitur visis dictarum literarum capituli Strigoniensis super distinccione predictarum particularum terre confectarum continenciis, predictam parti-

culam terre quinquaginta iugerum prefato Mykou dicto Helmus et ad possessionem suam Zamul vocatam, residuam vero particulam terre sexaginta iugerum memorato Johanni dicto Pop et ad possessionem suam Bahun vocatam, prout per premissas metas forent ab invicem sequestrate, adiudicavimus sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidere . . Datum in Wyssegrad, sedecimo die octavarum festi beati Martini confessoris predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

A pecsét veres selyem-sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 331. 4. dipl. lt. 3532. Közli: Kovács N.

174.

1342. Visegrád, dec. 7. Miklós nádor a garam-szentbenedeki apátság és az ohaji nemesek közt vitás földterületet ez utóbbiaknak ítéli s a jogtalan perlekedésért az apátságot a föld becsértékében négy és fél márkában bírságolja.

Nos Nicolaus palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum formam et modum iudicii nostri exprimencium Petrus filius Jacobi de Ohay in octavis festi beati Martini confessoris coram hominibus nostris et testimoniis . . capituli ecclesie Strigoniensis ad hoc destinatis, in facie cuiusdem particule terre litigiose inter possessiones Beseneu et Ohay adiacentis, in eo, quod ipsa particula terre litigiosa per quosdam cursus metarum in presentibus inferius declarandarum reambulata et estimata, sua et Stephani ac Michaelis fratrum suorum necnon Anthonii nobilium de Ohay fuerat hereditaria et existat, et ad ipsos hereditario iure pertineat et ad illam partem terre ipsorum hereditarie a parte dicte terre litigiose adiacentem pertineat, et in nullo abbati et conventui sancti Benedicti de iuxta Gron pertineat vel pertinuerit ab antiquo, quinto se nobilibus iuxta regni consvetudinem prout moris est iurare super terram sacramentum deponere et seriem eiusdem octavo die in literis dicti capituli Strigoniensis reportare debuisset, tandem ipso

termino reportacionis seriei premissi iuramenti frater Jacobus pro eisdem . . abbate et conventu monasterii de iuxta Gron . . ab una, item predicti Anthonius et Petrus de Ohay pro se et pro prenominatis Stephano et Michaele fratribus suis . . parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, nobis literas nostras et Willermi quondam palatini predecessoris nostri ac pretacti capituli Strigoniensis ecclesie demonstrarunt continentes, ut cum acceptis hominibus ipsius domini Willermi palatini sub testimonio capituli ecclesie Vaciensis secundo die festi beati Georgii martiris proxime preterito procurator eorumdem abbatis et conventus ad faciem possessionis ipsorum Beseneu vocate accessisset, ipsique homines palatini Petro Stephano et Michaele filiis Jacobi ac Anthonio nobilibus de Ohay presencialiter ibi adherentibus, sub ipsius capituli Waciensis testimonio . . eandem possessionem Beseneu reambulassent, et reambulatam eisdem . . abbati et conventui eo iure, quo ipsis dinosceretur pertinere perpetuo statuere voluissent, prefati nobiles de Ohay statucioni cuiusdam particule terre inter eos litigiose sub his metis: quod prima meta eiusdem inciperetur a parte possessionis Ohay a quodam rubeto Zyluazad vocato, ubi in fine eiusdem rubeti sub una arbore piri idem frater Emericus unam metam predicti monasterii esse asseruisset, deinde procedendo versus orientem pervenissent ad unum holm, quem idem Emericus Apatakala vocari nominasset, deinde procedendo ad partem superiorem per eandem plagam ad angulum cuiusdam vinee a parte Beseneu et ibi idem frater Emericus metas eiusdem monasterii esse dixisset, sed quia ipsa terra litigiosa a manibus ipsorum a longo tempore fuisset alienata, ex eoque mete annihilate exstitissent, et ideo metas realiter nequivissent demonstrare; deinde procedendo ad quandam vallem et eandem transeundo iretur ad tres parvos monticulos vulgariter dumb vocatos in latere eiusdem vallis, quos idem frater Emericus dixisset pro metis separari inter possessiones Beseneu Looth et Ohay, ubi ipsam particulam terre litigiosam ipsius monasterii separare et ab antiquo illuc pertinuisse affirmasset; deinde parum procedendo in eiusdem vallis latere ad unam metam devenissent, quam prenominati nobiles de Ohay eorum esse asseruissent, sed

icini et nobiles de Looth nec ipsorum nobilium de Ohay esse
ec dicti monasterii, sed eorum esse affirmassent, de qua
uidem meta per unum rubetum Harazt vocatum transeundo
sque ad fluvium Sitwa ad unum dumum piri pervenissent,
t abhinc ulterius procedere propter inundacionem aque ne-
uivissent, ex eoque reales metas se ostendere non posse asse-
uissent, quia per manus potenciarias eandem detinuisse alle-
assent, contradiccionis obstaculo obviassent; quamquidem
articulam terre litigiosam per eosdem nobiles de Ohay sta-
uere non comissam, visuali consideracione ad alterum dimi-
lium aratrum sufficere deliberantes, iuxta formam iudiciariam
iusdem Willermi palatini, pro quatuor marcis et media esti-
massent regni consvetudine requirente. Reportata itaque serie
possessionarie reambulacionis et estimacionis, quia frater Eme-
ricus procurator abbatis et conventus monasterii prelibati, per
tria paria literarum inquisicionalium . . capitulorum Strigo-
niensis et Nitriensis ecclesiarum ac conventus Zwburiensis
eandem particulam terre litigiosam ad ipsam possessionem
Beseneu debere pertinere comprobasset, in earumdemque con-
trarium ipsi nobiles de Ohay in eiusdem Willermi palatini
presencia similiter per alia tria paria literarum inquisiciona-
lium . . capitulorum Strigoniensis et Posoniensis ecclesiarum
ac conventus domus hospitalis ecclesie sancti regis Stephani
de Strigonio, ipsam terre particulam litigiosam non ad ipsam
possessionem Beseneu dictorum abbatis et conventus, sed ad
possessionem ipsorum Ohay hereditario iure pertinuisse ab
antiquo et debere pertinere declarassent, seque partes de pre-
misse rei veritate vicinorum et commetaneorum suorum ac
comprovincialium nobilium ad communem inquisicionem insi-
mul et ad invicem procedendo in facie eiusdem faciendam se
ransmitti ab eodem palatino postulassent, ipse dominus pala-
inus ob maioris iusticie evidenciam peticiones parcium equi-
ati consonas annuens, eosdem ad communem inquisicionem . .
estinasset; dum itaque homines ipsius palatini sub testi-
noniis prescripti capituli Strigoniensis ad ipsam inquisicionem
aciendam destinatis, in octavis festi nativitatis beati Johannis
Baptiste ad faciem dicte particule terre contenciose et per
lictarum metarum cursus prohibite et statuere non commisse

accedentes, universorum vicinorum et commetaneorum suorum convocacionibus et presencialiter adherentibus simul et ad invicem procedendo, premissam particulam terre litigiosam sub prenominatis metarum cursibus prohibitam et statuere non concessam, universi vicini et commetanei ac nobiles Borsiensis Camaruniensis et Nitriensis comitatuum, nunquam ad eosdem abbatem et conventum monasterii predicti pertinuisse, sed semper ipsos nobiles de Ohay et eorum predecessores ipsam coluisse et tenuisse et per consequens ipsis iure pertinuisse testificati in eorumdem abbatis et conventus procuratoris presencia exstitissent. Demum temporis intervallo eodem domino Willermo palatino viam universe carnis ingresso, nobisque a regia benignitate divina favente clemencia honore ipsius palatinatus adepto, partes nobis seriem premisse communis inquisicionis in literis sepedicti capituli Strigoniensis in octavis beati Michaelis archangeli reportantes, quia ex testificacione universorum vicinorum et commetaneorum dicte particule terre contenciose et nobilium trium comitatuum in ipsa communi inquisicione facta, eosdem abbatem et conventum monasterii predicti nullum ius habere, sed omni iure vigore dicte testificacionis ipsam particulam terre litigiosam ipsis nobilibus agnoscentes debere pertinere, decreveramus iudicantes, quod prememoratus Petrus filius Jacobi unus ex dictis nobilibus de Ohay in octavis festi beati Martini confessoris iam preteritis, coram hominibus nostris et testimoniis capituli Strigoniensis sepefati in facie ipsius particule terre litigiose prohibite et per metas premissas statuere non commisse comparendo, in eo ut ipsa particula terre litigiosa per predictas metas reambulata, hereditaria ipsorum fuerit et existat et ad possessionem ipsorum Ohay vocatam pertineat, et in nullo eidem abbati et conventui attineat et attinuerit, iuxta regni consvetudinem .. quintose deponeret sacramentum; et seriem ipsius iuramenti ad octavas earumdem octavarum in literis capituli Strigoniensis partes reportarent. Et ut series ipsius depositi iuramenti in literis prescripti capituli Strigoniensis nobis pro utraque parte reportata indicabat, eundem Petrum in prescriptis octavis festi beati Martini confessoris iam preteritis in facie ipsius terre litigiose per metas prescriptas reambulate comparendo,

presentibus Andrea de Kyurt et Iwan dicto Wrdung hominibus nostris, ac Michaele et Paulo sacerdotibus prebendariis chori Strigoniensis partibus ad premissa datis et concessis, quintose, videlicet cum Stephano filio Laurencii de Rendice, Jacobo de Hul, Petro de Kyurt et Batha de Emewke, iuxta regni consvetudinem, prout moris est iurare super terram, modo iudiciario sibi imposito, comperimus premissum iuramentum prestitisse. Unde quia prenominatus abbas et conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron predictam particulam terre litigiosam nomine terre ad possessionem ipsorum Beseneu annotatam pertinentis sibi statui facere et eo ipso a prenominatis nobilibus de Ohay requirere et ab eisdem alienare intendebant, attamen nec instrumenti vigore nec adiudicato iure iudiciario testificacionis universorum vicinorum suorum et commetaneorum ac nobilium comprovincialium aliquo modo sibi pertinere valebant declarare, ipsi vero nobiles eandem particulam terre litigiosam per prius scriptarum metarum cursus a statucione ipsis abbati et conventui facienda nomine iuris ipsorum hereditarii prohibitam, tam communi inquisicione eis adiudicata et testificacione universorum vicinorum et commetaneorum suorum ac nobilium trium provinciarum, necnon et trium literarum inquisicionalium demonstracionibus, quam eciam iuramentali deposicione unius ipsorum iuxta quantitatem estimacionis ipsius particule terre quintose regni consvetudine requirente prestita, ipsis hereditario iure ab antiquo pertinuisse et debere pertinere evidentissima racione comprobabant, pro eo prescriptos abbatem et conventum pro ipsa indebita requisicione in estimacione eiusdem particule terre, videlicet in quatuor marcis et dimidia convictos fore decernentes, sepedictam particulam terre litigiosam sub predictis metarum distinccionibus in presentibus superius nominatim insertis, eisdem nobilibus de Ohay eo iure hereditario quo in examine iudiciario coram nobis obtinuerunt, et quo eis dinoscitur pertinere, adiudicamus perpetuo possidendam . . absque preiudicio iuris alieni . . Datum in Wyssegrad, vigesimo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo.

A pecsét szederjes és piros selyem-sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Paul. de Chalad. 2. 1. dipl. lt. 3535. Közli: Kovács N.

175.

1342. Visegrád, dec. 8-ika után. I. Lajos király a Bihar-, Zaránd- és Békés vármegyei összes piaczi vámjövedelmet négy község kivételével a nagyváradi egyháznak adományozza.

Nos Lodovicus..rex..significamus.. quod cum nos post decessum charissimi patris nostri favente divina clemencia ad solium regiminis hungarici, adepta nostra coronacione fuissemus sublimati, ad visitandumque sepulchrum sanctissimi regis Ladislai, a quo divinum auxilium summa cum fiducia quotidie prestolamur, cum fidelibus baronibus regni nostri decenti cum honore Waradinum accessissemus, licet eciam devocio nostra diuturna ad id nos coarctasset ut eidem ecclesie Waradiensi in qua ipse sanctissimus rex Ladislaus nutu divino variis coruscans miraculis feliciter requiescit, antiqua et approbata consvetudinariaque lege ac consvetudine regni approbante pretextu nove coronacionis nostre possessionariam donacionem facere et eam dotare, utpote per nostros pios progenitores id fieri exstitit consvetum, promti utique fuissemus et parati, verum quia.. Andreas.. episcopus Waradiensis et totum dicte ecclesie capitulum nobis illuc volente domino prospera cum sospitate advenientibus summa cum reverencia nos utpote dominum eorum naturalem recipiendo, privilegia progenitorum nostrorum olim regum Hungarie pie memorie videlicet Ladislai, Stephani, Bele et Herrici consequenterque domini Karoli predicti patris nostri charissimi ipsa confirmancia, in quorum tenoribus expresse continebatur, quod idem Herricus rex clare memorie duas partes tributorum que regiam contingunt maiestatem, tam de villis quam de foris tocius comitatus Bichoriensis tam circa Byhor quam circa Zarand et de Bekes existencium, exemtis tributis que ad quatuor spectant fora, scilicet de Akyel, de Kewleser, de Janosd et de foro regine, dicte ecclesie Waradiensi perpetuo contulisset, quas quidem duas partes dictorum tributorum ab ipsa ecclesia Waradiensi per indebitam et potencialem ablacionem alienatas fore idem episcopus et capitulum allegabant, culmini nostro regio humiliter supplicando, ut ipsas duas partes dictorum tributorum alienatas restituere et

eidem ecclesie applicare more pristino, et residuam terciam partem eorumdem tributorum que ad regias manus spectare dinoscebatur, nove nostre donacionis titulo perpetuo conferre ex regali munificencia dignaremur; nos siquidem qui de statu ecclesiarum regni nostri quarum oracionum suffragantibus meritis vivimus et regnamus, specialiterque predicte ecclesie Waradiensis ad quam refugium habemus speciale, nostri regiminis et regalis honoris officio incumbente commodoso, pacifico et tranquillo invigilare debemus et tenemur, predictas duas partes dictorum tributorum indebite ab ipsa ecclesia alienatas reddidimus et restituimus presencium auctoritate de plenitudine regie potestatis plene et integre eidem ecclesie ad modum pristinum possidendas, reliquam vero terciam partem eorumdem tributorum que hactenus ad ius ipsius ecclesie non pertinuit, similiter ipsi ecclesie Waradiensi perpetuo et irrevocabiliter cum omnibus redditibus eiusdem et proventibus duximus conferendam ita quod amodo totali et integro iure ipsorum tributorum absque omni defalcacione ipsa ecclesia Waradiensis gratuletur et frueretur, nec regalis maiestas vel quevis persona deinceps aliquid proprietatis haberet in eisdem, sed ipsorum tributorum redditus inter episcopum et capitulum, ut prius fuit consvetum, videlicet duas partes episcopus, terciam capitulum percipiendo dividatur; in coequalem autem possessionem dictorum tributorum eosdem dominum episcopum et capitulum per.. Petrum prepositum Budensem fidelem et familiarem capellanum fecimus introduci.. Datum in Wysegrad, feria .... proxima post festum Concepcionis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC° XL^mo secundo.

I. Lajos királynak 1356. évi nov. 24-én kelt »Demetrius episcopus Waradiensis, magister Gregorius doctor decretorum et Petrus archidiaconus de Kewleser canonici ecclesie Waradiensis« kértére »in facto restitucionis et collacionis tributorum tocius comitatus Bychoriensis eidem ecclesie factarum« kiállított jeles alakú oklevelében átírva, melyet ismét I. Mátyás király 1477. máj. 20-án Deák Benedek és Rácz Mihály Buda városa —, meg Sasvári István Magyarország összes kir. városai képviselőjének kérésére írt át. Mátyás király több helyen már olvashatatlan átiratának eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. lt. 24438. Közli: Kovács N.

176.

1342. Visegrád, dec. 22. I. Lajos király Ófalu nevü birtokot Szepes vármegyében, a szent-antalvölgyi carthausiaknak visszaadja.

Lodovicus .. rex .. universis castellanis nobilibus officialibus et aliis cuiusvis dignitatis hominibus quibus presentes ostendentur .. Noveritis, quod nos visis iuribus et instrumentis literalibus fratrum ordinis Carthusiensis super possessione seu villa Ofalw vocata, eandem villam Ofalw eisdem fratribus ordinis Carthusiensis de valle sancti Anthonii in Donawig restituimus pleno iure, prout ad ius eorum dinoscitur pertinere: quapropter fidelitati vestre firmiter et districte regio edicto precipiendo damus in mandatis, quatenus dictos fratres Carthusienses racione dicte ville Offalu aliqualiter inquietare non audeatis, et iobagiones eorum perturbare molestare et pregravare non presummatis, sed pacifice sub nostra protectione perfrui permittatis; vobis vero villico et iobagionibus dicte ville Offalw precipimus, quod dictis fratribus sicut decet dominis vestris naturalibus, et nemini alteri obediatis et serviatis; aliud sicut nostram graciam graviter offendere formidatis non facturi; cetera dicet Clemens parvus iuvenis aule de aula nostra ad statuendam ipsam villam transmissus, cuius verbis fidem credulam debeatis adhibere in hac parte. Datum in Wyssegrad, die dominico proximo ante festum Nativitatis domini, anno eiusdem Millesimo CCC^{o} XL^{mo} secundo.

A szepesi káptalannak 1520. évi aug. 1-én »frater Joannes prior monasterii vallis sancti Anthonii prope Lechnicz ord. Carthusiensis« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. lt. 3538. Közli: Kovács N.

177.

1342. Az esztergomi káptalan előtt Margit asszony, Vozerfia Ábrahám neje, nővérei nevében is elismeri, hogy Morochuk Hont vármegye főispánja anyjuk hozományi járandóságát Dudvágszeg birtokból tizenhárom márka készpénzzel megadta.

Capitulum ecclesie Strigoniensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod domina Margareta nomine, uxor Abrae filii Vozer pro se personaliter, item pro Katus consorte Petri de Heet et Elena coniuge Pethew filii Andree de Hegy, sororibus suis uterinis . . ad nostram accedendo presenciam, nobis retulit in hunc modum, quod cum magistro Morochok comite Huntensi super quarta filiali matris earum et rebus parorfanalibus racione possessionis Duduakzeg eis debentibus, per ordinacionem proborum virorum taliter concordassent, quod pro dicta quarta filiali et rebus parorfanalibus in expedicionem memorate possessionis Duduakzegh prefatus magister Morochok dicte domine Margarete in propria persona recipienti, et eciam in personis dictarum sororum suarum vigore ipsarum literarum procuratoriarum commisse, tredecim marcas compoti Budensis persolvisset, prout eadem domina Margareta plene et integre se ipsam pecuniam recepisse ab eodem magistro Morochok affirmavit, et sic ipsa domina tam per se quam predictas sorores suas ipsam possessionem Duduakzugh ab omni onere quarte filialis et rerum parorfanalium absolvendo, eidem magistro Morouchok et suis heredibus . reliquit pacifice . . possidendam . . Datum per manus magistri Thome lectoris, anno domini M° CCC° XL^mo secundo.

A pecsét sárga és szederjes színű selyem-sodraton függ, fölül chyrographum rajta; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 17. 5. dipl. lt. 3539. Közli: Kovács N.

178.

1343. Visegrád, jan. 3. I. Lajos király Fodor Miklós fának Farkasnak Tolna vármegyei elkobzott tizenegy birtokát visszaadja.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod licet universe possessiones et possessionarie porciones Farcasii filii Nicolai dicti Fodor . . tempore . . Karoli . . regis . . per viam iudicii ad manus eiusdem patris nostri devente fuerint . . sicque idem Farcasius universis possessionibus et possessionariis porcionibus suis privatus exstiterit . . tamen nos misericordia moti, graciose cum eo agentes, tum eo quia ipsos qui contra ipsum Farcasium per iudicii formam processerant non verum et iustum ac legitimum imo omnino falsum et veritati ac iuri dissonum processum contra eundem fecisse palam cognovimus, tum eciam pro remedio anime dicti domini Karoli patris nostri . . et nostra ac . . domine Elizabet . . regine . . salute, universas possessiones eiusdem Farcasii, videlicet Kwrthul intra Danubium, Madacha, Wrs, Gyureus, Kauacha, Gyapa, Henche, Bykach, Egrus, Barlyath et Bygad vocatas in comitatu Tolnensi sitas et adiacentes et alias quaslibet et quocunque nominis vocabulo vocitatas, eundem Farcasium iusto titulo contingentes in eodem comitatu existentes, ab eodem modo premisso alienatas et ad manus dicti patris nostri devolutas, de voluntate memorate domine regine genitricis nostre et de consilio ac consensu prelatorum et baronum regni nostri, cum omnibus dictarum possessionum . . pertinenciis . . sub metis . . antiquis quibus per prenominatum Farkasium et suos predecessores eedem habite exstiterunt et possesse, eo iure quo ad ipsum Farcasium pertinere dinoscebantur . . ipsi Farcasio et suis heredibus . . perpetuo . . duximus restituendas. Datum in Wyssegrad, feria sexta proxima post festum Circumcisionis domini, anno eiusdem Millesimo CCC^mo^ quadragesimo tercio.

Zsigmond királynak Kanizsay János érsek és testvérei kérésére »in Themeswar in festo videlicet beati Luce evangeliste« 1397-ben kiadott átiratából, melyet ugyancsak Zsigmond király a mondott napon »magister Desew filius Ivan filii Desew de Gurkum« kérésére írt át; ezen utóbbi átirat eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 643. 28. dipl. 3550. Közli: Kovács N.

179.

1343. Visegrád, jan. 7. I. Lajos király, anyja Erzsébet királyné lakóhelyéül Ó-Buda várát jelöli ki.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos castrum nostrum de Veteri Buda cum tributis et omnibus suis . . pertinenciis universis quocunque nomine vocitatis admisimus . . excellentissime principisse domine Elizabeth regine Hungarie genitrici nostre karissime ad manendum conservandum et inhabitandum usque vitam suam, vel quamdiu sue placuerit voluntati vigore presencium mediante, promittentes eidem, ut quamprimum facultas ad se obtulerit, presentes privilegialiter emanari faciemus. Datum in Wyssegrad, in crastino festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. V. Buden. dipl. lt. 3551. Közölve néhai Vincze Gábor másolata után. Rövid kivonatát l. Fejér i. h. IX. 1. 112.

180.

1343. Visegrád, jan. 13. Miklós nádor előtt Sitkei Lökös, Voytha nevű Fehér vármegyei birtokát használat és betelepítés végett Ugali Pál országbirói ítélömesternek engedi át.

Nos Nicolaus palatinus et iudex comanorum . . significamus, quod magistris Paulo filio comitis Iwanka de Vgal prothonotario iudicis curie regie ab una, et Leukus filio Laurencii de Sythke parte ab altera personaliter coram nobis constitutis, propositum exstitit per eosdem . . quod idem magister Leukus quandam possessionem suam Voytha vocatam in comitatu Albensi iuxta fluvium Saar existentem, in qua in honorem sancti Leonardi ecclesia lapidea haberetur, cum omnibus suis utilitatibus . . in superficie dicte possessionis existentibus . . ad utendum, populorum multitudine decorandum, fructus proventus et iura eiusdem percipiendum, et si fieri contra quospiam contingeret suos litigionarios pro-

cessus exequendum, procuratorio nomine ipsi magistro Paulo vel per ipsum substitutis procuratoribus commisisset et commisit coram nobis, datis eidem et per ipsum quibuslibet substitutis procuratoribus in requisicione dicte possessionis plenam et perfectam potestatem, ita tamen, ut quocunque temporis eventu idem magister Paulus per ipsum magistrum Leukus rogatus fieret, predictam possessionem absque aliquo litigionario processu restituere et remittere teneretur magistro Leukus supradicto. Datum in Wyssegrad, in octavis festi Epiphaniarum domini, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XXXX^{mo} tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Felső-büki Nagy cs. ltárában, Nagy-Sitkén, Vas vármegyében; 31. 654.

181.

1343. jan. 20. A sági convent előtt Gudur fia Pethö az általa zálogban bírt Bori nevü birtokot Bory Ivánkának és fiának Jánosnak visszabocsátja.

Nos Stephanus prepositus et conventus fratrum ordinis premonstratensium monasterii beate virginis Marie de Saag.. significamus .. quod Petheu filius Gudur de Bori ab una parte, item Johannes filius Ivanka similiter de Bory ab altera coram nobis personaliter constituti sunt confessi .. quod cum Ivanka et Johannes filius eiusdem predicti possessionem ipsorum totalem in possessione Bory existentem, quam predicto Petheu filio Gudur impignorassent .. ob peticionem et ordinacionem proborum virorum et nobilium, eandem possessionem Bory eidem obligatam, excepta possessione perpetua, idem Petheu predicto Johanni filio Ivanka resignavit .. coram nobis; omnes vero literas et instrumenta que idem Petheu super possessione eidem impignorata usque hinc.. habuisset.. cassatas reddidit .. Datum feria secunda scilicet post octavas festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem M^{o} CCC^{mo} XL^{mo} tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; néhai Kámánházy Béla közleménya Bory cs. ltárából.

182.

1343. jan. 25. Az esztergomi káptalan előtt Győredi Karácson fiai, Demeter kanonok és János, a diós-győri paulinus kolostornak a Szinva folyón egy fél malom részt és ezenkívül még két szőllőt adományoznak.

Capitulum ecclesie Strigoniensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod . . Demetrius socius et concanonicus noster et Johannes frater eiusdem uterinus filii Karachuny quondam de Gewrud ad nostram personaliter accedentes presenciam, coram nobis confessi sunt in hunc modum, quod quia ipsi plus celestia quam terrena, animam quam corpus diligere intenderent, ob hoc sanctam matrem ecclesiam intercessorem et propiciatorem eorum eligere decrevissent, et ut in celis tesaurizare valerent, salubri devocione et votiva consideracione inducti, medietatem seu locum medietatis cuiusdam molendini ipsorum in fluvio Scynua in possessione Stephani filii Erne quondam palatini Gewr vocata habitam, qua quidem medietas loci molendini existeret a parte occidentis in fine predicte ville Gewr, quem quidem locum undique circumdaret ipse fluvius Scynua, item duas vineas ipsorum in valle Pescheer in vicinitate vinearum Futor et Desew a parte orientis, a meridiei vero parte Beke villici, a parte autem occidentis terrarum arabilium ville de Gewr existentes, pro salute et remedio tam suarum quam parentum ipsorum animarum, dederunt et donaverunt libere et absolute ecclesie titulo corporis et sangvinis domini nostri Jesu Christi pro loco eremitario dedicate in perpetuam elemosinam iure perpetuo possidendas . . In cuius donacionis testimonium presentes eidem monasterio a nobis dari postularunt, quas nos dari fecimus iusticia mediante nostri pendentis sigilli munimine roboratas et alphabeto intercisas. Datum per manus discreti viri magistri Thome lectoris ecclesie nostre, in festo conversionis beati Pauli apostoli, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio.

A függő pecsét elveszett, felső szélén chyrographum van; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Paul. de Diósgyőr. I. 2. dipl. lt. 3667. Közli: Kovács N.

183.

1343. febr. 12. A nyitrai káptalan előtt Bazini Sebes, a pozsonyi káptalan ellen, bizonyos patak dolgában Bazini Péter javára teljesített vizsgálat hamissága miatt panaszát előterjeszti.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus, quod Laurencius de Chollou vice et nomine magistri Sebus de Bozyn domini sui ad nostram accedens presenciam, nobis per modum protestacionis significare curavit, quod quia magister Petrus filius eiusdem magistri Sebes nudius tercius sive diebus proxime preteritis quandam inquisicionem super facto cuiusdam rivi, pro quo materia iurgionis recenter agitur inter ipsos, sub testimonio capituli ecclesie Posoniensis fieri procuravit, ipsum capitulum Posoniense et per consequens seriem dicte inquisicionis contra se factam idem magister Sebes haberet pro suspecto, pro eo, ut cum dicto capitulo Posoniense ipso capitulo actore existente litem gravissimam haberet adhuc indecisam, pro eo eciam, quod cum pridem ipse magister Petrus filius Sebes sub eodem testimonio dicti capituli Posoniensis dictam inquisicionem faciebat, sive extra villas Bozyn Somberk et Wyfalw vocatas sive intra ipsas, tacita et suppressa veritate, ubi eidem magistro Petro expediencius et magis opportunum suo processui videbatur, iobagiones proprios sparsim callide locando ab eisdem nomine, iobagionum magistri Sebes dictam inquisicionem fieri procurasset magister Petrus supradictus; et dum denuo magister Sebes se sic illusum senciens et ad rectandam ipsam fraudulentam inquisicionem pro rei premisse veritate fatendo, populos et iobagiones predictarum villarum, Bozyn videlicet Somberg et Wyfalw, ad dictum capitulum Posoniense introduxisset et veritatem rei confessi fuissent, ipsum capitulum literas suas eidem magistro Sebes dare denegasset, in his et in aliis licitis nullam iusticiam de regni consvetudine debendam impertirent magistro Sebes antedicto . . Datum feria tercia proxima ante festum Assumcionis beate virginis, anno domini M° CCC^mo^ XI^mo^ tercio.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1698. 37. dipl. lt. 3558. Közli: Kovács N.

184.

1343. Sajó-Kaza, febr. 13. Borsod vármegye alispánja és bírótársai jelentése I. Lajos királyhoz, az Egri Mihálynak Ónodi István által történt megöletése dolgában teljesített vizsgálatról.

.. Lodovico .. regi .. Renoldus vicecomes et quatuor iudices nobilium de comitatu Borsod .. Literas vestre serenitatis recepimus in hec verba: Lodovicus rex .. comiti vicecomiti et iudicibus nobilium de comitatu Barsad .. Dicit nobis Stephanus filius Pauli de Olnad, quod cum ipse quinta feria proxima ante festum Epiphanie domini de villa Mohy vocata de foro eiusdem ad propria redire voluisset, Michael de Agria dictus ex precognita malicia in via publica eidem insidiando, duobus vulneribus enormiter vulnerando interficere voluisset, ubi in sua defensione idem Michael per ipsum vulneratus exstitisset, quem tandem post dies aliquas obiisse percepisset, post cuius eciam obitum domina relicta eiusdem contra ipsum huiusmodi inquisicionem facere procurasset, quod ipse eandem de possessione dicti Michaelis domini sui et mariti sui potencialiter exclusisset et iniurias non modicas eidem intulisset, in quibus omnibus se idem Stephanus innocentem fore asserit penitus et immunem; quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus quibus decuerit et licuerit palam et occulte diligenter de premissis inquirendo, sciant et inquirant omnimodam veritatem, et post hec secundum quod vobis veritas ex his constiterit, nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, in crastino festi conversionis sancti Pauli, anno domini M° CCC° XL^mo tercio. Nos igitur .. Stephanum filium Fabiani et Dominicum filium Fenyr duos ex nobis quatuor iudicibus transmisimus ad premissa mandata vestra exequenda, qui demum .. retulerunt, quod a quibus decuit et licuit et specialiter in quadam congregacione generali universitati nobilium dicti comitatus feria quinta proxima post octavas festi Purificacionis virginis gloriose mediantibus literis ipsius domini nostri in Kaza celebrata, talem scivissent et scire potuimus veritatem, quod cum Stephanus filius Pauli de Olnad quinta

feria proxima ante festum Epiphanie domini de villa Mochay (így) vocata de foro eiusdem ad propria redire voluisset, Michael de Agria dictus in via publica eidem insidiando, duobus vulneribus enormiter vulnerando interficere voluisset, ubi in sua defensione idem Michael per ipsum vulneratus exstitisset, per que vulnera idem Michael mortuus exstitisset, post cuius obitum domina relicta eiusdem contra ipsum Stephanum huiusmodi inquisicionem facere procurasset, quod ipse eandem dominam de possessione dicti Michaelis domini et mariti sui potencialiter exclusisset, in quibus omnibus idem Stephanus innocens est penitus et per omnia immunis. Datum die congregacionis et loco prenotatis, anno supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 63. dipl. lt. 3557. Közli: Kovács N.

185.

1343. febr. 14. A leleszi convent Miklós nádornak jelenti, hogy a midön Körtvélyes nevü Zemplén vármegyei birtokba Izsépi Jakabot beiktatták, Markalf fiának Jánosnak özvegye és fiai ellent mondtak.

. . Nicolao palatino et iudici comanorum Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez . . noverit vestra magnificencia literas vestras nos recepisse . . hunc tenorem continentes, quod nos ad statucionem et ad inquisicionem cuiusdam possessionis Kurthuelus vocate in comitatu Zemliniensi existentis unacum Gabriele de Parlag, Dominico filio Pangaracii de Cheley et Johanne filio Ivahun de Laztolch hominibus vestris vel uno ipsorum, nostrum hominem transmittere debuissemus; nos itaque in octavis Purificacionis virginis gloriose Marie unacum pretacto Dominico filio Pangarachii homine vestro, nostrum misimus hominem . . fratrem Nicolaum custodem ecclesie nostre . . ad premissa exequenda, qui demum . . retulerunt, quod ipsi secundo tercio et quarto die dictarum octavarum Purificacionis virginis gloriose accedendo ad faciem dicte possessionis Kurthuelus, universorum

vicinorum et commetaneorum eiusdem circumquaque existencium legitimis convocacionibus habitis et presentibus eisdem vicinis et commetaneis iamdictam possessionem Kurthuelus iuxta continenciam, iamdictarum literarum vestrarum Jacobo filio Michaelis de Isep iuxta suam demonstracionem recaptivando, sibi statuere voluissent perpetuo possidendam; tunc filii Johannis, scilicet Demetrius Nicolaus Barnabas et Benedictus ipsum, ac nobilis domina Chala vocata relicta dicti Johannis filii Markalfi eosdem a statucione prenotate possessionis Kurthuelus nuncupate prohibuissent; quam quidem dominam Chalam loco in eodem citassent ad vestram presenciam contra Jacobum filium Michaelis memoratum, octavas diei Cinerum proxime venturas eidem pro termino assignando. Ceterum prelibatus Jacobus unam possessionem Kurthuelus vocatam demonstrasset iuxta assercionem aliquorum vicinorum et commetaneorum, Nicolaus vero Demetrius Barnabas et Benedictus filii Johannis, per Nicolaum filium Markalfi et alterum Nicolaum dictum Zeuke de Huziumezeu nepotes Koch, declarabant plures possessiones nomine Kurthuelus in dicto comitatu Zemliniensi existentes pariter adiacentes. Datum in die beati Valentini martiris, anno domini M^{mo} CCC^{o} XL^{mo} tercio.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 194. 43. dipl. lt. 3559. Közli: Kovács N.

186.

1343. Csötörtökhely, mart. 6. Arany István morochai ispán és birótársa előtt két morochai várjobbágy elismeri, hogy azon birtokrész, melyet lakóhelyül használnak, Ádám comes tulajdonát képezi.

Nos magister Stephanus filius Aran comes de Morouchа et castellanus de minore Kemluk necnon Stephanus filius Simonis comes terrestris de eadem Morouchа significamus .. quod nos ex precepto .. Mykche bani tocius Sclavonie .. tam nobilibus quam iobagionibus castri in eadem provincia existen-

tibus secundum iusticiam regni cuilibet ipsorum possessionem restituere deberemus; tandem comes Adam filius Jacobi Andream filium Uisclan et Pichanum homines castrenses ad nostram presenciam citaverat super quandam particulam terre in qua ipsi manebant, quod esset ipsius hereditaria; quo termino adveniente idem Andreas con (igy) Pichano in nostri presencia et tocius provincie comparentes confessi sunt, ut predicta particula terre est superius nominati Adam; presentibus probis et honestis viris, videlicet Jacobo filio Vencezlai, Ivan et Georgio filiis Tatar, Johanne filio Mondek, Ivan filio Simonis, Endrei filio Mikou, Irecleno filio Bogdasdani, item ex parte castrensium Petreno villico, Gregorio filio Vgrini, Micaele filio Isac, Ivan filio Petrisa, Gredeha filio Bane, Vide filio Ulche, Ivanko filio Dobko, Egidio filio Stephani et aliis quampluribus; nos vero visa iusticia supradicti Adami, eandem terram sibi statuimus et nostris literis confirmavimus et per eum suis heredibus . . irrevocabiliter cum omnibus utilitatibus ad eandem particulam terre pertinentibus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem eidem Adamo presentes concessimus sigillorum nostrorum consignatas munimine roboratas. Datum in Chetretechel, feria quinta proxima post dominicam Invocavit, anno domini M° CCC° XL° tercio.

A függő pecsétek elvesztek; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1683. 1. dipl. lt. 3560. Közli: Kovács N.

187.

1343. Visegrád, mart. 16. I. Lajos király néhai Pezyei András fiának Dezsőnek Pezye és Zaka nevü Somogy vármegyei birtokait Ugali Pál országbírói ítélőmesternek adományozza.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magister Paulus filius comitis Iwanka de Vgal compater noster, prothonotarius comitis Pauli iudicis curie nostre, ad nostram accedens presenciam sueque fidelitatis servicia primum . . Karolo . . condam regi . . et per consequens nobis exhibita et impensa proponens et declarans, quasdam possessiones Deseu filii

Andree de Pezye proximi sui, ut asserit sine herede decedentis, Pezye in qua ecclesia beati Johannis Baptiste foret constructa, et Zaka iuxta fluvium Suksara in comitatu Symigiensi existentes, et possessionarias porciones si que aliquorum aliorum hominum sine herede decedencium in eisdem duabus possessionibus Pezye et Zaka vocatis essent, nostre collacioni pertinentes, necnon alias quaslibet omnes possessionarias porciones eiusdem Deseu filii Andree de Pezye ubilibet existentes, a nobis sibi suisque heredibus ac posteritatibus universis . . conferri postulavit. Nos itaque consideratis fidelitatibus . . quibus idem magister Paulus de Vgal compater noster a puericie sue temporibus predicto . . Karolo regi . . usque finem vite eiusdem patris nostri et per consequens nobis in diversis negociis, creberrime indefesse et incessanter studuit complacere . . volentes in aliqualem fidelium serviciorum suorum recompensacionem regio remuneracionis premio respondere, quamvis maiora et pociora mereretur, easdem possessiones prefati Deseu filii Andree Pezye et Zaka vocatas, et possessionarias porciones si que aliquorum aliorum hominum sine herede decedencium in eisdem duabus possessionibus Pezye et Zaka vocatis essent nostre collacioni pertinentes, necnon quaslibet alias omnes possessionarias porciones eiusdem Deseu filii Andree ubique existentes, cum omnibus earum utilitatibus, videlicet predicta lapidea ecclesia in eadem possessione Pezye ad honorem beati Johannis Baptiste fundata . . ac quibuslibet aliis pertinenciis ad easdem possessiones et possessionarias porciones spectantibus . . predicto magistro Paulo de Vgal compatri nostro et suis heredibus . . prout nostre regie collacioni de iure dinoscuntur pertinere . . donavimus sine preiudicio iuris alieni perpetuo . . possidendas . . Datum in Wissegrad, in dominica Oculi, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival, mely alatt e szavak olvashatók: »Relacio Andree Lochk«. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 555. 31. dipl. lt. 3562. Közli: Kovács N.

188.

1343. Visegrád, mart. 16. I. Lajos király néhai Egri Mihálynak felső-ónodi Borsod vármegyei birtokát Bulchi (Czudar) Péter kir. apródnak adományozza.

Nos Lodovicus .. rex .. significamus .. quod Petrus filius Dominici filii Dionisii de Bulch aule nostre parvulus ad nostre serenitatis accedens presenciam, suis fidelitatibus et serviciorum suorum preclaris meritis, nobis primum duce existentibus et demum volente domino in regimen regni Hungarie iure successionis paterne nobis debiti succedentibus, per eum placibiliter impensis, singula suo modo enarrando nostram revocatis in memoriam, quandam possessionem seu terram ut dicitur ad duo aratra sufficientem, Felsewolnad vocatam, iuxta fluvium Sayo, in comitatu de Bursud existentem, asserens eam olim Michaelis dicti de Agria proximi sui heredum solacio destituti prefuisse et ex eo iure ad nostram collacionem pertinere, sibi a nobis in recompensacionem suorum serviciorum dari et conferri perpetuo postulavit. Nos itaque qui ex innata regie pietatis clemencia cunctorum nobis fideliter obsequencium preclara merita animo metiri debemus pietatis, et hos quorum virtuosa merita regie retribucionis premio dignos efficiunt, regio tenemur donativo confovere, propositis peticionibus memorati Petri filii Dominici parvuli nostri fidelis pio auditu advertentes, memoriterque retinentes ipsius fideles famulatus, per quos se sepius studuit dulciter nobis complacere et se reddere graciosum atque acceptum, ut eius fidelibus serviciis munere donativo occurramus, de pietate regia memoratam possessionem seu terram Felsewolnad nominatam in dicto comitatu Bursudiensi existentem, cum omnibus .. pertinenciis, sub eisdem metis et metarum limitacionibus quibus eadem per dictum Michaelem et suos priores possessores habita exstitit et possessa, eo iure quo ad nostram pertinere dinoscitur collacionem, memorato Petro filio Dominici et eidem Dominico patri suo ac fratribus suis uterinis et eorum heredibus .. sine preiudicio iuris alieni perpetuo .. duximus con-

ferendam . . Datum in Wyssegrad, in dominica Oculi, anno domini M° CCC° XL^mo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival ; ennek helyén e szavak olvashatók : »Relacio magistri Nicolai filii Lachk ex parte regis« ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 64. dipl. lt. 3563. Közli : Kovács N.

189.

1343. Visegrád, mart. 23. Pál országbíró azon perben, melyet Berend fia Márton Békés vármegyei főispán Varsány nevü Zaránd vármegyei birtokba való beiktatásakor a Mihály fia Péter részéről történt ellenmondás miatt ez ellen inditott, a felperes részére ki alperessel hat márkában kiegyezett, kedvező ítéletet hoz.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum magister Martinus filius Berend comes de Bekes a . . Karolo olim . . rege quandam possessionem olim Stephani filii Alexandri hominis heredum solacio destituti pro suis fidelitatibus . . sibi perpetuo dari postulasset, eandemque ipsam regalis benignitas ipsi magistro Martino perpetua stabilitate si sue collacioni pertinere inveniretur iuxta approbatam regni sui consvetudinem mediante homine suo presente testimonio capituli ecclesie Waradiensis legitima reambulacione facta statui mandasset, et idem homo suus presente testimonio ipsius capituli Waradiensis ipsam possessionem vicinorum et commetaneorum eiusdem legitima convocacione facta, ipsi magistro Martino statuere collacioni regie pertinere reperiens voluisset, tandem inter alios Paulus filius Michaelis quandam possessionariam particulam de eadem possessione Wosyan in qua domus predicti Stephani filii Alexandri exstitisset, titulo emcionis ad se pertinere asserens, a statucione ipsi magistro Martino tunc facienda prohibuisset, ipseque magister Martinus eundem Paulum racione premisse prohibicionis iuxta continenciam literarum dicti capituli Waradiensis in crastino festi sancte Trinitatis anno domini M° CCC° XL^mo primo confectarum legitime citacionis modum observando, ad regie serenita-

tis presenciam, ad octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste tunc affuturas in causam attraxisset, et ipsa causa primum racione prioritatis termini ad quindenas festi beati Michaelis archangeli, et dehinc ad octavas diei Strennarum, deinde ad quindenas festi beati Georgii martiris, abhinc autem ad quindenas beati Stephani regis post se se subsequentes diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus prorogative devenisset; tandem ipsis quindenis festi beati Stephani regis occurrentibus, iuxta earumdem literarum nostrarum prorogatoriarum continenciam memoratus magister Martinus personaliter ad nostram presenciam accedendo, contra Petrum filium memorati Pauli in quem mortuo ipso Paulo patre suo ipsa causa redundata exstiterat, in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod cum ipse feria quarta proxima ante festum Penthecostes cuius tunc tercia advenisset revolucio annualis, accepto homine regio et testimonio dicti capituli Waradiensis, ad faciem dicte possessionis Wosyan in comitatu de Zarand existentis quondam Stephani filii Alexandri hominis sine herede decedentis, sibi per . . Karolum quondam . . regem date et collate, universorum vicinorum et commetaneorum eiusdem legitima convocacione facta, sibi statui per eosdem domini regis et dicti capituli homines facere voluisset, predictus Paulus filius Michaelis pater ipsius Petri ab huiusmodi statucione cuiusdam possessionarie particule super qua domus predicti Stephani filii Alexandri exstitisset, contradicendo prohibuisset, cuius contradictorie inhibicionis racionem scire vellet a Petro filio ipsius Pauli memorato; quo audito Stephanus filius Chozzow pro ipso Petro filio Pauli . . exsurgendo, ipsam particulam possessionariam super qua domus predicti Stephani filii Alexandri existeret, ipsi Petro filio Pauli titulo emcionis pertinere, et super eadem ipsum Petrum filium Pauli instrumenta habere allegans, ad eorumdem exhibicionem dilacionis terminum a nobis pecierat deputari, cui nos ad exhibicionem preallegatorum instrumentorum, ut visis eisdem quid in premissis opportunum fieret facere valeremus, octavas festi Omnium Sanctorum tunc affuturas pro termino duxeramus deputandum; de quibus octavis *festi* Omnium Sanctorum ipsa instrumentalis exhibicio sub

statu suo priori de parcium voluntate ad octavas festi Epiphanie domini tunc venturas exstiterat prorogata; qui quidem Petrus filius Pauli ad ipsas octavas festi Epiphanie domini per Thomam filium Johannis procuratorem dicti magistri Martini quindecim diebus coram nobis legitime exspectatus non venerat nec miserat; et cum nos prescripto capitulo ecclesie Waradiensis amicabiliter scribentes eorum amiciciam ad hoc postulassemus, ut ipsi suum mitterent hominem pro testimonio, quo presente Johannes filius Synke vel Andreas de Vsy altero absente homo regius ad faciem dicte particule terre quondam pretacti Stephani filii Alexandri in Wosyan habite . . accedendo, eandem per veras suas metas et antiquas reambularet et . . statueret predicto magistro Martino filio Berend perpetuo possidendam, si per ipsum Petrum filium Pauli vel alios non fieret contradictum, contradictores vero si qui fierent, citaret contra ipsum magistrum Martinum ad regiam presenciam ad terminum competentem; et post hec tocius facti seriem . . domino regi fideliter rescriberet. Tandem dictum capitulum dicto domino regi inter alia scribebat eo modo, quod cum ipsi unacum predicto Johanne filio Synke homine regio magistrum Petrum concanonicum minoris ecclesie beate virginis et sacerdotem chori eiusdem ad premissa fideliter exequenda pro testimonio destinassent, demum idem homo domini regis cum dicto eorum testimonio . . retulissent, quod cum ipsi feria tercia scilicet in Carnisprivio nunc proxime preterito, ad faciem predicte particule terre quondam Stephani filii Alexandri in memorata possessione Wosyan habite, vicinorum et commetaneorum eiusdem legitima convocacione facta pariter accessissent, et eandem per veras metas et antiquas reambulare et in locis necessariis novis metis erigendis prefato magistro Martino filio Berend statuere voluissent, predictus Petrus filius Pauli statucioni dicte particule terre, non tamen reambulacioni contradixisset prohibendo, quem eodem die et loco contra ipsum magistrum Martinum ad presentes quindenas diei Cinerum ad presenciam citassent regie maiestatis. Ipsis siquidem quindenis diei Cinerum occurrentibus, predicto magistro Martino personaliter, pro memorato vero Petro filio Pauli Stephano filio Chozzow . . iuxta

continenciam literarum predicti capituli Waradiensis predictarum ad nostrum iudiciarium conspectum accedentibus et eos ad pacis reformacionem a nobis mitti postulantibus et nobis benivole permittentibus, eisdemque tandem iterum ad nos redeuntibus, ad hùiusmodi concordie et perpetue pacis unionem se devenisse retulerunt . . coram nobis, quod dictus Stephanus filius Chozzow procurator memorati Petri filii Pauli cognoscens ipsam possessionariam particulam per literas memorati domini Karoli regis et instrumenta efficacia quorum vigoribus prescripta possessio Wosyan ipsi magistro Martino per regiam clemenciam exstitit collata, ipsi magistro Martino omni equitatis iure pertinere, et ipsum dominum Karolum regem ipsam possessionariam particulam ipsi magistro Martino ut suis manibus regiis de iure devolutam et sue collacioni per omnia possibilem, donatam et traditam expresse conspiciens, receptis eciam ab eodem magistro Martino sex marcis pro quibus ipsa possessionaria particula per memoratum Paulum filium Michaelis patrem annotati Petri a prescripto Stephano filio Alexandri iuxta tenorem et continenciam literarum capituli ecclesie Orodiensis privilegialium uberiorem (igy) coram nobis in specie exhibitarum emta seu comparata fuisse reperiebatur, et per ipsum magistrum Martinum ut dictus Stephanus procurator ipsius Petri retulit plene persolutis, eandem particulam possessionariam cum omnibus suis . . pertinenciis . . quibus primum per memoratum Paulum filium Michaelis et demum per Petrum filium ipsius Pauli annotatum iuxta continenciam memoratarum literarum capituli ecclesie Orodiensis privilegialium ipsa possessionaria particula habita fuit et possessa, prememoratus Stephanus procurator annotati Petri, vice et nomine eiusdem Petri filii Pauli, premissa procuratoria auctoritate, ipsi magistro Martino et suis heredibus . . sine tamen preiudicio iuris alieni . . restituit . . perpetuo . . possidendam . . preallegatas capituli Orodiensis predicti literas privilegiales ipsi magistro Martino restituendo . . coram nobis. Unde nos ex eo quia prememoratus Stephanus filius Chozzow procurator memorati Petri filii Pauli in persona eiusdem Petri iuxta premisse composicionis . . formam preallegatam possessionariam particulam litigiosam, nihil iuri

ipsi Petro et eius successoribus reservans de eadem, memorato magistro Martino filio Berend perennali iure . . resignavit possidendam, ex eo eciam quia eandem possessionariam particulam ex plurium . . instrumentorum vigoribus per regiam donacionem . . pleno iure attinere evidenter reperiebamus magistro Martino annotato, ipsam possessionariam particulam ipsi magistro Martino et suis heredibus . . eo iure et titulo quo sibi per regiam clemenciam collata fore dinoscitur, adiudicavimus iudiciaria auctoritate, sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidendam; prenominato Petro filio Pauli amodo et deinceps perpetue taciturnitatis silencium imponentes ab eadem . . Datum in Wyssegrad, duodecimo die quindenarum dicti Cinerum predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio.

A pecsét piros selyem-sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1508. 41. dipl. lt. 3547. Közli: Kovács N.

190.

1343. Visegrád, apr. 2. Pál országbíró a budai káptalant kiküldi, hogy Keerchi Petőt Zahyus nevü birtokba Chyko mester ellenmondása daczára iktassa be.

. . capitulo ecclesie Budensis comes Paulus iudex curie . . cum causa inter Petew filium Gyarman de Keerch actorem et inter magistrum Chykow filium Chyko, primum in presencia domini Nicolai palatini ventilata et demum in octavis diei Strennarum proxime preteritis a presencia ipsius domini palatini iuxta continenciam literarum eiusdem ad regiam transmissa presenciam, ob eiusdem domini regis preceptum ad diem medii Quadragesime prorogata exstitisset, (tandem) ipsis octavis diei medii Quadragesime occurrentibus, idem Petew filius Gyarman personaliter, pro predicto autem magistro Chykow Paulus dictus Putruh . . iuxta continenciam earumdem literarum nostrarum ad nostram iudiciariam accedentes presencium dictus Paulus (procurator) dicti magistri Chyko . . in eo si declaratam haberet accionem, requisi-

tum habuisset, idem Petew mox et ibidem quasdam literas .. Wyllermi olim regni palatini ad sue accionis declaracionem anno domini M° CCC° XL^mo secundo confectas nobis presentabat, in quibus inter cetera habebatur, quod cum idem .. Wyllermus palatinus feria secunda proxima post octavas festi beati Georgii martiris aqud villam suam Wybeych universitati nobilium comitatuum Pestiensis et Pilisiensis congregacionem celebrasset generalem, dictus Petew filius Gyarman de Keerch de medio aliorum exsurgendo, universos vicinos et commetaneos cuiusdam possessionis sue Zahyus vocate ab .. utilitatum eiusdem percepcione prohibuisset, et audito eo Paulus filius Jacobi officialis magistri Chykow, ipsam possessionem Zahyus ipsius magistri Chykow domini sui fore allegasset, quam quidem causam dictus .. Wyllermus palatinus ad peticionem dicti Pauli officialis magistri Chykow, ut idem magister Chyko racionem qua mediante ipsa possessio Zahyus sibi pertineret assignaret, ad octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste tunc affuturas prorogasset; quibus perlectis eodem Petew racionem, mediante qua prescriptus Paulus officialis magistri Chykow ipsam possessionem Zahyus ipsius magistri Chykow fore allegasset, ipsum Paulum procuratorem eiusdem magistri assignari postulante, ipse Paulus procurator eiusdem magistri Chyko respondebat ex adverso, quod ipse magister Chyko dominus suus possessionem haberet hoc nomine Zahyus vocitatam, sed utrum ipsam domini sui possessionem Zahyus vel aliam ipse Petew suam esse asserat, penitus ignoraret, quia ipse Petew nomine sue possessionis talem recapere (non) posset, in cuius recaptivacione ipse magister Chykow contradiccionis velamine instaret, talem enim recaptivare posset cuius recaptivacioni et statucioni nullius contradiccionis obstaculo obviaret. Unde cum parcium perceptis obieccionibus memoratam possessionem Zahyus quam idem Petew suam fore assereret hereditariam, regni consvetudine requirente recaptivari adiudicavimus, amiciciam vestram requirimus diligenter per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus de Bonyarch vel Thomas de eadem aut Paulus de Echkeny seu Dominicus dictus Santus de Egerzegh aliis absentibus homo domini nostri regis, in

quindenis beati Georgii martiris nunc affuturis, ad faciem dicte possessionis Zahyus, vicinis et commetaneis suis . . convocatis accedat, et predictis partibus vel earum legitimis procuratoribus inibi presencialiter existentibus, possessionem Zahyus quam dictus Petew nomine suo recaptivari et sibi statui dixerit, idem homo regius recapiat et statuat prefato Petew filio Gyarman, presente testimonio vestro, perpetuo possidendam si per eundem magistrum Chykow vel alios quoslibet non fuerit contradictum, contradictores alios si qui fuerint, contra eundem Petew filium Gyarman ad octavas festi Penthecostes nunc (proxime) affuturas in presenciam citet regie maiestatis sue contradiccionis racionem reddituros; si enim idem magister Chykow contradixerit, non citetur, quia in predictis octavis festi Penthecostes absque citacione sue contradiccionis racionem reddere oportebit magister Chyko annotatus; ipsam enim possessionem vel quantamcunque particulam ex ea per quempiam prohibitam, signis pro metis undique positis consignando et regali mensura mensurando, si mensurari vel visu considerari potest, deo pre oculis habito, iuxta regni consvetudinem volumus estimari; nihilominus scire volumus, si dicta possessio pacifice statui poterit, per quem vel quos hactenus habita fuerit et possessa; et post hec seriem omnium premissorum . . ad dictas octavas festi Penthecostes domino regi . . rescribatis. Datum in Wyssegrad, octavo die octavarum predictarum, anno domini M° CCC° XL^mo tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 707. 44. dipl. lt. 3548. Közli: Kovács N.

— — —

191.

1343. Visegrád, apr. 2. Pál országbíró a pécsi káptalant kiküldi, hogy a felek részére kirendelt választott bírákkal egyezség útján intézze el azon vitás ügyet, mely Berizlónak, Folbert fia István özvegyének és fiának Mártonnak Terpenye és Folbertelek nevű birtokaiból Szentmihályi Mihály által ennek Pacsinta nevű birtokához történt foglalás következtében fölmerült.

Capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis comes Paulus ... rie . . noverit vestre discrecionis amicicia, quod v...

causam quam Berizlou de Terpene in facto cuiusdam particule terre seu possessionis sue ad dictam possessionem Terpene ut dicitur pertinentis, et nobilis domina relicta Stephani filii Folberth et Martinus filius suus racione similiter cuiusdam particule terre ad possessionem Folberthteluke vocatam, ut asseritur attinentis, per Michaelem de Scenmihal occupatarum ad possessionem Pachynta nominatam ut asserebant applicatarum, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum contra eundem Michaelem de Scenmihal in octavis diei medii Quadragesime movere habebant coram nobis, de mandato domine regine modo quo infra vobis evidenter patebit et subsequitur, duximus prorogandam; igitur vestre discrecionis amiciciam requirimus . . quatenus vestros mittatis homines pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Demetrius filius Herbordi de Scenmaria vel Benedictus filius Ladislai de Kelemen pro parte memoratorum Berizlay et . . relicte Stephani ac Martini filii sui, item Johannes dictus de Palagar vel Michael filius Pauli de Baghy pro parte magistri Michaelis, aliis absentibus homines domini nostri regis, in octavis beati Georgii martiris nunc proxime affuturis, ad facies ipsarum particularum possessionum et terrarum quas memorati Berizlo et . . relicta Stephani ac filius eius ipsorum fore et per dictum magistrum Michaelem occupatas et dicte possessioni Pachynta applicatas esse asserunt . . accedant, et tam memorati Barizlou . . relicta Stephani et suus filius, quam prelibatus magister Michael, universa eorum instrumenta . . que in facto memoratarum particularum terrarum . . litigiosarum habere dinoscuntur, coram Ladislao filio Demetrii bani, Hedreh filio Hedreh de Darna et Demetrio filio Barnabe de Benchench per memoratos Barizlou et . . relictam Stephani et Martinum eius filium, item Laurencio filio Johannis dicti Fyntur de Sancto Thoma, Georgio filio Samyl et Petro filio Philippi, ad fiendum super infradeclarandis articulis inter partes in faciem memoratarum particularum terrarum . . arbitrium adductis, in superficie earumdem . . exhibere teneantur, quibus exhibitis . . ac interpretatis, memorati sex probi viri in arbitrium premissum per partes adducti, ex tenoribus . . preallegatorum instrumentorum per predictas partes inibi exhibendorum

lucidius informati super parcium iuribus, scilicet intra quorum metas eedem litigiose terre fore et cui vel quibus earumdem parcium per instrumentorum vigores validiores pocius competere per verarum metarum in eisdem instrumentis contentarum ostensiones . . invenerint arbitrantes, illi vel illis ex partibus supradictis statuere teneantur; et tandem tocius facti seriem . . ad quindenas dicti festi beati Georgii martiris domino regi fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ tercio.

A pécsi káptalannak I. Lajos királyhoz 1343. máj. 6-án intézett jelentéséből, mely szerint a helyszínén a felek kiegyeztetése nem sikerült; a káptalan jelentése megvan eredetiben Keszthelyen, a gr. Festetics cs. ltárában »Ignota Miscell.« 37.

192.

1343. Visegrád, apr. 3. I. Lajos király előtt Gyula fia Gergely egy részről, más részről a nevezett Gyulának testvére András és annek fiai, Kis-Túr nevü Hont vármegyei, s Bajka, Kis-Dimalos és Ulyugh nevü Bars vármegyei szerzett és örökölt birtokaikat maguk között felosztják.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magistro Gregorio filio Gyule pro se personaliter, pro Nicolao autem filio eiusdem Gyule fratre suo . . cum procuratoriis literis . . ab una, item Georgio et Andrea filiis Andree fratris predicti Gyule pro se similiter personaliter, et pro dicto Andrea patre eorumdem . . parte ab altera coram nobis propriis eorum in personis constitutis, propositum exstitit per eosdem . . quod ipsi in factis possessionum eorumdem, racione quarum prenominati Andreas et filii sui dictos magistrum Gregorium et Nicolaum filios Gyule ad presenciam . . iudicis curie nostre in causam attraxerant, composicionibus proborum virorum . . interveuientibus, ut inter eos fraternalis dileccio et amicicia regnet et perseveret caritativa . . ad talem perpetue pacis unionem . . devenerunt coram nobis, quod iidem magister Gregorius et Nicolaus filii Gyule quasdam possessiones ipsorum Kystur

vocatam in comitatu Huntiensi habitam titulo emcionis ad ipsos pertinentem, et Bayka nominatam in comitatu Borsiensi sitam hereditariam simulcum porcione possessionaria a Nicolao dicto Feuldes precio comparata . . in eadem Bayka habita, ac quartam partem cuiusdam possessionis eorumdem Kydymalas nominate emticie . . in eodem comitatu Borsiensi adiacentis, necnon terciam partem possessionum eorum Kystapolchan hereditarie et Wlyugh appellatarum prope eandem existentis, ut dicitur per . . Karolum . . regem . . collate, in eodem comitatu Borsiensi sitarum, sicut hactenus habuissent, cum omnibus earum . . pertinenciis . . prefatis Andree fratri Gyule predicti, Georgio et Andree filiis eiusdem ac ipsorum heredibus . . resignassent . . coram nobis perpetuo . . possidendas . . tribus partibus eiusdem possessionis Kydymalas vocate et duabus partibus prefatarum possessionum Kystapolchan et Wlyugh nominatarum ipsis magistro Gregorio et Nicolao filiis Gyule ac ipsorum heredibus similiter cum omnibus utilitatum earumdem integritatibus perpetuo remanentibus; ceterum possessiones universas a Laurencio literato propter furtum in domo regia ut refertur per eundem commissum ab ipso ablatas et eidem Georgio filio Andree per eundem regem ob sue fidelitatis constanciam collatas, cum omnibus suis utilitatibus in duas partes dividere . . tenerentur coequales, quarum unam predicti filii Gyule, partem vero alteram Andreas et filii sui prenotati ac ipsorum heredes possiderent et haberent; alias eciam possessiones eorumdem per manus alienas occupatas, per quemcunque ipsorum quandocunque reoptinendas, similiter communiter inter se dividerent . . voluerunt preterea partes prenotate, quod si qua parcium predictarum alicuius temporis curriculo pretextu aliquarum possessionum vel porcionum possessionariarum eorumdem impeteretur molestando, tunc ipsam partem impetentem rebus et persona mutuo adiuvare tenerentur; instrumenta eciam et literalia munimenta, quorum vigore dictam possessionem Kystur et porcionem in Bayka habitam a prefato Nicolao Feuldes dicto redemtam habuissent, iidem magister Gregorius et Nicolaus filii Gyule in manus eorumdem Andree et filiorum suorum assignarent; universas eciam literas inter eosdem hactenus contra sese quoquomodo

emanatas, cassas . . reddiderunt . . tali vinculo obligaminis mediante, quod si qua parcium predictarum dictam composicionem divisionariam . . in parte vel in toto infringendo violaret, contra partem alteram ipsam observantem in succubitu duelli potencialis convinceretur ipso facto . . et ad premissa inter eos facta videnda et dividenda . . testimonium capituli ecclesie Strigoniensis, cui ipsum hominem suum presentibus ad id transmitti iubemus, adducere assumserunt, in cuius presencia Stephanus vel Nicolaus filii Pauli aut Deseu filius Zanchuk seu Emericus filius Ders aliis absentibus homines nostri in octavis beati Georgii martiris nunc venturis ad facies predictarum possessionum accedendo, cum aliis probis viris per partes adducendis, omnia sic suo modo sicut premissum est dividentes et disponentes ordinent inter partes prenotatas. Datum in Wyssegrad, feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC^mo XL^mo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 115. 29. dipl. lt. 3569. Közli: Kovács N.

193.

1343. Visegrád, apr. 4. Erzsébet királyné előtt Beyai Simon fia Dezső fiai, Taplocza nevü Gömör vármegyei birtokukat Cselén fia Sándor fiainak Törincs nevü Nógrád vármegyei birtokáért elcserélik.

Nos Elisabeth . . regina Hungarie . . significamus . . quod Nicolao Ladislao et Simone filiis Deseu filii Simonis de Beya de comitatu Gumuriensi pro se personaliter et pro Bartholomeo ac Stephano fratribus suis carnalibus . . ab una, et magistris Joanne et Jacobo filiis Alexandri filii Celen similiter personaliter parte ab altera coram nobis constitutis, propositum exstitit per eosdem . . quod ipsi in possessionibus eorum infra nominandis tale concambium . . inter se fecissent . . quod iidem filii Deseu filii Simonis quandam possessionem eorum hereditariam Thopolcha vocatam in comitatu Gumuriensi iuxta fluvium Ilsva vocatum existentem, cum omnibus suis . . pertinenciis uni-

versis quovis nominis vocabulo vocitatis in superficie eiusdem possessionis existentibus, sub antiquis metis et terminis quibus per ipsos et eorum priores progenitores habita exstitisset et possessa, prenominatis magistris Johanni et Jacobo filiis Alexandri et eorum heredibus . . perpetuo . . possidendam . . et si necesse fuerit alii vel aliis per eos tradendam et quovis titulo alienandam dedissent . . coram nobis; e converso autem prefati filii Alexandri de possessione eorum Teurynch vocata in comitatu Neugradiensi existenti, in valore qualitate et quantitate eiusdem possessionis Thopolcha equivalentem porcionem prefatis filiis Deseu ac eorum heredibus . . tradidissent . . coram nobis in concambium dicte possessionis Thopolcha perpetuo . . possidendam . . ita videlicet, quod si prefata possessio Teurynch maioris valoris predicte possessionis Thopolcha fuerit, tunc superfluum eiusdem iidem filii Alexandri pro se reservabunt, si autem minoris valoris fuerit, tunc defectum eiusdem de aliis suis possessionibus in congrua vicinitate eiusdem possessionis Teurynch existentibus supplere tenerentur, tali obligacione mediante, quod quicunque temporis in processu racione dicte possessionis Thopolcha eum vel eos, cui vel quibus eadem per prefatos filios Alexandri tradita fuerit, ordine iudiciario impetere attentarent, extunc iidem filii Deseu et eorum heredes ipsos filios Alexandri et eorum heredes, ac eos quibus ipsa possessio Thopolcha per ipsos tradita fuerit, in dominio eiusdem possessionis Thopolcha immobiliter et immutabiliter conservare et ab omnibus impetitoribus cum gravamine aliarum possessionum suarum in eadem omni occasione postposita conservando, eosdem expedire tenerentur; e converso vero iidem filii Alexandri, eosdem filios Deseu et eorum heredes ab omnibus racione dicte possessionis seu possessionarie porcionis Tewrynch vocate molestare volentibus expedire tenerentur propriis suis laboribus et expensis, qui si expedire non possent . . extunc de aliis possessionibus in valore qualitate et quantitate equipollentem possessionem eisdem filiis Deseu dare, et ipsi filii Deseu sine retractacione aliquali accipere tenerentur; et quia prefati Nicolaus Ladislaus et Simon filii Deseu pro Bartholomeo et Stephano fratribus suis carnalibus absque literis procuratoriis astabant, ideo iidem Nicolaus Ladislaus et Simon ipsos Bar-

tholomeum et Stephanum fratres eorum in festo beati Georgii martiris nunc venturo aut propriis eorum in personis coram nobis statuere, aut pro eisdem cum sufficientibus et legitimis procuratoriis literis comparere, et premissam totam possessionariam permutacionem . . per eosdem in perpetuum . . observari facere tenerentur; hoc tamen adiecto, quod prefati filii Deseu, quandocunque prefatam possessionem seu possessionariam porcionem Teurynch vocatam per ipsos filios Alexandri eis in premissum concambium datam . . quovis modo alienare niterentur, non alii nec aliis nisi predictis filiis Alexandri dandi . . et quovis titulo alienandi haberent facultatem . . Datum in Wyssegrad, feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC° XL° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 66. dipl. lt. 3568. Közli: Kovács N.

194.

1343. apr. 5. A nyitrai káptalan bizonyítványa azon birtokrész határjárásáról, melyet Kenéz fiai Péter és Fülöp, Geszt nevü birtokukból Elefánti Máté fiainak ezek Moytech nevü birtokához átengedtek.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis significamus . . quod cum nos ad . . peticiones Nicolai filii Mathie de Elephanth, Mathie et Thome fratrum ipsius uterinos, (így) ab una parte, item Petri filii Kenez pro se et pro Philippo fratre suo . . ex altera ad erecciones metarum . . Nicolaum custodem et Cosmam socios et concanonicos nostros, componentibusque probis viris nobilibus super facto mortis seu interemcionis Johannis fratris eorumdem Nicolai Mathie et Thome ac vulnerum illacione Petri servientis ipsorum, quandam particulam terre sue de possessione sua Geezth vocata in vicinitate terre Nicolai Mathie et Thome predictorum Moyteh nominate, sub metis et terminis infrascriptis eisdem Nicolao Mathie et Thome filiis Mathie feria secunda proxima post dominicam Judica proxime preterita dare et assignare perpetuo possidendam deberent et tene-

transmitteremus, qui negocio bene intenti . . concordi-

ter retulerunt, quod ipsa feria secunda ad faciem predicte particule terre accessissent, convocatis universis vicinis et commetaneis suis, predictam terre particulam de dicta possessione sua Geezth vocata, Nicolao Mathie et Thome filiis Mathie de Elephant prenotatis in filios filiorum . . tradiderunt iure perpetuo . . possidendam . . nemine contradictore apparente, omni iuri omnique proprietati et dominio renunciantes quod vel quam in ipsa particula terre et eius utilitatibus universis habere noscebantur; cuius quidem terre particule mete hoc ordine distinguntur: incipit enim prima meta a parte orientali circa quandam foveam Ledneche vocatam, circa quam quidem due mete terree sunt erecte, et currit directe versus occidentem per continuas metas terreas ubilibet duplicatas, quarum una semper separat possessioni dictorum filiorum Kenez Geezth vocate, videlicet a parte meridionali, secunda vero distingit possessioni Moytheh a parte septemtrionali, et sic protrahitur ad quoddam rubetum Harazth dictum, sub inferiori parte declinando parvum tendit ad antiquam metam ibique terminantur . . Datum sabbato proximo ante dominicam Ramispalmarum, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1671. 66. dipl. lt. 3570. Közli: Kovács N.

195.

1343. Visegrád, apr. 6. I. Lajos király előtt Mannus nevü telkibányai volt orvos, Ó-Budán a piaczon, egy curiáját Tötös kir. főajtónállónak Bars vármegye főispánjának s lévai és ó-budai várnagynak 50. márka denárért örök áron eladja.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod strennuo milite magistro Tuteus ianitorum nostrorum magistro comite Borsiensi et castellano castrorum de Leva et de Weteri Buda ab una, item magistro Manno phisico quondam urburario de Teluky parte ab altera coram nobis personaliter constituti per eundem magistrum Mannum confessum exstitit . . quo ipse receptis ab eodem magistro Tuteus quinquaginta marc

ariorum promtorum ad racionem Budensem, quendam fun-
n seu locum curie sue in predicta Veteri Buda in loco fori
vicinitate fundorum Johannis filii Chepani ab una, parte
o ex altera Pauli sartoris habitum et existentem, titulo
cionis ut dicit ipsum contigentem, cum omnibus suis . . per-
nciis . . pallacio videlicet in eodem constructo et aliis edifi-
muralibus et ligneis . . vendidisset . . eidem magistro
teus et per eum suis heredibus . . perpetuo . . possidendum
oram nobis . . Datum in Wyssegrad, in dominica Ramispal-
rum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. A. 860. 21. dipl. lt. 3571. Közölve néhai Vincze Gábor másolata után.

196.

43. máj. 2. Az aradi káptalan előtt Pósa mester Krassó vár-gye főispánja, megbizottja által előterjeszti, hogy az ér-somlai várhoz tartozó több birtokot Rajk fia Lukács elfoglalt.

Nos capitulum ecclesie Orodiensis damus pro memoria, od Petrus dictus Bok famulus magistri Powsa comitis de arasow in persona eiusdem domini sui accedens ad nostram esenciam retulit protestando, quod Lucasius filiis Rayk quas-m possessiones castri domini regis Ersomplo vocati, Steepk-na, Lucaya, Beykezd, Harasthowth, Brancfolua, Feketeyzwar, Neugteluk cum montibus et aliis utilitatibus et pertinenciis umdem indebite sibi usurpasset ac occupasset, et nunc deti-et occupatas. Datum feria sexta proxima post octavas beati orgii martiris, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo tercio.

Papíron, zárlatán monorú pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, . Festetics cs. ltban. »Ignota Miscell.« 38.

197.

1343. máj. 3. A nagyváradi káptalan előtt Nyilas András neje és fia, a váradi határban egy szőllőt, László szeghalmi főesperes Ferencz nevü kenyérsütő jobbágyának eladnak.

Capitulum ecclesie Varadiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod domina relicta Stephani scilicet solliperi (így) de villa sancti Stephani de promontorio Waradiensi unacum Barlaba filio suo genito ab Andrea sagittario secundo marito suo ab una, Ferench vero fornarius seu pistor iobagio magistri Ladislai archidiaconi de Zugholm concanonici nostri parte ab altera coram nobis personaliter constituti, eadem domina relicta Andree solliperi cum Barlaba filio suo, vineam ipsorum in districtu Waradiensi in vicinitate vinearum Johannis literati de Venecys et Blasii filii Pauli existentem, cum universis fructibus et quibuslibet aliis utilitatibus . . presentibus eisdem vicinis suis, et iure vicinali consencientibus et pertinentibus, predicto Ferench fornario et suis heredibus . . perpetuo . . possidendam . . vendidisse . . sunt confessi coram nobis, pro decem marcis racionis Budensis, plene solutis et receptis ab ipso, nullo dominio proprietario eis et eorum successoribus reservato in eadem, sed plenum ius ipsius vinee in predictum Ferench et suos posteros transferentes tamquam veros dominos et legitimos possessores; assummentes . . se eadem domina relicta Stephani unacum Barlaba filio suo . . racione prefate vinee . . eundem Ferench fornarium cum suis posteris ab omnibus molestare . . volentibus per omnia expedire . . Datum in festo Invencionis sancte crucis, anno domini M° CCC° XL^mo^ tercio; domino cardinali Bertrando preposito Ladislao lectore, Philippo cantore, Gregorio custode . . existentibus.

A pecsét veres selyem-sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 61. 10. dipl. lt. 3575. Közli: Kovács N.

198.

13. maj. 6. A győri káptalan bizonyságlevele arról, hogy ini Ábrahám fiai, Sebes és Péter, Szentgyörgy és Bazín vá- s egyéb örökölt és szerzett birtokaikon mi módon osztoztak meg.

Nos capitulum Jauriensis ecclesie . . significamus . . . l secundum seriem . . literarum . . Nicolai palatini . . comicionalium pro parte magistri Sebus filii Abrae de Bozyn Dionisio magno . . Johannem archidiaconum Papensem, parte vero magistri Petri fratris eiusdem Sebus uterini Emerico de Kozlon hominibus regie maiestatis in literis posicionalibus . . Karoli . . regis . . nominatim inscriptis . . olaum notarium nostrum socios et concanonicos nostros testimonio idoneos . . ad videndam divisionem possessioiam in octavis beati Georgii martiris inter ipsos fiendam eosdem destinassemus; demum prenotati Dionisius magnus Emericus homines regie maiestatis cum eisdem . . testimonostris ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod secundum seriem . . predictarum literarum composicionadomini palatini in octavis beati Georgii martiris in lium eorumdem nobilium virorum magistrorum Sebus et ri in Bozyn accessissent, prenotati magistri Sebus et Petrus psorum presencia in castris eorum talem inter se fecis. . . perpetualem divisionem, quod castrum Bozyn dictum villa sub eodem castro adiacente simulcum damno et ssione tributi vinearum seu iuris montani eiusdem Bozyn, villa Sumberg, item villa Wyfolw et possessio Zelees omnibus earumdem . . pertinenciis . . in ius et proprieta. . predicti magistri Sebus et heredum suorum cessissent et nissent; e converso vero castrum Zent-Gurg nominatum villa sub eodem castro existente, item villa Ziky, item villa and similiter cum omnibus . . pertinenciis . . in ius et protatem . . prenominati magistri Petri fratris eiusdem Sebes eredibus suis perpetuo . . possidendum et habendum ces et devenisset; hoc tamen specialiter assummendo parirmiter declarassent, quod in octavis nativitatis sancti Johan-Baptiste nunc venturis, coram hominibus regie maiestatis in

predictis literis regalibus composicionalibus nominatim expressis et nostris testimoniis per partes tunc communiter adducendis, idem magister Petrus frater Sebus metas castri Zenthgurg et possessionum prescriptarum ad dictum castrum pertinencium, mediantibus literis suis privilegialibus exinde confectis, si rehabere poterit ostendere tenebitur; quas quidem literas super castro Zenthgurg et villis ad dictum castrum pertinentibus idem magister se non habere, sed ubi et apud quem forent eedem litere auditu percepisse asseruisset, et eidem magistro Petro fratri suo ante predictas octavas nativitatis sancti Johannis Baptiste fide sua mediante deo debita redicere seu manifestare assumsisset; et si litere eedem metas sancti Georgii absque contradiccione magistri Sebus exprimerent bene quidem, alioquin idem magister Petrus per se personaliter metas Sancti Gergii ostendere, et si in ostensione metarum ipsarum magister Sebus contentus non fuerit, extunc ipse magister Sebus metas Sancti Georgii castri scilicet et villarum ostendere tenebitur; et si partes concordare non possent super eo, tunc idem magister Petrus iuramento suo mediante prout iuxta regni consvetudinem super facto possessionis seu terre est iurare consvetum, metas possessionis Zenthgurg erigere tenebitur; demum magister Sebus eodem die in facie possessionis Bozyn et villarum ad eandem pertinencium literas suas .. exhibere tenebitur, et si dicte litere ipsas metas evidenter declaraverint, bene quidem, alioquin idem magister Sebus metas possessionis Bozyn mediante iuramento suo ut in facto terre secundum regni consvetudinem est solitum iurare, tenebitur similiter erigere metas Bozyn et villarum pertinencium ad eandem; preterea terram litigiosam inter possessiones predictas Zenthgurg et Bozyn existentem, quia idem magister Petrus partes sive porciones duas ipsius se emisse seu comparasse asseruisset, ipsas duas partes eiusdem terre litigiose in ipsis octavis sancti Johannes Baptiste in duas inter se dividere tenebuntur equales porciones, et idem magister Sebus medietatem pecunie pro qua ipse due partes comparate exstiterant, reddere et restituere tenebitur Petro fratri suo predicto; si autem ipsam terram litigiosam in toto emere poterunt, similiter in duas inter se dividere tenebuntur equales porciones; ceterum possessio Zemeth nominata in Cholle-

z existens cum omnibus utilitatibus magistro Sebes quia
ligata exstiterat cessisset et devenisset; e converso autem
ssessio Eburharth similiter in Chollokus existens cum omni-
s . . pertinenciis . . magistro Petro fratri eiusdem Sebus et
redibus suis cessisset et devenisset; insuper alias possessiones
sorum in Chollokuz existentes, tercio die predictarum octa-
rum sancti Johannis Baptiste similiter in duas inter se
videre equales porciones assumsissent; alias eciam pos-
ssiones ipsorum ubicunque existentes universas communi-
r, laboribus et expensis communibus requirere, et inter se
quisitas in duas equales porciones assumsissent alias divi-
ros; mutuo eciam se et vicissim super factis universarum
ssessionum eorumdem laboribus et expensis assumsissent
eri seu defensare. Retulerunt eciam homines regie maiestatis
nostri, quod dum de divisione equacie magistri Petri in ipsa
visione mencio facta fuisset, idem magister Petrus cum eodem
agistro Sebus ipsam equaciam dividere noluisset, sed eandem
uisiticiam et emticiam, non patrimonio sibi relictam alle-
sset; literas insuper et privilegia super castris villis et pos-
ssionibus in ipsa divisione cessis, in manus predictorum magi-
rorum Sebus et Petri assignari . . debere communiter decre-
ssent, prout in literis composicionalibus regalibus plenius
ntinetur. Datum feria tercia ante quindenas festi beati
orgii martiris, anno domini M° CCC° XL° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. R. A. 380. 25. dipl. lt. 3577. Közli: Kovács N.

199.

13. máj. 6. A pozsonyi káptalan előtt Pozsony város bírája és ntgyörgyi Péter, ez utóbbi alattvalóinak Pozsony városába való beköltözésök módozatára nézve kiegyeznek.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis significamus . . quod
ilis . . Petrus filius Abraam de Sancto Georgio ab una
te, et . . comes Jacobus iudex et iurati ceterique cives civi-
s Posoniensis ab altera personaliter coram nobis consti-
. . fatebantur, quod cum inter ipsos super translacione vel
ssu iobagionum eiusdem magistri Petri et specialiter

Perthtoldi pellificis, qui se ex possessionibus quibuslibet ipsius magistri Petri in civitatem causa sui mutandi domicilii sunt soliti vel voluerint se transferre, quidam fomes dissidii licet parvi exstiterit suscitatus, tamen ipse partes racione boni pacis seu concordie, ne ex huiusmodi rancoris fomite ipsis partibus discordandi in antea maius possit oriri incentivum, super eo taliter concordassent . . quod si a modo in deinceps quispiam colonorum seu iobagionum ipsius magistri ex quacunque possessione eius in ipsam civitatem Posoniensem in medium civium et hospitum domini nostri regis se transferre voluerit moraturum, extunc unus ex concivibus seu hospitibus ipsius civitatis Posoniensis ad ipsum magistrum Petrum, si eum in ipsa possessione unde ipse iobagio vel colonus fuerit discessurus protunc presentem fore contingerit, alioquin ad officialem et villicum necnon seniores eiusdem ville qui pro tunc ibi reperti fuerint, accedere teneatur, et ab ipso magistro Petro vel eius officiale villico et senioribus in ipsa civitate Posoniensi iobagioni vel colono licenciam postulet et optineat illinc discedenti vel discedere attentanti, ne deinceps ipse magister Petrus cuiuspiam coloni vel iobagionis sui ab eo recedentis furtivum recessum contra ipsos civitatenses perperam valeat arguens allegare . . Datum feria tercia in die festo beati Johannis ante portam latinam, anno domini M° CCC° XL^mo tercio.

Ugyancsak a pozsonyi káptalannak 1347. august. 13-án »magister Petrus filius Abrae de Sancto Georgio« kérésére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 359. 8. dipl. lt. 3576. Közli: Kovács N.

200.

1343. Visegrád, máj. 9. I. Lajos király a jászai conventet Kemey Miklós babanai csordájának Abafi Péter fiai által történt elhajtása dolgában vizsgálatra küldi.

Lodovicus . . rex . . conventui de Jazo . . dicit nobis Nicolaus de Kemey, quod Nicolaus et Laurencius filii Petri filii Aba feria sexta proxima post octavas festi beati Georgii martiris ad possessionem suam Babana vocatam potencialiter

veniendo, gregem eiusdem abstulissent culpis suis minime exigentibus; quare .. precipimus .. quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Stephanus filius Laad de Mezeunyek vel Laurencius de Korhy aut Pangracius de Zyme, aliis absentibus homo noster, ab omnibus de premissis investigando, sciat et inquirat omnimodam veritatem; et post hec .. nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria sexta proxima post quindenas festi beati Georgii martiris, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo tercio.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 438. 6. dipl. lt. 3581. Közli: Kovács N.

201.

1343. Visegrád, maj. 10. I. Lajos király Cseh Péter özvegyének néhai Corrard fia Miklós nővérének az ettől nyert Zitve és Balkach nevü birtokokat visszaadatni rendeli.

Nos Lodovicus .. rex .. significamus .. quod comes Michael de Enyd, Nicolaus filius Balabuch et Johannes de Apold, Petrus de Korus, Nicolaus de Egurbek et Renoldus de Medyes, vice et nomine domine Katherine relicte Petri dicti Cheech sororis videlicet Nicolai filii Corrardi, ad nostram accedentes presenciam, nobis taliter conquesti exstiterunt, quod prefata domina Katherina a duabus possessionibus suis Zytve et Balbach vocatis, que quondam prefati Nicolai filii Corrardi fuissent emticie et tandem eidem domine sorori sue mediantibus efficacissimis instrumentis tradidisset et perpetuasset, exclusa et eiecta exstitisset indebiter et iniuste, petentes nostram humiliter excellenciam supplicando, ut super hoc ipsi domine dignaremur providere remedio opportuno; nos itaque qui ex debito officio suscepti regiminis orphanos et viduas defendere tenemur et tueri, annuimus ut dicta domina ad prefatas possessiones Zytve et Balkach statuatur, et Stephanus de Orozfa officialis dictarum villarum de ipsis villis exeat et discedat, populique earumdem iurisdiccioni prefate domine subiaceant et subdantur, donec nos personaliter divina gracia permittente ad partes illas proficiscamur, ut tandem habita veritate de

premissis, super dictis possessionibus decernamus quitquid fuerit opportunum. Datum in Wyssegrad, sabbato proximo post festum Invencionis sancte crucis, anno domini M° CCC° XXXX^mo^ tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel, a pecsét alatt e szavak olvashatók: »commissio propria regis coram archiepiscopo et baronibus«; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1508. 42. dipl. lt. 3582. Közli: Kovács N.

202.

1343. Visegrád, máj. 11. I. Lajos király az atyja I. Károly király által László pécsi püspök és ennek testvérei Philpus és Philpe birtokából elvett Korogh és Nádasd nevü várakat s ezek összes tartományait visszaadja.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod licet auditis persvasionibus pravorum et iniquorum hominum veritatem tacencium et falsitatem suggerencium . . Karulus condam . . rex . . universas possessiones proprietates et quevis iura possessionaria hereditaria ac iure hereditario ad . . dominum Ladislaum . . episcopum Quinqueecclesiensem, Philpus et Philpe fratres suos pertinentes, quovis nomine vocitatas et in qualibet parte regni nostri existentes, tam apud ipsos quam apud alios quoscunque habitas, specialiter castra Korogh et Nadasd cum omnibus districtibus villis oppidis et aliis quibusvis utilitatibus et pertinenciis ad eadem castra spectantibus et pertinentibus abstulisset, et eosdem ab omnibus eorum dictis iuribus possessionariis, tam hereditario iure quam alio quovis iusto titulo ipsos contingentibus privasset; tamen quia nos predicto domino nostro patre deo volente ex hoc seculo migrante, quod nullus mortalium valet preterire et evitare, eundem dominum episcopum et dictos Philpus et Philpe fratres suos nobis in sacre regie corone et predicto domino patre nostro progenitoresque eorumdem nostris piis progenitoribus regibus certitudinaliter ex fida et veridica relacione prelatorum baronum et universorum procerum ac nobilium regni nostri cognoscentes semper fideles esse et fuisse, ideo consideratis et circumspectis fidelitatibus et fidelium serviciorum preclaris meritis prenominati..

Ladislai episcopi, Philpus et Philpe fratrum suorum nobis et dicto domino patri nostro cum omni fervore fidelitatis summaque diligencia et votiva sollicitudine exhibitis et impensis, specialiter ipsius domini episcopi fidelitatibus consideratis quas nobis exhibuisse sentimus per eundem usque modo et exhibere sentimus in presenti ac exhibiturum pro firmo credimus in futurum, universas proprietates et iura possessionaria, videlicet castra districtus villas oppida, specialiter castra Korogh et Nadasd vocata, cum omni sui iuris plenitudine et utilitatum integritate, et pertinenciis ad eadem castra pertinentibus, tam iure hereditario quam alio quovis iusto titulo ad dictum dominum episcopum et dictos fratres suos spectantibus, quovis nomine vocitatis et in qualibet parte regni nostri existentibus, certo cercius de ipsorum fidelitatibus diligencius edocti et informati, ne dicti domini patris nostri anima et nostra coram altissimo omnium creatore dispendium paciatur, eidem domino episcopo et dictis suis fratribus, eorumdemque fratrum suorum heredibus et successoribus, habita matura deliberacione consensuque et voluntate ac consilio . . domine Elizabeth . . regine Hungarie genitricis nostre charissime, omniumque prelatorum et baronum regni nostri remisimus . . iure perpetuo . . possidendas . . sub terminis et metis limitacionibus, quibus dudum per ipsos et progenitores eorumdem ac demum per castellanos et officiales dicti domini patris nostri et nostros, specialiter banum de Macho et Nicolaum dictum Berzzethe comitem de Weruche possesse exstiterint et servate; in quarum possessionum et proprietatem dominii per magistrum Nicolaum condam nostrum informatorem eundem dominum episcopum et dictos fratres suos fecimus introduci. Datum in Wyssegrad, die dominico proximo post octavas festi beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio.

I. Lajos királynak 1364-ik évi május 13-án »Nicolaus filius Philpe de Korogh suo necnon Johannis et Ladislai fratrum suorum« kérésére kiadott átiratából, melyet ismét Garai Miklós nádor 1417. évi febr. 25-én »magister Stephanus filius Stephani bani filii Philpus de Korogh in sua et magistrorum Philpus et Nicolai fratrum suorum personis« kérelmére írt át; ennek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 442. 33. dipl. lt. 3584. Közli: Kovács N.

203.

1343. Visegrád, máj. 12. Pál országbíró előtt Csicseri Jób fia[illegible]i: Miklós a csicseri Ormós és Orosz családok öse és Domokos a Cs[illegible]i-cseri család öse, Ungh, Sáros, Szabolcs, Beregh és Zemplén vá[illegible]r-megyei birtokaikról az egri káptalan által kiállított osztálylev[illegible]e-let felmutatják, s azt az országbíró előtt élőszóval is megerősíti[illegible]k.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . qu[illegible]d cum inter magistrum Nicolaum filium Job de Checher actore [illegible]m ab una, et Dominicum fratrem suum uterinum in causam atr[illegible]a-ctum parte ab altera, iuxta continenciam priorum literaru[illegible]m nostrarum modum et formam iudiciarie deliberacionis nost[illegible]re exprimencium, in possessionibus Checher Woyan Sysloch [illegible]in comitatu de Wngh, Dobrowa Radach Karacateleke in com[illegible]i-tatu de Saarus, Wys Bodon et Berkez in comitatu [illegible]de Zoboch, ac Harabur vocatis in comitatu de Bereg existe[illegible]n-tibus, necnon tribus vineis quarum una in territorio civita[illegible]is de Patak et due in territorio ville Olozy existerent, equalis [illegible]et perennalis divisio, octavo die festi beati Nicolai confesso[illegible]ris nunc proxime preterito, presente Banoch filio Pogh de Tegun[illegible]y-e vel Lachk dicto Syketh filio Petri magni de Matyuch aut Pet[illegible]r-o filio Stephani de Pynkouch sive Gregorio filio Balase de Yb[illegible]a-folwa vel Johanne filio Nicolai de Banouch aliis absentib[illegible]us homine domini regis et testimonio . . capituli ecclesie Agrien[illegible]sis fieri, et series eiusdem ad presentes octavas festi beati Geor[illegible]gii martiris per easdem partes in literis dicti capituli ecclesie Agri-ensis nostro iudiciario examini reportari debuisset; tandem ip[illegible]sis octavis festi beati Georgii martiris advenientibus, prefati ma[illegible]gi-ster Nicolaus filius Job ex una, et Dominicus frater eiusde[illegible]m parte ex altera personaliter ad nostram accedentes presenci[illegible]am, literas iam nominati capituli ecclesie Agriensis nobis demon-strarunt, in quarum tenoribus reperiebatur evidenter isto mod[illegible]o, quod predictus Bonouch filius Pogh de Tergenye (így) homo domini regis presente . . Johanne sacerdote testimonio dicti capituli Agriensis cum dictis partibus primo in eisdem octavis sancti Nicolai confessoris accessissent ad facies possessionum Checher Sysloch et Woyan in eodam comitatu de Wngh existen-

cium, et quia dicte partes ipsam divisionem in eisdem possessionibus suis et aliis infra nominatis iuxta continenciam priorum literarum nostrarum acta exprimencium, et adiudicacionem nostram sic inter se facere debuissent, quod una pars unam possessionem divideret et alia pars sibi porcionem ex eadem eligeret, et postmodum ipsa alia pars aliam possessionem divideret et reliqua pars e converso sibi porcionem de eadem eligeret, et sic singulariter easdem possessiones et tres vineas in territoriis civitatis Patak et ville Olozy ut refertur adiacentes mutuatim inter se dividere debuissent, ideo preallegatus Nicolaus filius Job actor, vicinis et commetaneis eiusdem possessionis Checher inibi legitime convocatis et eisdem presentibus, ipsam possessionem Checher in qua ecclesia lapidea in honore sancti Georgii martiris constructa haberetur et in qua eciam sedem partes loca haberent sessionalia pro suis personalibus residenciis, sub modo infrascripto in duas partes divisisset coequales, ubi dictus magister Dominicus unam partem ex eadem a plaga meridionali adiacentem pro se eligendo recepisset, alia parte eiusdem a plaga septemtrionali dicto Nicolao sub metis infraspecificandis remanente; mete autem quibus dicte due partes ipsius ville Checher quoad loca sessionalia et quasdam terras arabiles taronuk vocatas retro hortos eiusdem ville solummodo existentes ab invicem distingerentur, prout iidem homo domini regis et testimonium dicti capituli Agriensis presentibus et audientibus dictis partibus eidem capitulo Agriensi recitassent, hoc ordine protenderentur: prima enim meta inciperetur a plaga orientali et a parte ville Kapus iuxta quoddam stagnum in fine eiusdem ville Checher ubi esset una meta terrea, a qua per medium eiusdem ville versus plagam occidentalem procedendo veniret ad aliam metam terream in platea dicte ville prope eandem ecclesiam sancti Georgii martiris existentem, de qua per medium ipsius ville ad eandem plagam currendo iungeret terciam metam terream in eadem platea erectam, abindeque ad dictam plagam occidentalem currendo et curiam seu locum sessionalem predicti comitis Job patris earumdem parcium per medium scindendo iungeret (quar)tam metam terream in exitu et in fine eiusdem ville erectam et existentem, ita quod pars eiusdem curie in qua olim dictus comes Job

domos habuisset et personalem residenciam fecisset, eidem Nicolao actori et suis heredibus, alia vero pars ipsius curie in qua predictus comes Job orream habuisset et (. . . .) as suas conservasset, annotato magistro Dominico cessissent possidende; unde postmodum ad prelibatam partem occidentalem currendo et quandam particulam terre arabilis ad instar latitudinem (ipsius) ville per medium scindendo annecteret quintam metam terream iuxta quedam rubeta silvestria vulgo reketye dicta existentem, et ibi distincciones platearum et locorum sessionalium eiusdem ville Checher terminarentur; et quia terre arabiles retro hortos iobagionum ipsius magistri Dominici et eciam (. . . . . .) hortus que vulgo in illis partibus ut premissum est toronuk dicuntur, in longitudine earumdem usque ad quedam signa metalia ubique perfecte et plenarie haberentur, retro hortus autem ipsius Nicolai et iobagionum suorum eedem terre arabiles propter quedam impedimenta sic plenarie haberi nequivissent, idcirco dictus magister Dominicus in supplementum talium terrarum arabilium predicto Nicolao fratri suo in porcione sua pro adequacione defectus ipsarum terrarum suarum arabilium superaddidisset unam particulam terre in fine earumdem terrarum suarum arabilium a parte magne silve adiacentem, que a quibusdam arboribus iliceis usque angulum cuiusdam silve Oztrozegh extenderetur; patronatum autem dicte ecclesie et locum sessionale ac terras arabiles pro usu parochialis sacerdotis ordinatas, item silvas, alias terras arabiles extrinsecas et intrinsecas, fluvios vias prata, molendina facta et fienda, et alia loca pro pascuis pecorum et pecudum, necnon alias quaslibet utilitates eiusdem possessionis ipsorum tam pro se ipsis quam pro iobagionibus suis ad communem usum reliquissent partes supradicte. Item predictam possessionem eorum Woyan in eodem comitatu Wngh existentem similiter quoad loca sessionalia sua idem magister Dominicus in duas partes per distincciones metales infra declarandas divisisset, ubi annotatus Nicolaus unam partem eiusdem a plaga orientali adiacentem pro se eligendo recepisset, alia parte ipsius possessionis a plaga occidentali dicto magistro Dominico remanente; mete autem quibus dicte due partes abinvicem distinguerentur, hec essent:

prima meta porcionis ipsius Nicolai inciperetur a plaga meridionali in fine eiusdem ville, et per plateam dicte ville supra ad plagam septemtrionalem versus fluvium Laborch currendo iungeret aliam metam terream in superiori fine eiusdem existentem, unde declinaret ad partem orientalem, et prout longitudo hortorum iobagionum ipsius Nicolai extenderetur, in fine eorumdem hortorum esset tercia meta terrea iuxta quandam silvam erecta, a qua reflecteretur rursus ad plagam meridionalem et veniret ad quartam metam terream iuxta quedam rubeta merasorum erectam, unde ad eandem plagam ascenderet ad quoddam beerch in quo esset una meta terrea, de qua regiraret ad primam metam ubi inceperat, ac ibi terminarentur; mete autem quibus porcio eiusdem magistri Dominici includeretur, taliter protenderentur: quod prima meta inciperetur similiter in inferiori fine eiusdem ville, ubi esset una meta terrea et per plateam ipsius ville supra ad plagam septemtrionalem currendo annecteret aliam metam terream in superiori fine dicte ville existentem, unde reflecteretur ad plagam occidentalem et in angulacione extensionis hortorum iuxta silvam esset similiter una meta terrea, unde regiraret iterato ad dictam plagam meridionalem, et circa eandem silvam currendo annecteret quartam metam terream iuxta quendam alveum habitam, et deinde adhuc infra currendo perveniret ad quintam metam terream in inferiori angulacione hortorum ipsius ville a dicta plaga occidentali erectam, a qua regiraret ad primam metam, ubi inciperat et ibi terminarentur; alias vero utilitates eiusdem possessionis Woyan intrinsecas et extrinsecas quocunque nomine vocitatas simulcum platea ipsius ville, exceptis duabus piscaturis vulgo weyz vocatis super dicto fluvio Laborch habitis, dicte partes ad communem usum reliquissent, ita tamen quod unam ex dictis piscaturis que olim eiusdem comitis Job exstitisset et que in fine sepedicte ville haberetur, dicto magistro Dominico, alia autem piscatura Mykusweyzy vocata annotato Nicolao et parcium heredibus remansissent possidende. Item divisio prefate possessionis ipsorum Sysloch vocate, quam similiter idem magister Dominicus divisisset et porcionem pro se annotatus Nicolaus elegisset, talis esset, quod eadem possessio in

quatuor partes *ad modum talorum seu punctorum scacy* [1]) alternatim divisa haberetur, in qua due porciones, una videlicet a plaga occidentali et a parte fluvii Wngvizy adiacens que ex linea ipsius ville a parte septemtrionali scinderetur, et alia pars a plaga orientali et a parte fluvii Noska existens que de linea eiusdem ville a plaga meridionali rescinderetur, annotato magistro Nicolao, ex adverso autem una pars ipsius ville a plaga orientali in angulacione dictorum duorum fluviorum cum quarta parte ipsius ville a plaga occidentali et a parte possessionis Batwa adiacenti que ex dicta linea a plaga meridionali situata residuata haberetur, pretaxato magistro Dominico sub distinccionibus signorum metalium, quoad loca sessionalia solummodo remansissent possidende . . omnes autem alie utilitates ipsius possessionis cum dictis fluviis ad communem usum derelicte exstitissent partibus et heredibus earumdem supradictis. De quo quidem comitatu Wngh ipsi regius et dicti capituli homines cum eisdem partibus aliis diebus sequentibus accessissent ad dictum comitatum Saarus, ubi duas possessiones Dobrawa et Karachateleke vocatas annotatus Nicolaus actor pro possessione ipsorum Radach nuncupata in eodem comitatu Saarus existenti divisisset, et porciones ex eisdem iuxta continenciam dictarum priorum literarum nostrarum memoratus magister Dominicus pro se eligendo recepisset. Divisio autem dicte possessionis Dobrowa iuxta fluvium Scyuenyeuizy habita is esset: quod una porcio eiusdem ab inferiori linea a quadam meta terrea inter curias Gregorii et Mykche hospitum de eadem villa erecta, simulcum curia eiusdem Gregorii versus plagam orientalem, usque ad exitum eiusdem linee seu platee, cum curia predicti comitis Job patris ipsorum que in fine alterius linee eiusdem ville a dicta plaga orientali adiaceret, dicto magistro Dominico, et a dicta curia eiusdem Gregorii hospitis et ab eadem meta terrea simulcum curia ipsius Mykche versus plagam occidentalem et ad partem ipsius fluvii Scyvenye simulcum alia linea superiori dicte ville usque ad dictum locum comitis Job patris ipsorum ubi simili-

[1]) A hasonlat a koczka vagy sakk négyszögei után van véve; l. Ducange-nál »Scacci« szót.

ter una meta terrea haberetur, sepedicto magistro Nicolao et suis heredibus ad possidendum devolute exstitissent; alias autem quaslibet utilitates ipsius possessionis Dobrowa, utpote silvas, terras arabiles, loca graminalia, fluvios nemora et plateam eiusdem ville eedem partes similiter ad communem usum reliquissent. Divisio autem prefate possessionis Karacateleke talis esset: quod due superiores linee ipsius ville usque ad duas metas terreas in medio et in platea ex utraque parte dicte ville positas finaliter prenotato magistro Dominico, residue vero ambe linee eiusdem ville a plaga meridionali et a dictis duabus metis terreis infra finaliter se extendentes quoad loca sessionalia solummodo pretaxato Nicolao et parcium heredibus remansissent possidende; alias autem utilitates earumdem extrinsecas videlicet et intrinsecas quocunque nomine vocitatas similiter ad communem usum reliquissent partes prenotate. Item possessionem ipsorum Radach prelibatam idem magister Dominicus divisisset et porcionem pro se ex eadem idem Nicolaus preelegisset; cuius quidem possessionis divisio hec esset: quod una integra linea eiusdem a plaga septemtrionali adiacens simulcum quadam (curia) et horreo ipsius magistri Dominici intra quedam fossata et meatus aquarum dicti fluvii Scyuenye existenti, que a tribus curri (.....) in eadem silva adiacentibus per unam metam terream iuxta unum locum lutosum erectam separaretur, preallegato Nicolao filio Job, alia vero linea eiusdem possessionis Radach a plaga (orientali) adiacens simulcum dictis tribus curis (igy) usque ad metam terream in finitacione seu terminacione earumdem trium curiarum a parte meatus (.....) molendini eorum erectam memorato magistro Dominico et parcium heredibus cessissent possidende; sed alias utilitates eiusdem possessionis simulcum prefato molendino eedem partes similiter ad communem usum reliquissent. Item quandam possessionem ipsorum Wys vocatam in comitatu de Zoboch existentem quoad loca sessionalia (.....) predictus Nicolaus divisisset et annotatus magister Dominicus porcionem eligendo pro se recepisset de eadem; cuius quidem possessionis divisio hec esset: quod una integra linea ipsius possessionis a plaga orientali adiacens usque ad duas metas terreas in utroque fine eiusdem platee positas dicto

magistro Dominico, et alia platea iamdicte ville a plaga occidentali existens similiter usque ad duas metas terreas in utroque fine ipsius linee erectas prelibato Nicolao et parcium heredibus remansissent possidende; patronatum autem capelle in honore beate virginis in eadem constructe et alias utilitates quaslibet, utpote fluvios, terras arabiles, prata et piscaturas ad communem usum reliquissent pro se et suis iobagionibus partes supradicte. Item dicte possessionis ipsorum Bodun in eodem comitatu Zabouch existentis, quam idem magister Dominicus divisisset, prefatus Nicolaus porcionem pro se ex eadem elegisset, divisio talis esset: quod una integra linea seu platea eiusdem a plaga septemtrionali et a parte fluvii Tycie adiacens simulcum recta dimidietate unius loci sessionalis quondam ipsius comitis Job a parte dicte possessionis Bodun cum pomeriis et aliis utilitatibus dimidietatis dicti loci sessionalis sepedicto Nicolao filio Job, et alia linea iamdicte ville Bodun a plaga meridionali existens simulcum residua dimidietate ipsius loci sessionalis et dimidietate pomerii in ius et proprietatem eiusdem magistri Dominici et parcium heredum cessissent possidende, ita tamen, quod per distincciones dictarum duarum linearum annotate possessionis Budun ipse partes in medio platee tres metas terreas post invicem posuissent, alias autem utilitates eiusdem universas simulcum patronatu ecclesie beati Michaelis archangeli in eadem fundate, dicte partes similiter ad communem usum reliquissent. Dicta autem possessio ipsorum Berkez similiter per eundem magistrum Dominicum quoad loca sua sessionalia taliter divisa exstitisset: quod una linea ipsius a plaga occidentali adiacens in ius et proprietatem predicti Nicolai, alia autem linea eiusdem a plaga orientali, in ius annotati magistri Dominici devolute exstitissent, ad quarum quidem linearum tamen distinccionem unam stratam publicam Warusuth vocatam per eandem possessionem ducentem reliquissent, sed patronatum ecclesie lapidee in honore sancti Nicolai confessoris in eadem fundate, simulcum aliis . . utilitatibus et pertinenciis eedem partes ad communem usum mancipassent, nemine contradictore apparente. Deinde accessissent ad faciem dicte possessionis ipsorum Harabur in eodem comitatu Beregh ut dicitur adia-

centis, quam similiter prefatus magister Dominicus, convocatis vicinis et commetaneis suis, in duas partes divisisset, et unam partem eiusdem a plaga orientali et a parte cuiusdam piscine Nogtow vocate pro se eligendo recepisset, alia linea seu dimidietate eiusdem a parte occidentis dicto magistro Dominico remanente, similiter nemine tunc contradictore apparente. Item duas vineas ipsorum in territoriis dicte ville Olazy adiacentes sepenominatus magister Dominicus divisisset, et unam ex eisdem Bozlozeley vocatam idem magister Nicolaus pro se eligendo recepisset, alia vinea Rufeon nuncupata in quadam colle ut dicitur adiacens, dicto magistro Dominico remanente; terciam autem vineam ipsorum Gombus vocatam intra limites prefate civitatis Potok adiacentem, dictus Nicolaus quoad longitudinem eiusdem divisisset, superiorem partem ipsius quia eadem superior pars deterior haberetur maiorem et laciorem, alia parte eiusdem inferiori reliquendo; qua quidem divisione sic peracta, memoratam superiorem partem a plaga septemtrionali adiacentem dictus Dominicus pro se elegisset, et eadem inferior pars dicto Nicolao remansisset; ad quam quidem tamen duarum parcium sequestracionem duas metas lapideas et terciam terream in dicta longitudine eiusdem vinee posuissent dicte partes pro cautela. Quarum literarum divisionalium predicti . . capituli ecclesie Agriensis . . perlectis tenoribus, cum eosdem magistrum Nicolaum filium Job actorem ac Dominicum fratrem eiusdem uterinum in causam attractum, de eo utrum premissam . . divisionem inter se perpetuo velint observare vel ne, trinario numero ut nostro incumbit officio habuissemus requisitos, iidem magister Nicolaus filius Job et Dominicus frater suus personaliter, se premissam possessionariam divisionem inter se perpetuo duraturam observare velle et in nullo retractaturos fore affirmarunt coram nobis . . Datum in Vissegrad, duodecimo die octavarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio.

Vörös és kék selyemzsinóron függő pecsét-töredékkel; eredetije a N. Muzeumban.

204.

1343. Visegrád, máj. 15. Miklós nádor a komáromi piaczi vám- és révjog két-harmad részét, Dancs komáromi főispán ellenében a bakonybéli monostornak ítéli, melynek apátja bizonyítékúl Szent-István király adományára hivatkozott.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod cum . . frater Nicolaus abbas monasterii de Beel anno dominice incarnacionis Millesimo trecentesimo quadragesimo primo, in congregacione universitatis nobilium Jauriensis et Camaromiensis comitatuum feria secunda proxima post festum Omnium Sanctorum, prope civitatem Jauriensem, per . . Vyllermum Druget palatinum celebrata consurgendo, duas partes tributi, fori et portus de Kamarum, prefato monasterio de Beel pertinere debere vigore efficacissimorum privilegiorum allegasset, et per magistrum Donch comitem Camarumiensem occupatas fore proposuisset, ipseque Vyllermus palatinus octavas Strennarum tunc affuturas pro termino peremtorie responsionis eidem magistro Donch assignasset, et demum diversis dilacionum cautelis intervenientibus ipsius cause discussio ad presentes octavas festi beati Georgii martiris ad nostram presenciam sub instrumentorum exhibicionibus devenisset, tandem iamdictis octavis festi beati Georgii martiris advenientibus, prelibatus Nicolaus abbas de Beel ad nostram personaliter presenciam accedens, nobis literas privilegiales . . Bele . . regis Hungarie . . tenorem privilegii sanctissimi Stephani regis Hungarorum transsumtive in se continentes, quod ipse sanctissimus rex Stephanus in ipso regno suo catholice fidei seminans fundamentum, dum iam christiane religionis divina favente clemencia nova pullularet professio, plurimi viri religiosi sancti spiritus dono illustrati ex vicinis provinciis ad ipsum cepissent confluere, quorum usus consiliis, ecclesias et monasteria in locis divino cultui aptis construxisset, inter que quidem monasteria in loco Beel vocato in silva Bakon monasterium ad honorem beati Mauricii martiris construxisset, cui inter ceteras suas donaciones tributum fori et portus de Kamarum contu-

lisset; contra quas comes Benedictus et Nicolaus filius Stephani servientes ipsius magistri Donch . . pro eodem domino eorum tenorem literarum privilegialium domini nostri Karoli quondam regis . . in privilegiali transsumto capituli Strigoniensis presentarunt continentes, quod ipse . . Karolus rex in concambium castri Arva et tocius districtus Arva, eidem magistro Donch primo castra Chaakturnia et Sturgou vocata simulcum villis et districtu eorumdem castrorum perpetuo contulisset; et dum ipsa castra diucius magister Donch aliquibus temporibus cum eorum tenutis pacifice possedisset, postremo vero consideracione ductus, ut regie curie propinquius posset adherere et regiam clemenciam fidelius obsequi valeret, dicta castra eidem domino regi perpetuo restituisset, in quorum concambium ipse dominus rex castrum Kamarum cum villis possessionibus tributis et aliis quibuslibet ad ipsum castrum pertinentibus, ipsi magistro Donch et eius heredibus . . perpetuo contulisset possidendum, salvo iure alieno; qui quidem Nicolaus abbas de Beel visis tenoribus instrumentorum prelibati magistri Donch et auditis, iusticiam sibi impertiri postulavit tramite iuris observato, allegans et asserens ex ipsa regali donacione predictas duas partes tributi fori et portus de Kamarun in nullo ipsi magistro Donch pertinere, cum ipsius domini Karoli regalis benignitas non aliena iura sed sua propria regalia contulerit in ipso concambio magistro Donch prenotato, aliena iura salva penitus relinquendo; verum quia prememoratus . . Karolus rex prefatum castrum de Kamarun cum villis possessionibus tenutis tributis et aliis ad dictum castrum rite et iuste pertinere debentibus, ipsi magistro Donch perpetuo contulisse salvo iure alieno reperiebatur, ex ipsaque regali collacione prefate due partes tributi et fori et portus in nullo ipsi magistro Donch pertinere dignoscebantur, eo quod sepedictus abbas ipsum tributum fori et portus adhuc ex donacione sanctissimi Stephani regis prefato monasterio evidenter pertinere comprobarat, nos unacum baronibus regnique nobilibus nobiscum iudiciario tribunali adherentibus, agnoscentes ipsum tributum ad iamdictum monasterium de Beel ex premissorum privilegiorum . . Bele regis verissima investigacione debere pertinere, predictas duas

partes tributi fori et portus de Kamarun, quas ipse abbas nunc ordine iuris prosequebatur, eidem monasterio eo iure quo sibi comperimus pertinere, adiudicamus perpetuo possidendas.. salvo iure alieno . . Datum in Wyssegrad, quindecimo die termini prenotati, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel ; eredetije a pannonhalmi főapátság ltárában. Capsa 55. lit. F. Közli : Sztachovics R.

205.

1343. máj. 21. Nógrád vármegye alispánja és bírótársai bizonyítják, hogy előttük mint akár valamely káptalan vagy convent előtt, Hartyáni Demeter comes és vérrokonai élőszóval elmondották, hogy Hartyán nevü Nógrád vármegyei és Almágy nevü Gömör vármegyei birtokaikat maguk között mily módon osztották fel.

Nos comes Johannes vice magistri Nicolai filii magistri Petri dicti de Zeech vicecomes Neugradiensis et quatuor iudices nobilium eiusdem comitatus . . significamus . . quod comes Demetrius filius Petri dictus rufus de Harakyan, item Johannes filius Nicolai dicti Bolug, item Anthonius Nicolaus et Demetrius fratres eiusdem Johannis, item Jacobus Michael et Petrus filii Gylani, item Johannes filius Lamperti filii fratrum predicti Demetrii de eadem villa Harakyan personaliter coram nobis constituti, per eosdem tamquam coram capitulo seu conventu aliquali, nobis propositum exstitit . . quod super duabus possessionibus eorumdem Harakyan predicta et eciam super alia possessione ipsorum Almag vocatarum in comitatibus Gumur et predicto Neugrad existentibus cum omnibus . . pertinenciis in quatuor partes divisissent equales (így) : primo villam Harakyan inter se divisissent eo modo, quod cuilibet ipsorum iuxta locum curie sue seu loci ac mansionum patris predictorum porcio equalis cessisset, item iuxta curiam comitis Demetrii quatuor loca curiarum eidem in Harakyan cum omnibus pertinenciis provenisset, item quatuor loca sessionum eodem modo in eadem circa curiam Nicolai predicti

Bolug similiter filiis suis prescriptis provenisset, item eciam similiter quatuor loca fundorum seu curiarum iuxta curiam Gyliani patris Jacobi, Michaelis et Petri predictorum eisdem provenissent, item eodem modo quatuor curiarum loca iuxta locum curie Lamperti, Johanni filio suo predicto prout aliis in divisione perpetuali cessissent, preter terram ad aratrum ipsorum pertinencium, quam particulariter inter se divisissent, et eciam sal (.....) eorumdem, quod vulgariter erestuuen dicitur, simili modo retulerunt divisissent in quatuor partes, item aliam possessionem eorumdem in territorio Almag in comitatu Gumuriensi existentem modo simili in quatuor partes divisissent, et cuilibet ipsorum per duo loca curiarum seu sessionum cum pertinenciis predictus comes Demetrius cum fratribus suis predictis eisdem provenisse affirmarunt, et insuper eciam terram eorumdem ad aratrum ipsorum pertinentem ac pratum seu fenilia necnon vineam eorumdem modo simili in quatuor partes perpetue et irrevocabiliter quilibet ipsorum suam porcionem possidendam .. divisisse asseruerunt, preter terras ipsorum, quas in ipsis duabus possessionibus cui ipsorum pro rebus eorumdem impignorassent, et quilibet ex ipsis terra sibi impignorata usque redemcionem earumdem terrarum pro se possidebit; obligacione tali mediante .. quod si aliquis ex ipsis ipsam divisionem non acceptaret .. in septem marcis absque porcione iudicii aggravaretur eo facto. Datum feria quarta proxima ante festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo tercio.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 391. 28. dipl. lt. 3588. Közölve: néhai Vincze Gábor másolataiból.

206.

1343. Visegrád, máj. 24. Pál országbíró a budai káptalant utasítja, hogy Rikolf fia László Kömlő nevű Heves vármegyei birtoka- és az egri püspök birtokai között a váczi káptalan által teljesített de az árvíz miatt meghiusult határjárást teljesítse.

.. capitulo Budensi comes Paulus iudex curie .. noveris quod cum secundum continenciam priorum literarum

nostrarum modum et formam iudiciarie deliberacionis nostre exprimencium homines domini regis presentibus testimoniis capituli Wachiensis in quindenis festi beati Georgii martiris nunc preteritis ad faciem cuiusdam possessionis Kumleu vocate in comitatu de Heweswywar existentis, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et partibus videlicet magistro Ladislao filio Rykolphi actore et domino Nicolao episcopo Agriensi . . presentibus accedere, et quodam transscripto domini Philippi palatini tenorem privilegii domini Bele regis contento per ipsum dominum episcopum . . ibidem exhibito, eandem possessionem Kumleu a possessionibus dicti domini episcopi quibus vicinaretur per metas in tenore ipsius privilegii domini Bele regis repertas, quibus eedem possessiones domini episcopi ab eadem possessione Kumleu separari dignoscerentur, reambulare et iuxta easdem novas metas erigere et cuique parti suam possessionem seu possessiones pacifice relinquere, si autem ipse mete bono modo et apparentes reperiri non possent et propter earum vetustatem essent abolite, et ob hoc in aliqua particula partes discordarent, tunc ipsam litigiosam particulam signis pro metis positis consignando, et regali mensura mensurando si mensurari possent, vel visu considerando, unacum aliis probis viris regni consvetudine exigente estimare, et post hec seriem premisse possessionarie sequestracionis . . ad octavum diem dictarum quindenarum festi beati Georgii martiris partes in literis ipsius capituli Wachiensis nostro iudiciario examini reportare debuissent; tandem ipso termino adveniente, Petro literato pro eodem domino episcopo . . coram nobis astante, Johannes filius Pausa pro eodem magistro Ladislao filio Rykolphi . . ad nostram accedendo presenciam, nobis literas predicti capituli Wachiensis demonstravit, in quibus vidimus contineri, quod cum Ladislaus filius Michaelis homo domini regis presente magistro Thoma socio et concanonico ac testimonio predicti capituli Wachiensis in predictis quindenis festi beati Georgii martiris ad faciem predicte possessionis Kumleu vocate, vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et presente magistro Dook procuratore domini episcopi accedendo, in transscripto domini *Philippi* palatini tenorem privilegii domini Bele (Igy) »

contento per predictum magistrum Dook procuratorem domini episcopi ibidem exhibito, eandem possessionem Kumleu a possessionibus dicti domini episcopi quibus vicinaretur per metas in tenore ipsius privilegii domini Beke regis repertas, quibus eedem possessiones domini episcopi ab eadem possessione Kumleu separari dignoscerentur, propter inundacionem aque et densitatem gravaminum reambulare nequivisset, nec ad metam capitaneam ire nec iuxta easdem novas metas erigere et cuique parti possessionem seu possessiones suas relinquere potuisset, unde quia idem homo regius predictam possessionem tempore premisse reambulacionis . . reambulare nequivisse ex serie literarum predicti capituli Waciensis reperiebatur, ideoque ad iteratam sequestracionem dictarum possessionum homo domini regis et vestrum testimonium necessario debeant destinari, amiciciam vestram presentibus petimus . . quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fide dignum, quo presente Johannes filius Michaelis vel Ladislaus frater suus aut Johannes filius Jacobi sive Ladislaus filius Michaelis aliis absentibus homo domini regis in octavis beati Michaelis archangeli nunc venturis ad faciem dicte possessionis Kumleu vocate, vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedat, et omnia ea que in dictis prioribus literis nostris capite sigilli nostri consignatis per partes vel per quamlibet parcium ibi exhibendis continentur exequantur . . et post hec seriem omnium premissorum ad octavum diem dictarum octavarum festi beati Michaelis archangeli domino regi . . rescribatis. Datum in Wissegrad, decimo die termini reportacionis serici premissorum, anno domini M° CCC^mo XXXX^mo tercio.

Papíron, hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 786. 34. dipl. lt. 3590. Közli: Kovács N.

207.

1343. Visegrád, máj. 25. I. Lajos király Lindvai Miklós tót országi bánt utasítja, hogy Jakab zágrábi püspöknek a püspökség javaiba való beiktatásánál járjon közben.

Lodovicus .. rex .. Nicolao bano tocius Sclavonie .. noveritis quod litere sanctissimi patris domini nostri pape bullate nobis sunt apportate, in quibus expressius continetur, quod dominus noster papa dominum Ladislaum quondam episcopum Zagrabiensem transtulit in archiepiscopatum Colocensem, dominum vero Jacobum quondam episcopum Chanadiensem prefecit in episcopum Zagrabiensem, petens nos ut ipsum dominum Jacobum episcopum benigni favoris auxilio prosequi deberemus, et idem dominus Jacobus episcopus nostro fultus auxilio, ipsam ecclesiam et pertinencias eius in suis iuribus posset conservare et eciam adaugere; nos igitur peticionibus ipsius domini nostri pape obtemperantes ut tenemur, commisimus magistro Stephano speciali notario nostro, quod castra possessiones proventus iura et omnes pertinencias ipsius ecclesie Zagrabiensis, que dominus Ladislaus quondam episcopus ecclesie eiusdem tenuit et possedit, nunc in manus ipsius domini Jacobi moderni episcopi statuere debeat et assignare, et quia ipse magister Stephanus personaliter ire non potuit, transmisit de nostra voluntate vice persone sue Benedictum subnotarium et Thomam famulum suos; precipimus itaque fidelitati vestre, quatenus coram dictis Benedicto subnotario et Thoma hominibus nostris vel altero eorum, castra possessiones proventus iura et omnes pertinencias ipsius episcopatus que dictus dominus Ladislaus quondam episcopus tenuit, in manus dicti domini Jacobi moderni episcopi Zagrabiensis et vice ipsius in manus vicarii et procuratoris sui statuere et assignari faciatis pleno iure, predictosque ecclesiam et episcopatum benigno favore prosequi et recommendatas habere velitis; cetera dicet idem homo noster cuius verbis credulam fidem debeatis adhibere in hac parte. Datum in Wissegrad, in dominica proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije báró Tallián János ltárában, Szabáson, Somogy megyében.

208.

1343. máj. 26. Benedek nyomári lelkész és alesperes, János borsodi főesperesnek jelenti, hogy előtte és a kazai monostor priorja előtt Putnoki János neje Erzsébet, hitbérét, hozományát és leánynegyedi illetőségét tárgyazó követelésének behajtásával férjét és ennek társait bízta meg.

. . magistro Johanni archidiacono Borsodiensi vicarioque . . N(icolai) . . episcopi Agriensis in spiritualibus generali Benedictus sacerdos rector ecclesie de Nomar et vicearchidiaconus vester de superiori Borsod . . noveritis per presentes, quod ex vestro precepto accessi personaliter in villam Kaza, et cum fuissemus una cum . . Paulo priore monasterii sancti Johannis evangeliste de eadem Kaza, nobilis domina consors magistri Johannis filii Nicolai de Putnuk Elizabeth nominata coram nobis propositum exstitit (így) viva voce, quod universas causas suas quas habet vel habere sperat in vestri presencia, dotem et res parafernales ac quartam suam filialem . . coram nobis commisit magistro Johanni marito suo, Laurencio de Horvati, Nicolao filio Maius de Scent Kirald et magno Jacobo de Doroch finaliter exequendas ipsis simul vel uno ex ipsis, exhibitores vel exhibitorem presencium videlicet quidquid per ipsos vel unum ex ipsis in quocunque termino coram vobis actum gestum fuerit vel ordinatum. Datum feria secunda proxima post festum Ascensionis domini, anno domini M° CCC° quadragesimo tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 68. dipl. lt. 3593. Közli: Kovács N.

209.

1343. máj. 31. A nyitrai káptalan I. Lajos király meghagyására a teljesített vizsgálat következtében jelenti, hogy Elefánti Mihály, Elefánti Miklós szalakuzi birtokáról hat lovat erőszakkal elhajtott s csak kettőt adott vissza.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Nitriensis . . literas vestre regie maiestatis inquisitorias pro magistro Nico-

lao filio Mathie de Elefanth . . recepimus . . in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Nitriensis . . dicit nobis Nicolaus filius Mathie de Elephant querulose, quod sabbato proximo post vigesimum secundum diem festi beati Georgii martiris proxime preteriti Michael filius Deseu de eadem Elephant potencialiter manibus armatis in possessionem suam Zalakuz vocatam veniendo, sex equos suos abstulisset, lite pendente inter ipsos, ex quibus duos restituisset, alios vero quatuor pro se reservasset, culpis suis non exigentibus; quare . . precipimus . . quatenus vestrum mittatis hominem . . quo presente Michael de Hymody vel Wyd de Cherneni aut Myke de eadem Cherne aliis absentibus homo noster ab omnibus . . sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem; et post hec secundum quod vobis veritas constiterit premissorum, nobis . . rescribatis. Datum in Wissegrad, feria tercia proxima ante festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo tercio. Nos igitur . . Stephanum sacerdotem chori nostri unacum Myke de Cherne homine vestre maiestatis ad inquirendum premissa pro testimonio duximus transmittendum, qui quidem . . retulerunt, ut ipsi feria sexta proxima post octavas festi Ascensionis domini iam preteriti ad plateam Parulcha vocatam in suburbio civitatis Nitriensis existentem in congregacione comitis Nitriensis in octavis festi Ascensionis domini nunc proxime preteriti Nitrie celebrata accessissent, ubi a quampluribus nobilibus aliisque communibus hominibus ibi tunc advenientibus . . inquirendo, taliter scire potuissent, quod magister Michael filius Deseu de eadem Elephant armatis manibus in possessionem suam Zalakus vocatam sabbato proximo post vigesimum secundum diem festi beati Georgii martiris iam preteriti veniendo, quatuor equos suos abstulisset, lite pendente inter ipsos, ex quibus duos restituisset, alios vero duos decem marcis valentes pro se reservasset, nullis suis meritis exigentibus. Datum in vigilia festi Penthecostis, anno supradicto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1671. 67. dipl. 3585. Közli: Kovács N.

210.

1343. jun. 19. A veszprémi káptalan Suen nevü Somogy vármegyei birtokát a Sár vize mellett, az egyház irányában tanusított érdemeinek jutalmazásaúl Ugali Pál országbirói ítélömesternek adományozza.

Capitulum ecclesie Wesprimiensis . . quum hiis qui ex precordialis desiderii mera pietate sanctarum ecclesiarum et ministrorum deo famulancium in eisdem, non personarum accepcione mundi blanditorii querentis que sua sunt, et non Christi fallacia persvasiva seducti, nec eorum cupiditate donatoriarum, que homines velut equi impetuose currentis e dorso pedum suorum offensione collapsus contingens de veritatis sede et iusticie eicit et deponit, insaciabili voluntate allecti, vel tamquam morbo contagiose donariis rerum infectivo corrupti, sed divini amoris ardore ducti zelatorio et incensi speciales existunt dilectores, in recompensa vicissitudinaria non solum graciarum sufficiunt oretenus prolate acciones curialitatis experiencia communiter quoslibet edocente, nisi eciam aliquo realitatis munusculo pro memoriali iuxta posse respondeatur eisdem condecenti, licet oracionum suffragiis in quibus divina clemencia tales ministros ecclesiarum dignatur exaudire pro ipsis ecclesiastica promotoribus negocia devote, preter hoc et assidue insistatur, prout iuris ordinarii per eosdem sanctarum ecclesiarum promotores in preterito exhibiti et spe duce in futurum exhibendo eisdem observandi necessaria exigit rectitudo; proinde ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod nos premissa ducti consideracione, maturoque inter nos habito consilio, quandam terram seu possessionariam particulam ecclesie nostre Suen vocatam in comitatu Simigiensi circa aquam Saar existentem, sub eadem quantitate et extensionis spacio prout in privilegialibus instrumentis predicte ecclesie nostre inter nomina aliarum possessionum eiusdem ecclesie nostre contentarum habetur . . magistro Paulo de Wgal prothonotario comitis Pauli iudicis curie regie, qui nobis et ecclesie nostre oblectamentis omnibus quorumlibet et allectibus, que hominem ex fragilitate nature multociens

flectere ad partem sinistram consveverunt postpositis, in promocionum actibus legitimariarum et actuum processibus, non nostrorum adversariorum contra nos et dictam ecclesiam nostram litigancium declinatoria instante confavencia, sed libramine equitatis et mere iusticie confovencia, adeo ac si ipsius iusticie statera et quasi sensibilitate foret corporalis, ponderatim cum sibi opposite falsitatis libra eque posset mensurari, ob divine retribucionis premium viteque eternalis bravium ac felicitatis eterne preconium, ut sanctissime Trinitatis nomina nocionalia per ipsum possit in personarum proprietatibus digne conlaudari in una substanciali essencia et simplici feliciter consequenda, ex sui nihilominus clari illuminacione intellectus intuens iudicem illum verissimum, ex cuius ore gladius bis acutus in misterium bonorum gloriale, malorum vero damnibile iudicio omnium gencium in extremo exire perhibetur, iustus exstitit per omnia et promotor; in literarum eciam super causarum nostrarum processibus tam privilegialium quam aliarum quarumcunque eiusdem comitis Pauli pro nostris et ecclesie nostre negociis emanatarum redemcionibus premiariis precium earumdem recipiens, quam debuisset remiscius, imo frequenter vexacionibus multarum litigionariarum causarum fatigatoriis instantibus prolixum procuratorem causarum nostrarum in eadem curia regia incolatum faciente, expensaque secum delata deficiente, et sic solvere precium ipsarum literarum redemtorium sibi solvere non valente, nostre parcens penurie liberaliter relaxavit et indulsit, cum omnibus suis . . pertinenciis ad eandem universis, salvis iuribus aliorum inibi existentibus, in filios filiorum suorum . . donavimus . . iure perpetuo . . possidendam . . omne ius et dominium quod hactenus habuimus in eadem, retrahentes et in personam eiusdem magistri Pauli et suorum filiorum ac heredum transferimus auctoritate presencium literarum. In cuius rei memoriam . . literas nostras presentes in forma privilegiali munimine sigilli nostri roboratas eidem duximus conferendas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis lectoris ecclesie nostre, in octavis festi Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° XL^mo tercio; domino Meskone . . episcopo et prelato nostro aule domine regine cancellario . . magistris

Johanne preposito predicte aule domine regine vicecancellario, Mark cantore et Stephano custode ecclesie nostre existentibus.

Lilaszínű selyem-szálakon függő pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 390. 10. dipl. lt. 3595. Közölve: néhai Vincze Gábor kézirataiból.

211.

1343. jun. 21. I. Lajos király meghagyja a kamarai grófoknak, hogy a margit-szigeti apáczák jobbágyait a kamara haszna dolgában ne zaklassák, annál kevésbbé, mert az apáczák megígérték, hogy az újonnan vert pénzeket jobbágyaikkal elfogadtatják s a régiekkel kicseréltetik.

Lodovicus . . rex . . magistro Nicolao dicto de Zothmar comiti camerarum suarum de Syrimia et de Quinqueecclesiis, et magistro Ipolito castellano de Arua comiti camerarum suarum de Buda et de Strigonio ipsorumque vices gerentibus . . conqueruntur nobis . . sanctimoniales in claustro beate virginis de Insula Leporum existentes, quod vos iobagiones earum et ad eas pertinentes racione lucri camere contra ipsarum privilegiatam libertatem molestare seu aggravare niteremini; cum tamen nos ipsas dominas et earum iobagiones ubilibet existentes in nullis factis seu causis contra earumdem privilegiatam libertatem aliqualiter velimus molestari, volumus igitur et vestre fidelitati ac cuiuslibet vestrorum firmo edicto regio precipientes mandamus per presentes, quatenus predictas dominas et earum iobagiones ac ad easdem pertinentes pretextu lucri camere contra sepedictam privilegiatam earum libertatem molestare . . non presummatis, lucrum camere super iobagiones earum et ad easdem pertinentes ubique et in quibusvis comitatibus existentes non recipiendo, quia sepedicte religiose domine nobis et prelatis ac baronibus nostris firmiter assumserunt, ut denarios seu monetas nostras de novo fabricatas inter iobagiones earum et in eorumdem medio currere et cum eisdem iobagionibus et ad eos pertinentibus fortiter cambiri facerent incessanter; aliud igitur intuitu nostre dileccionis facere non audentes; prout . . Karolus quondam . . rex . . comitib

predictarum camerarum suarum suo tempore mediantibus suis literis inmitter[e] procurarent illuc item. Datum in Wyssegrad sabbato proximo ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XXXX° tercio.

Hártyán, a nagy királyi pecsét nyomaival, eredetije az orsz. [illegible] Ugyanaz [illegible] a nagyszombati [illegible] Pest- Pilis- és Komárom [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Kozli Kovács F.

212.

1343. jun. 23. Az egri káptalan előtt Laúi Demes és János [illegible] Miklós fiát Domonkost, Laúi Enyicke és Zanai nemi Abauj- és Borsod vármegyei birtokok elidegenítésétől, Miklós Dobó fiait pedig azok megszerzésétől tiltják.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Donch filius Dominici de Laaui pro se et pro Johanne fratre suo nostram personaliter adeundo presenciam, suo et dicti fratris sui nomine per modum protestacionis nobis curavit significare, quod Dominicus filius Nicolai dicti Chorba de eadem Laaui, videlicet filius patruelis ipsorum, ex simplicitate sua et nimia inopia oppressus, omnes porciones suas possessionarias in eadem possessione Laaui et possessionibus Enizke et Zanaad vocatas in comitatibus Abawyvar et Borsod existentibus habitas amisisset, et nunc easdem Nicolaus, Jacobus et Blasius iuxta formam iudiciariam . . Pauli iudicis curie regie mediantibus regalis maiestatis et nostro hominibus pro se occupassent, in ipsorum preiudicium non modicum et iacturam; et quia dicte porciones possessionarie tam pretextu divisionis quam iure linee generacionis connexionis ipsis pre ceteris aliis attinere dinoscerentur, idcirco ipsi preallegatum Dominicum ab alienacione et omissione earumdem porcionum, memoratos vero filios Dobow et quoslibet alios a recepcione et occupacione

earumdem prohiberent, et pretaxatus Donch sua et in eiusdem Johannis fratris sui persona. Datum in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC^mo XL° tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1536. 69. dipl. lt. 3597. Közli: Kovács N.

213.

1343. jun. 27. A váradi káptalan előtt Hyduri Tamás fia Loránt elismeri, hogy nővérét Andrásfia László özvegyét, a Páuli nevü Szatmár vármegyei birtokból őt megillető hitbér és hozományi követelésére nézve Rédei Magyar Dénes kielégítette.

Capitulum ecclesie Waradiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire: quod Lorando filio Thome de Hydur ex una parte, et Dionisio Magar dicto de Redee parte ex altera coram nobis personaliter constitutis, confessum per eundem Lorandum . . nobis exstitit . . quod cum ipse eundem Dionisium super dote et rebus parafernalibus nobilis domine relicte Ladislai filii Andree filie videlicet eiusdem Thome sororis sue uterine, de quadam possessione eiusdem Dionisii Pauly vocata in comitatu Zothmariensi existenti iuxta regni consvetudinem eidem debentibus, coram . . Johanne plebano de Zothmarnemethy vicario . . Andree . . episcopi Transsilvani de extra Meses constituto [1]) in causam attraxisset, ipso easdem dotem et res parafernales ab eodem Dionisio in figura iudicii eiusdem sibi persolvi repetente, cum iam mortua ipsa domina non fierit aliquis cui prius eedem debuerint de iure provenire, et licet ipsa causa orta inter ipsos satis diu hinc et inde exstiterit ventilata, volens tandem prenominatus Dionisius dictus Magar se de eisdem expedire, in omnimodam expedicionem ipsarum dotis et rerum parafernalium domine memorate quinquaginta marcas sibi plene persolvisset . . quas numeratim idem Lorandus se dixit personaliter recepisse ab eodem coram

[1]) »Johannes plebanus de Nempty ac vicarius Andree . . episcopi Transsilvani de exteriori parte Meses« fönt idézett oklevele megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 65. dipl. lt. 3572.

predictarum camerarum suarum suo tempore mediantibus suis literis firmiter preceperat illud idem. Datum in Wyssegrad, sabbato proximo ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XXXX° tercio.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 64. 11. dipl. lt. 3596. I. Lajos király 1343. dec. 16-án a margit-szigeti apáczák Fehér- Pest- Pilis- és Komárom vármegyékben tartózkodó jobbágyaira vonatkozólag a budai, esztergomi és körmöczi kamaragrófokhoz hasonló rendeletet ad ki, kiterjesztvén ezen meghagyását az említett kamaragrófok helyetteseire és az esztergomi érsek s a kir. tárnokmester embereire is; ennek eredetije megvan ugyanott, dipl. lt. 6866. sz. alatt. Közli: Kovács N.

212.

1343. jun. 23. Az egri káptalan előtt Ládi Dancs és János, unokatestvérüket, Csorba Miklós fiát Domokost, Lád Enyiczke és Zunhud nevü Abauj- és Borsod vármegyei birtokok elidegenitésétől, Pánki Dobó fiait pedig azok megszerzésétől tiltják.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Donch filius Dominici de Laad pro se et pro Johanne fratre suo nostram personaliter adeundo presenciam, suo et dicti fratris sui nomine per modum protestacionis nobis curavit significare, quod Dominicus filius Nicolai dicti Chorba de eadem Laad, videlicet filius patruelis ipsorum, ex simplicitate sua et nimia inopia oppressus, omnes porciones suas possessionarias in eadem possessione Laad et possessionibus Enizke ac Zunhud vocatas in comitatibus Abawyvar et Borsod existentibus habitas amisisset, et nunc easdem Nicolaus Jacobus et Blasius iuxta formam iudiciariam . . Pauli iudicis curie regie mediantibus regalis maiestatis et nostro hominibus pro se occupassent, in ipsorum preiudicium non modicum et iacturam, et quia dicte porciones possessionarie tam pretextu divisionis quam iure linee generacionis connexionis ipsis pre ceteris aliis attinere dinoscerentur, idcirco ipsi preallegatum Dominicum ab alienacione et omissione earumdem porcionum, memoratos vero filios Dobow et quoslibet alios a recepcione et occupacione

earumdem prohiberent, et pretaxatus Donch sua et in eiusdem Johannis fratris sui persona. Datum in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC^mo XL° tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1536. 69. dipl. lt. 3597. Közli: Kovács N.

213.

1343. jun. 27. A váradi káptalan előtt Hyduri Tamás fia Loránt elismeri, hogy nővérét Andrásfia László özvegyét, a Páuli nevü Szatmár vármegyei birtokból őt megillető hitbér és hozományi követelésére nézve Rédei Magyar Dénes kielégítette.

Capitulum ecclesie Waradiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire: quod Lorando filio Thome de Hydur ex una parte, et Dionisio Magar dicto de Redee parte ex altera coram nobis personaliter constitutis, confessum per eundem Lorandum . . nobis exstitit . . quod cum ipse eundem Dionisium super dote et rebus parafernalibus nobilis domine relicte Ladislai filii Andree filie videlicet eiusdem Thome sororis sue uterine, de quadam possessione eiusdem Dionisii Pauly vocata in comitatu Zothmariensi existenti iuxta regni consvetudinem eidem debentibus, coram . . Johanne plebano de Zothmarnemethy vicario . . Andree . . episcopi Transsilvani de extra Mesces constituto [1]) in causam attraxisset, ipso easdem dotem et res parafernales ab eodem Dionisio in figura iudicii eiusdem sibi persolvi repetente, cum iam mortua ipsa domina non fierit aliquis cui prius eedem debuerint de iure provenire, et licet ipsa causa orta inter ipsos satis diu hinc et inde exstiterit ventilata, volens tandem prenominatus Dionisius dictus Magar se de eisdem expedire, in omnimodam expedicionem ipsarum dotis et rerum parafernalium domine memorate quinquaginta marcas sibi plene persolvisset . . quas numeratim idem Lorandus se dixit personaliter recepisse ab eodem coram

[1]) »Johannes plebanus de Nempty ac vicarius Andree . . episcopi Transsilvani de exteriori parte Meses« fönt idézett oklevele megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 65. dipl. lt. 3572.

nobis, consencientibus et libere permittentibus Thoma filio Pauli, Michaele filio Egidii, Petro filio eiusdem Michaelis et aliis proximis suis, sicut dixit, nemine contradictore apparente; quibus quidem quinquaginta marcis solutis et receptis, ut premittitur, memoratus Lorandus eundem Dionisium cum suis posteris habuit quietatum super premissis dote et rebus parafernalibus domine Anch antedicte expeditis, et per omnia absolutum; assumens nihilominus et obligans se idem Lorandus ac suos heredes . . quod si quis fratrum aut proximorum ipsius domine Anch vocate racione earumdem dotis et rerum parafernalium . . ipsum Dionisium aut suos heredes . . impetere niteretur, extunc expedire teneantur propriis laboribus et expensis . . Datum in festo beati regis Ladislai, anno domini M° CCC° LX^mo tercio; domino cardinali Bertrando preposito, Ladislao lectore, Philippo cantore, Gregorio custode . . existentibus.

Két egészen megegyező példányban ; az egyiken felül, a másikon alúl van a chyrographum, az elveszett pecsét mindkettőről szederjes-piros és sárga selyem-sodraton függött ; eredetijeik az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 70. dipl. lt. 3594. Közli : Kovács N.

214.

1343. Szabadi, jul. 4. Miklós nádor a Valkó vármegye részéről tartott közgyülésen Sándor fiának Jánosnak Koroghi Lőrincz fia Fülpös ellen Oroszi nevü birtok végett bejelentett panasza felett ítéletet hoz, és a panaszost keresetével elutasítja.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus de Wolkow feria secunda proxima ante octavas festi nativitatis sancti Johannis Baptiste in Zabadi celebrata Johannes filius Alexandri de medio universorum nobilium consurgendo, contra magistrum Phylpus filium Laurencii de Korongh exhibuit nobis quasdam duas literas privilegiales, unam videlicet domine Thomasine matris regis de gracia tunc *ducisse tocius Sclavonie a Danubio usque mar-* secundam conventus Varadiensis in anno domini M° C

nonagesimo quinto emanatas, in quarum tenoribus inter cetera reperimus, quod Laurencius magister dapiferorum dicte domine et magister Phylippus ac Ladislaus filii magistri Phylippi, primo coram eadem domina, demum in eodem anno in presencia dicti conventus comparendo, quandam possessionem ipsorum hereditariam Vruzy vocatam in comitatu de Wolkow existentem, per modum divisionis a magistro Johanne Phylippo Demetrio et Ladislao filiis comitis Ladislai distinctam et separatam et in ius ac proprietatem eorumdem devolutam, ex pura et sincera permissione eorumdem filiorum Ladislai pro fidelibus et serviciorum meritis comitis Alexandri pugilis, que idem tempore magistri Phylippi patris ipsorum bone memorie et demum eisdem in diversis expedicionibus suis laudabiliter impendisset et devote ac effusione sangvinis eiusdem, confessi fuissent dedisse eidem comiti Alexandro et per eum suis heredibus iure perpetuo et irrevocabiliter pacifice possidendam, sub iis metis et terminis, quibus eadem possessio Orozy per priores possessores suos limitata fuerat et possessa; tali modo, ut racione ipsius possessionis Wruzy iidem filii magistri Phylippi quinquaginta marcas in denariis ab eodem comite Alexandro dixissent se recepise et alias quinquaginta marcas pro stipendio et effusione sangvinis eiusdem Alexandri ab eisdem ad racionem ipsius possessionis per eundem assumsisse in hunc modum, quod quandocunque vel per quemcunque tam per ipsos filios magistri Phylippi, quam per filios comitis Ladislai vel suorum successores contra ipsum comitem Alexandrum vel suos successores alicuius quescionis materia mota seu suscitata fieret, antequam in litem prodirent, ipsas centum marcas ipsi comiti Alexandro vel suis posteritatibus iidem filii magistri Phylippi et Ladislai vel sui successores proximi aut cognati refundere tenerentur et eundem comitem Alexandrum a quolibet impedire super ipsa possessione expedire propriis laboribus et expensis. Quarum continenciis perlectis et expositis, predictus Johannes filius dicti Alexandri se de dicta possessione Wruzy tempore magistri Vgrini iuxta eiusdem adiudicacionem tempore sue puerilis etatis eiectum exstitisse indicavit; cum tamen predictum magistrum Laurencium patrem ipsius magistri Phylippus iuxta suam *obligacionem* et tenorem dictarum literarum

privilegialium tempore ipsius magistri Wgrini ad presenciam eiusdem in facto ipsius possessionis Wruzy in expeditorem invitasset, qui venire et ipsum in facto eiusdem expedire non curasset; tamen quia prenominatus Johannes filius dicti Alexandri pugilis ad legitimam requisicionem Stephani filii Ayan, qui pro ipso magistro Phylpus cum nostris literis procuratoriis astabat, in eo, ut ipse dictum magistrum Laurencium vel ipsum magistrum Phylpus fratrem eiusdem in facto ipsius possessionis in expeditorem invitaverit, nullas literas poterat vel assumserat exhibere, nec aliquibus evidentibus racionibus comprobabat sed solummodo verbali prolacione ipsum magistrum Laurencium in facto ipsius possesssionis in expeditorem invitasse indicabat, nec in facto ipsius possessionis Wruzy preter privilegia predicta alia instrumenta ad ipsius magistri Phylpus procuratoris legitimam peticionem se habere indicabat, ex eoque ipse magister Phylpus per modernam prefati Johannis filii Alexandri pugilis litigionariam quescionem ad restitucionem vel expedicionem dicte possessionis Wruzy, vel ad pecunialem solucionem centum marcarum in eisdem literis privilegialibus contentarum, eo quod ipse idem Johannes nullis citacionibus nec litigionariis quescionibus nec eciam aliquibus aliis legitimis cautelis racionibus aut indicacionibus prememoratos patrem ipsius magistri Phylpus vel eundem magistrum Phylpus aut fratres eorumdem ad ipsam possessionariam expedicionem concitasse reperiebatur, sicque eandem possessionem Wruzy absque expeditorum suorum invitacione vel causali evocacione iam ante multos annos amisisse dinoscebatur, aliquo litigionario iusto processu non debere coarctare agnoscentes, ideo iuxta processum presentis cause ad dictam possessionariam expedicionem eundem magistrum Phylpus non tenere decrevimus iudicando. Datum quinto die congregacionis nostre predicte et loco memorato, anno domini M° CCC° XL° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. osztr. N. R. A. 443. 2. dipl. lt. 3600. Ugyanott megvan Miklós nádornak egy másik ugyancsak az említett közgyűlésen jul. 6-án kelt oklevele, mely szerint Morouchi István mester a neki megítélt eskűt a nádor kápolnájában letette. N. R. A. 1508. 43. dipl. lt. 3601. Közli: Kovács N.

215.

1343. jul. 5. A váczi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy a múlón Nekchei Miklós fiát Denket Pata nevü Heves vármegyei birtokba beiktatták, a Gereg birtokkal ütköző részen Peteuch fiai, János és Domokos ellentmondtak.

.. Ludovico .. regi capitulum ecclesie Waciensis .. literas excellencie vestre .. recepimus in hec verba. Lodovicus dei gracia rex .. capitulo ecclesie Waciensis .. dicitur nobis in persona magistri Denk filii Nicolai de Nekche, quod quedam possessio sua Pata vocata in comitatu de Heveswyvar apud manus suas existens reambulacione metarum ereccione et renovacione ab aliorumque possessionibus distinccione plurimum indigeret; quocirca .. mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio idoneum, quo presente Mikocha vel Ladislaus dictus Gardian altero absente homo noster ad faciem predicte possessionis accedendo .. reambulet ipsam et ab aliorum possessionibus distinctam relinquat eidem magistro Denk, salvo iure regali et quorumlibet aliorum, cum omnibus suis utilitatibus .. possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, ad nostram citet presenciam ad terminum competentem .. Datum in Wyssegrad, feria quinta proxima post festum beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC^mo XL° tercio. Nos igitur .. unacum predicto Ladislao homine vestro nostrum misimus hominem .. pro testimonio, videlicet magistrum Vincencium socium et concanonicum nostrum ad premissa vestra mandata exequenda, qui demum .. retulerunt, quod feria quarta proxima post octavas predicti festi idem homo vester unacum nostro testimonio ad faciem predicte possessionis accedendo, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et presentibus, reambulare voluisset et predicto magistro Denk statuere voluisset, Paulus de (. . .) yan iobagio ipsorum (így) Johannis et Dominici filii Peteuch de Zinc in ersona dominorum suorum predictorum (a part)e possessionis rum Gereg vocate non a reambulacione sed metarum et statucione prohibuisset, quos quidem die et loco ad vestre celsitudinis contra eundem magistrum

Denk citavisset, quindenasque ipsius diei citacionis pro termino coram nobis comparendi assignando. Datum sabbato proximo ante quindenas predicti festi, anno domini prenotato.

Papíron, zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 5. 1. dipl. lt. 3599. Közli: Kovács N.

216.

1343. Visegrád, jul. 10. I. Lajos király a gyürüs pecsétje őrizetével megbízott jegyzőjének Domokos fiának: Istvánnak Bachanad nevü Heves vármegyei birtokot adományozza.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis magistri Stephani filii Dominici specialis notarii aule nostre sigilli nostri annularis, qui a tempore sue adolescencie primo . . Karolo quondam . . regi . . et demum nostre maiestati fideles exhibuit famulatus, possessionem nostram Bachanad vocatam in comitatu de Hewesvywar existentem ex certa sciencia nostre collacioni pertinentem, cum omnibus . . suis . . pertinenciis . . eidem magistro Stephano et per eum suis heredibus . . donavimus . . perpetuo . . possidendam . . Datum in Wyssegrad, feria quinta proxima ante festum beate Margarete virginis et martiris, anno domini M° CCC° XL° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 650. 3. dipl. lt. 3603. Az ünnepélyes alakban I. Lajos király által 1345. jan. 18-ról kiállított átirat megvan u. o. N. R. A. 650. 7. Közölve néhai Vincze G. másolataiból.

217.

1343. jul. 19. A győri káptalan bizonyítja, hogy a midön Bazin és Szentgyörgy nevü birtokok határa megjáratott, Sebes és testvére Péter a határvonalt különbözőleg jelölték meg, s hogy csallóközi birtokaiknak felosztása sem sikerült.

Nos capitulum Jauriensis ecclesie . . significamus . . quod cum secundum continenciam literarum nostrarum priorum co[illegible]r

posicionalium comiti Omodeo filio Johannis de Karcha pro parte magistri Sebus de Bozyn . . Johannem archidiaconum, pro parte vero magistri Petri fratris eiusdem Sebus cum matheo de Kapulna hominibus regie maiestatis . . Nicolaum notarium nostrum socios et concanonicos nostros pro testimonio . . ad distingendas metas possessionum Zenttgywrg et Bozyn vocatarum, possessiones eciam eorumdem magistrorum Sebus et Petri in Chollokuz existentes dividendas inter ipsos ad eosdem destinassemus, demum prenotati homines regie maiestatis et socii nostri . . nobis recitarunt, quod cum in octavis festi nativitatis sancti Johannis Baptiste secundum continenciam priorum literarum nostrarum ad faciem possessionum Zentgywrg et Bozyn accessissent, et idem magister Petrus frater Sebus sua privilegia exhibere debuisset, que exhibere non valuit, super quadam meta non remote a via in silva Saar dicta fecisset et iurare voluisset, asserendo inibi metas possessionis Zenthgywrg inchoari, magister vero Sebus eosdem homines regales ac eundem magistrum Petrum extra eandem silvam ducendo, inter fata (igy) possessionis Zyk metas possessionis Zenthgywrg fuisse et per eundem magistrum Petrum fore destructas asseruisset, et ab ipso loco supra ad montem et ad vineas Kolbonis et Ortholphi ipsas metas ascendere et per quandam vallem, super quibus metis literas in tribus capitulis emanatas haberet, et ipsam possessionem Zenthgywrg a terra Myr sive Nir separari dixisset, magister vero Petrus his non contentus, ad priorem metam ubi ad iurandum steterat, ut superius exprimitur reversus cum eisdem, et ibidem prout secundum regni consvetudinem est solitum iurare super terram iurare voluisset, magister Sebus frater suus primo ipsum magistrum Petrum prohibuisset dicendo, quod vellet sibi ostendere principales metas possessionis Zenthgywrg, secundo prohibuisset ne iuraret, dicendo quod ille mete super quibus iurare vellet essent mete possessionis Bozyn, et super hoc haberet privilegia sua; item dixisset idem magister Sebus, quod quia ipse magister Petrus duas porciones possessionis Myr sive Nir inter possessiones Zenthgywrg et Bozyn existentis se emisse seu comparasse dixisset, super emcione ipsa ipsarum duarum parcium privilegia sua exhiberet, et *ipso privilegio* viso, si racionabile esset, vellet

contentari; preterea idem magister Sebus dixisset, quod cum ex mandato quondam domini Karoli . . regis . . magnificus vir dominus Nicolaus palatinus metas possessionis Bozyn reambulasset, ipse magister Petrus unacum ipso ipsas metas super quibus iurare vellet, pro metis possessionis Bozyn ostendisset, et eundem palatinum super suas expensas volebat et assumebat, voluisset et assumsisset pro iustificandis metis inibi adducere; et his prohibicionibus factis, magister Petrus prohiberi noluisset, sed metas possessionis Zenthgywrg ut in facto terre seu possessionis est consvetum iurare, suum deposuisset iuramentum super meta priori et aliis in literis . . capituli Posoniensis reambulatoriis contentis, prout in eisdem capituli literis plenius continetur, metas suas scilicet possessionis Zenthgywrg, iuramento suo mediante erexisset: prima scilicet meta iuxta silvam Saar dictam ubi antiquam metam terream renovasset, abhinc tendendo ad partem aquilonis iuxta viam quandam transeundo in tribus locis singulas tres metas ostensivas erexisset iuxta metas antiquas, deinde tendendo ad partem aquilonis iuxta duas metas antiquas duas novas metas erexisset, abhinc transeundo pervenisset ad viam magnam qua itur de sancto Georgio in Bozyn, quam quidem viam transeundo pervenisset ad rippam vulgariter Nyirpataka dictam et per ipsam rippam Nyirpataka iuxta terram Nyr ascendendo ad partem aquilonis pervenisset ubi duo rivuli Rakazpataka vocati confluunt in predictum rivulum Nyrpataka dictum, quorum duorum rivulorum Rakazpataka dictorum minor remansisset possessioni Zenthghwrg, maior autem possessioni Bozyn, ibique mete possessionum Zenthgywrg et Bozyn modo supradicto ab invicem separate exstitissent; preterea idem magister Sebus privilegium domini Endre olim . . regis . . inibi exhibuisset, in quibus has metas contineri vidissent: quod prima meta est caput Zeuleusfev, inde vadit ad fluvium Hylinyk, transito autem fluvio Hylinyk tendit superius ad quandam viam dividentem terram ville Myr a terra quam dicto Thome comiti concessimus, et per eandem viam tendit ad fluvium Byztrich, et per Byztrich superius tendit ad locum ubi dictus Byztrich scinditur in duas partes, et per sinistram partem tendit superius ad caput a quo *loco* transiens per mediam viam Jablan venit ad viam Mysle

et ibi contiguatur et viciuatur possessioni regali; quibus auditis magister Petrus contentari noluisset, asserendo ipsam terram intra metas possessionis sue Zenthgywrg esse et non debito loco erectas; ipse autem magister Sebus suum privilegium iuramento prout est moris iurare super terram confirmasset et iurasset ubi fluvius Byztrich scinditur super metis infrascriptis: prima meta incipit iuxta caput Zeleusfev et ibi erexit duas metas terreas, deinde tendit ad fluvium Hylinyk et ibi iuxta viam est posita una meta terrea, quibus metis magister Petrus principalibus, Zeleusfeu et Hylinyk, ubi ipsas metas erexit, in nullo contradixit deinde vadit ad silvam et ibi non longe a via iuxta metam super qua magister Petrus iuravit est posita una meta terrea, deinde tendit ad viam dividentem terram Myr incundo in silvam, que via propter temporis vetustatem est in parte condensata, et ibi sunt posite due mete terree que ad partem sinistram dividunt terram Myr, ad partem dextram possessionem Bozyn, deinde per silvam magnam tendit et vadit per eandem viam dividentem terram Myr per diversas metas terreas sub diversis arboribus cruce signatis positas per eandem viam extra silvam et ibi in exitu in silva est posita una meta terrea, que omnes mete separant et distingunt terram Myr et possessionem Bozyn, prout iuravit magister Sebus, deinde vadit per eandem viam ad hortos caulium magistri Sebus supradicti et ibi sunt posite due mete separantes predictam terram Myr et possessionem Bozyn, et post hec progreditur superius per fluvium Byztrich quem fluvium aliqui vocant Nyrpataka, ubi via transit de Zenthgywrg in Bozyn, et ibi est posita una meta terrea que simpliciter separat suprascriptas possessiones Myr et Bozyn, et per eundem fluvium transit per bonum spacium et venit ad locum ubi fluvius Byztrich scinditur in duas partes, et ibi posita est meta terrea que separat terram Myr et possessionem Bozyn, deinde transit contra montana ad partem sinistram et venit ad caput, et ibi posita est meta terrea que distinguit possessiones supradictas, et preterea transit ad viam Jablan et ibi posita meta, et deinde per veteres metas et antiquas in ipso privilegio contentas transit et vicinatur possessionibus regalibus; ceterum retulerunt iidem homines regie maiestatis et nostri socii, quod

cum possessiones in Chollwkuz existentes predictorum magistrorum Sebus et Petri posita sorte inter ipsos dividere voluissent, magister Petrus ipsam divisionem facere noluisset, asserendo quod porcio ipsius magistri Sebus fratris sui in villa Chuturthuk existens sibi pignori obligata et nondum redemta, que dudum per ipsum Sebus redimi debebant aut in suam porcionem recipi, quod facere magister Sebus recusasset, divisionem ipse magister Petrus facere noluisset, predictus vero magister Sebus dividere voluisset, dicendo quod hactenus non habuerunt divisionem inter se, et si divideretur redimeret porcionem sorte sibi devolutam. Datum feria sexta proxima ante festum beate Margarete virginis et martiris, anno domini M° CCC° XL° tercio.

Két példányban, az egyik papíron, a másik hártyán kiállítva, mindkettő hátlapján a pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 241. 1. és 321. 18. dipl. lt. 3606. Közli: Kovács N.

218.

1343. Körös, jul. 19. Pál Körös vármegye ispánja és mereni várnagy előtt Pál bán fia István ügyvédet vall.

Nos magister Paulus comes Crisiensis et castellanus de Meren significamus . . quod magister Stephanus filius Pauli bani condam comitis Crisiensis ad nostram personaliter accedendo presenciam, in omnibus causis suis et causarum articulis a data presencium infra revolucionem annualem tam per ipsum contra alios, quam per alios contra ipsum coram domino nostro Nicolao bano et aliis quibuslibet iudicibus . . in quibuslibet terminis motis vel movendis, Nicolaum filium Demetrii famulum suum exhibitorem presencium . . constituit . . legitimum . . procuratorem, ratum et firmum promittens se habiturum, quidquid per ipsum Nicolaum procuratorem suum actum gestum fuerit seu ordinatum in causis suis universis. Datum in Crisio, sabbato proximo ante festum beate Marie Magdalene, anno domini M° CCC° XL° tercio.

Papíron, hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. lt. N. R. A. 1766. 6. dipl. lt. 3608. Közli: Kovács N.

219.

1343. aug. 28. Veröcze vármegye közönsége előtt Zoym leánya Margit Pap Miklós özvegye és fiai, Ztoydrasa nevű Veröcze vármegyei birtokukat huszonöt márka báni denárért Treutel Miklós pozsonyi főispánnak eladják.

Nos Paulus plebanus de Wereuche universitasque nobilium de eodem comitatu . . ad universorum noticiam . . harum serie volumus pervenire, quod Margareta filia Zoym relicta Nicolai dicti clerici, unacum tribus filiis suis videlicet Paulo Dominico et Stephano ab una parte, Simon filius Jacobi familiaris et procurator magistri Nicolai dicti Treutel comitis Posoniensis in hac parte legitimus . . ab altera coram nobis personaliter constituti, eadem Margereta et dicti filii eiusdem quandam possessionem eorum Ztoydrasa vocatam in eodem comitatu Wereuche circa possessionem ipsius magistri Nicolai Ilona vocatam constitutam, propter eorum nimiam inopiam et paupertatem quam (. . . . .) paciebantur, ac propter desolacionem ipsius possessionis, cum a multis temporibus sit desolata et penitus habitatoribus destituta, nec aliquam utilitatem consequi potuissent ex eadem, dixerunt (. . . . .) se cum omnibus . . pertinenciis . . eidem magistro Nicolao dicto Treutel et per eum suis heredibus . . pro viginti quinque marcis denariorum banalium, receptis ab eodem magistro Nicolao Treutel integraliter ut dixerunt, vendidisse . . sub suis iustis metis et terminis, quibus eandem predictus Nicolaus clericus possidebat iure perpetuo possidendam . . obligavit eciam se eadem domina et filii sui prenotati, quod si quascunque literas maliciose observatas contra predictum magistrum Nicolaum Treutel et suos posteros ullo unquam tempore racione predicte possessionis exhiberet, extunc penitus vigoribus carerentur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quinta proxima ante festum beati Egidii abbatis, anno domini M° CCC° XL° tercio.

Piros-kék és sárga selyem-sodraton függő monorú pecsét-fészekkel, melyben maga a *pecsét már nem látszik*; eredetije a N. Muzeumban, a gr.

Forgács cs. Itárában. Fejér is közli i. h. IX. 1. 157. l. de több hibával; Pál plebanus czímében nem érthetünk egyebet, mint comest vagy ispánt; a mint a vármegyék hajdan parochia név alatt is fordúlnak elő, Pál comes mint Verőcze parochia első tisztviselője, a comes név helyett, mint a parochia plebánosa e szokatlan de méltó czímmel élhetett.

220.

1343. sept. 13. A pozsegai káptalan előtt Tiboldfia János fiai János és Kakas, a Száva folyó mellett fekvő összes birtokaikat a határok megjelölésével egymás között felosztják.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Johannes literatus famulus magistri Lewkus filii Johannis filii Tyboldi . . pro eodem domino suo ab una, et Ladislaus filius Gregorii famulus magistri Kokas . . pro eodem domino suo parte ab altera coram nobis constituti, propositum extitit per eosdem . . quod predicti magistri Lewkus et Kokas filii Johannis filii Tiboldi domini ipsorum super possessionibus suis et possessionariis porcionibus infrascriptis talem inter se divisionem perpetuam celebrassent: primo videlicet mete possessionis ipsorum Scincha vocate ex parte Zauc taliter inter ipsos distinguntur, quod prima meta ipsius possessionis Scinza incipit primo iuxta Suchan ex parte meridionali in arbore tul cruce signata, abhinc ad septemtrionem eundo pervenit ad magnam viam et salit ipsam viam ad arborem tul cruce signatam, inde pervenit ad quoddam Cherit similiter ad septemtrionem et vadit ad arborem twl cruce signatam, inde pervenit ad finem Rodoanlaza ubi sunt due arbores twl cruce signate, et inde exit de ipso Cherit ad campum et per ipsum campum ad septemtrionem tendendo per quoddam mege pervenit ad magnam viam et salit ipsam magnam viam directe et pervenit ad montem silvosum ubi inter duas siccas valles circa magnam viam est arbor magna twl cruce signata, abhinc supra ad septemtrionem salit ipsam magnam viam et pervenit in quandam planiciem in monte ad [illegible]uan ubi est arbor harasth cruce signata, abhinc supra ad [illegible]ch per ipsum yrtuan ad septemtrionem pervenit ad arborem

twl cruce signatam, inde ad septemtrionem directe ad montem cadit in magnam viam in quoddam Zelemen, ubi circa ipsam viam ex utraque parte sunt due arbores twl et alie due byk cruce signate, abhinc per dorsum ipsius montis in magna via procedendo pervenit ad quoddam Kalista, abhinc modicum procedendo exit de ipsa via ad septemtrionem et pervenit in magnam arborem twl gemmatam, inde ad septemtrionem modicum spacium eundo per terras arabiles pervenit ad aliam arborem twl cruce signatam, inde salit magnam viam et pervenit in quoddam Kalista, abhinc quasi flectitur ad orientem et pervenit ad arborem twl cruce signatam in capite cuiusdam Zuhodol, abhinc tendit ad septemtrionem et pervenit ad alium Zuhodol et transit ipsum et pervenit ad arborem piri, abhinc ad septemtrionem transit terras arabiles et pervenit ad aliam arborem piri in capite Zuhodol, et inde quasi ad occidentem in fine terrarum arabilium pervenit ad aliam arborem piri cruce signatam, inde directe ad occidentem transit terras arabiles et pervenit ad arborem twl, iuxta quam est arbor piri silvestris circa quandam viam magnam, et inde directe ad ipsam magnam viam et per eandem eundo ad bonum spacium pervenit in medio vinearum, et abhinc per ipsam viam in longo spacio eundo pervenit ad duas arbores twl cruce signatas prope Oziatelyke, et inde de ipsa magna via salit ad occidentem ad parvam viam et per ipsam in bono spacio eundo descendit et pervenit ad duas arbores twl cruce signatas ex utraque parte ipsius vie existentes, inde per eandem viam ad occidentem pervenit ad quendam Syd in medio feneti et transit ipsum fenetum directe et pervenit ad arborem berekyna cruce signatam, abhinc ad occidentem eundo pervenit sub quandam vineam ad arborem berekyna cruce signatam, sub qua vinea sunt tres arbores harast, abhinc directe ad occidentem pervenit ad duas arbores cher cruce signatas, abhinc directe eundo ad occidentem cadit in Chernykpotaka ad metas magistri Johannis filii Nicolai filii Tiboldi, et taliter una particula possessionarie porcionis ipsius Scincha per has metas terminatur, et ex parte orientis cessisset in porcionem magistri Kakos prenotati, ex parte vero occidentis cessisset magistro Leukus antedicto, que est inferior pars Scincha videlicet ex parte Zaue. Item superior pars eiusdem

possessionarie porcionis ipsorum magistri Leukus et Kakas Scincha vocate ex parte superiori videlicet ex parte septemtrionis taliter inter ipsos distingitur: quod prima meta incipit in Clupcha circa magnam viam et de ipsa magna via salit ad meridiem in dorso birch et cadit in aliam viam, et per ipsam eundo salit de ipsa via quasi ad meridiem ad arbores cerasii et scil superius quandam vineam et transit ipsam vineam per medium, cuius medietas ex parte occidentis est magistri Kakos, alia vero medietas ex parte orientis est magistri Leukus, et transeundo ipsam vineam descendit in quoddam Zuhodol, in capite cuius sunt dumi avellanarum, et per ipsum Zuhodol cadit in quoddam potok quod descendit ex parte sessionis Temsa, et per ipsum potok eundo exit ad alium potok supra ad occidentem, et palisper eundo per ipsum potok pervenit in Zuhodol, et per ipsum Zuhodol salit quoddam byk ad terras arabiles in eodem Zuhodol ad meridiem, et inde capite ipsius Zuhodol ultra terras arabiles pervenit ad arborem piri silvestris in quodam byrch in fine byk, et ab ipsa arbore piri ascendit circa byk ad viam magnam et per ipsam viam tendit ad orientem, et per bonum spacium eundo exit ad meridiem et venit ad arborem berekyna cruce signatam, et de ipsa arbore directe ad meridiem per terras arabiles eundo pervenit in quoddam Zuhodol et per ipsum cadit in potok quod potok descendit de predio Gergen, et per ipsum potok infra per longum spacium eundo pervenit in Benkwlgy et in ipso Benkwlgy salit de ipso potok ad orientem ad arborem nucis, et inde per quandam parvam viam prope eundem potok eundo ad meridiem pervenit ad arbores piri et gertifan, et inde ad septemtrionem intrat in Zuhodol et ab ipso Zuhodol ascendit in byrch nemorosum et pervenit ad arborem twl cruce signatam, et ab ipsa arbore modicum eundo per Wrm cadit in viam antiquam, et per ipsam quasi vertitur ad orientem, et in eadem via per bonum spacium ad meridiem eundo per nemus pervenit ad aliam viam antiquam, et per ipsam viam similiter eundo salit ad orientem ad magnam viam ubi est arbor twl cruce signata, que via modicum vadit ad meridiem, et de ipsa magna via salit ad orientem ad aliam viam, et per ipsam viam *cadit in* patak qui fluit de predio seu sessione Jacobi iudicis,

iuxta quem potok est arbor nucis cruce signata, et per ipsum potok vadit infra et cadit in Lesnykpotoka ad metas cruciferorum et ibi terminatur; cuius possessionarie porcionis pars ex parte orientis sub istis metis cessit magistro Leukus supradicto, pars vero meridionalis cessit magistro Kakos predicto; vinee eciam que sunt in terris ad Temsatelyke separatis et cessis, cesserunt similiter in porcionem magistri Kakos prescripti. Item mete terrarum seu possessionariarum porcionum prescriptorum magistrorum Leukus et Kakos prope castrum ipsorum ex parte Banapotaka existencium inter ipsos per has metas distinguntur: quod prima meta incipit in Banapotaka in dumo salicis et exit de ipso potok ad medium duorum dumorum scilicet javor et gertyan, sub quo dumo javor est strues lapidum seu congeries eorumdem, inde supra ad septemtrionem per terras arabiles in medio duarum vinearum eundo pervenit ad dumum pomi silvestris, inde ad septemtrionem pervenit ad montem ante castrum existentem ad quoddam mege vinee ubi est arbor cerasi cruce signata, et de ipsa arbore salit ad magnam viam, et per eandem viam vadit versus septemtrionem et pervenit in medium ipsius montis, et ibi exit de ipsa via ad orientem, et in medio terrarum arabilium eundo cadit in quoddam telyk Tessilateleke vocatum, et per medium eiusdem teluk eundo pervenit ad arborem nucis cruce signatam, et inde cadit in vallem ubi terminantur; cuius possessionarie porcionis medietas ex parte orientis sub his metis cessit magistro Kakos predicto, ex parte vero occidentis cessit magistro Leukus supradicto (. . . . .) autem villam ipsorum sub castro existentem taliter inter se divisissent: quod medietas ipsius ville ex parte orientis cum fundis sive sessionibus et iobagionibus ac aliis quibuslibet utilitatibus suis usque ad medietatem fundorum Braten et Wlkyn villicorum, cessisset in porcionem magistri Leukus, alia vero medietas ipsius ville ex parte occidentis similiter cum omnibus utilitatibus suis cessisset de ipsa medietate predictorum fundorum incipiens magistro Kakos antedicto; montem autem Cozyrit vocatum ante castrum ipsorum a parte meridionali adiacentem communem et indivisum inter se omisissent, ut ad usum castri ipsorum ligna in eodem generentur. *Item alia particula* terre seu possessionaria porcio

ipsorum prope castrum ex parte Lesnyk existens per has metas inter ipsos dividitur: prima meta incipit in Lesnykpotaka circa unum molongat, et inde salit ad dum (. . .) anarum, et inde ultra quoddam Lunca ad occidentem pervenit ad arborem gertyan cruce signatam, et de ipsa arbore similiter ad occidentem directe transit quoddam Gacar ad byrch ascendendo, et venit ad arborem haas cruce signatam, deinde vertitur ad septemtrionem et transit quandam terram arabilem (. . . .) arborem gertyan cruce signatam in capite sicce vallis, et inde transit per eandem siccam vallem ad septemtrionem et ascendit supra per terras arabiles et pervenit circa quoddam Gacar ubi circa unam antiquam viam est arbor harast cruce signata, et ibi transit quoddam (. . . . .) et pervenit ad terras arabiles, et inde similiter per easdem terras arabiles ad septemtrionem in fine eiusdem terre pervenit ad Gacar ubi est arbor harast, et abhinc iuxta ipsum Gacar tendit supra ad septemtrionem inter terras arabiles per quoddam (. . . . .) dumi spinarum et salit quoddam Zuhodol et pervenit in byrch ubi sunt tres arbores harast, inde supra ad septemtrionem pervenit in quoddam Zuhodol, transit ipsum directe et pervenit ad terras arabiles, et transeundo ipsas pervenit in byrch iuxta easdem (. . .) iuxta arborem harast ubi vicinatur metis magistri Johannis filii Nicolai filii Tyboldi, ibique terminantur; et pars orientalis predicte terre sub prescriptis metis cessit magistro Lewkus, pars vero occidentalis cessit magistro Kakos predicto; sessiones autem et fundi in predict (. . .) ntes taliter inter ipsos sunt divisi: quod Thomasinteleke et Marizlowteleke cesserunt magistro Kakos cum omnibus utilitatibus eorumdem, magistro vero Lewkus cesserunt Damyanteleke et Thomethteleke similiter cum omnibus utilitatibus eorumdem; item duos servos eorumdem videlicet Ruzan et Doklen taliter inter se diviserunt, quod predictus Ruzan cum filiis et filiabus et fundo ac vineis et omnibus utilitatibus eiusdem fundi cessit magistro Kakos prenotato, magistro vero Leukus cessit Doklen cum filiis et filiabus suis, fundo (. . . . .) aliis utilitatibus ad eundem fundum pertinentibus; item possessiones Belavowch et Cosech vocate cum portu et omnibus utilitatibus earumdem *nomine quovis* vocitatis cessissent.. magistro Lewkus prefato,

e converso vero possessiones Cyrkuenicha et Ymentw cum portu et vineis (. . . . .) quovis vocitatis cessissent . . magistro Kakos memorato. Item mete possessionis Janorya vocate taliter inter ipsos distinguntur: prima meta incipit in fluvio Zirth vocato circa possessionem magistri Johannis filii Nicolai predicti et ascendit ad arborem twl in latere cuiusdam (. . . . .) vocati et ascendit verticem cuiusdam montis, et de ipso monte ad meridiem directe eundo pervenit ad magnam viam et salit eandem magnam viam, et similiter ad meridiem directe eundo pervenit et cadit in quandam siccam vallem et de eadem valle cadit circa unum telek in quoddam potok et per idem potok (. . . . .) et cadit in (. . . .) rana potoka et medietas eiusdem possessionis ex parte orientis cessit magistro Kakos, medietas vero ex parte occidentis cessit magistro Leukus sepefato. Item possessio magistrorum Lewkus et Kakos Zirch vocata taliter inter ipsos (. . . . .) nyefew et per ipsum potok tendit ad occidentem et pervenit ad quoddam Zuhodol ubi est arbor cher vocata, et inde directe ad septemtrionem per terras arabiles pervenit ad arborem berekyna et de eadem arbore flectitur modicum ad (. . . . .) ubi per eundem potok palisper ad septemtrionem eundo exit ad occidentem ad quandam vineam que remanet ad partem meridionalem, et circa eandem ex parte septemtrionis ascendit supra ad byrch et in ipso byrch pervenit ad arborem twl cruce signatam, et directe de eadem arbore ad (. . . . .) pervenit ad aliam arborem twl que est in medio duarum siccarum vallium, abhinc ad arborem haas cruce signatam, abhinc ad occidentem ad quandam magnam viam antiquam, et per eandem viam ascendit ad byrch ad meridiem et pervenit ad arborem pomi silvestris, abhinc (. . . . .) et pervenit ad quoddam Zuhodol, et per eundem Zuhodol palisper eundo salit ad arborem cerasi, et de eadem arbore tendit circa quoddam nemus, et circa idem nemus quasi ad septemtrionem descendendo pervenit ad unum dumb ad tres arbores cerasorum, et inde quasi ad (. . . . .) cadit in magnam viam et per eandem viam quasi ad septemtrionem eundo pervenit ad arborem has cruce signatam, et de eandem arbore flectitur ad occidentem et cadit in Zuhodol, et per *idem Zuhodol* pervenit et vadit iuxta Mirozlow-

teleke, et in eodem Zuhodol vadit ad septemtrionem (.....) que est in dicto Zuhodol ubi dictum Zuhodol angulatur, et per idem Zuhodol angulatum flectitur ad occidentem et pervenit ad quoddam Syd, et de eodem Syd flectitur per angulum eiusdem Zuhodol ad occidentem, et per idem Zuhodol girando quasi ad occidentem exit ad quandam viam in medio terrarum arabilium (.....) eandem viam ad septemtrionem eundo cadit ad magnam viam ubi dumus spine, et per eandem ad bonum spacium eundo ad occidentem pervenit ad duos dumos spinarum et inde exit ad occidentem et tendit inter terras arabiles et pervenit circa quoddam pratum, et inde quasi flectitur ad meridiem et pervenit ad arborem piri silvestris, et abhinc tendit quasi ad meridiem ad quandam Calista ubi sunt dumi salicis, et inde directe ad occidentem per terras arabiles pervenit ad fluvium Puhur ubi est arbor nar, et per dictum fluvium infra eundo exit de eodem directe ad occidentem ad terras arabiles, et inter easdem directe ad occidentem eundo pervenit ad arborem harsfa, et de eadem procedendo pervenit et cadit in Zamarynpotaka, et de eodem procedendo vadit directe ad occidentem, pervenit ad metas filiorum Bagin, ibique terminatur; et medietas dicte possessionis Zirch ex parte septemtrionis cessit in porcionem magistri Leukus, pars vero meridionalis cessisset in porcionem Kakos. Et quia ambe partes descensu in villa circa ecclesiam beate virginis exemti carere non poterant, ob hoc ordinassent, ut magistro Kokos in ipsa villa cessent quatuor fundi sive curie cum iobagionibus, hostiis, vineis et fructibus. Item possessionem eorumdem magistrorum Leukus et Kakos Zauerfa vocatam taliter inter se divisissent: quod prima meta incipit ex parte Petur a parte occidentis in quodam fonte, et per cursum ipsius fontis cadit in Tesanpotaka, et per eundem potak vadit supra et pervenit ad medium cuiusdam teluk, et de medio eiusdem teluk procedit ad orientem et pervenit in quoddam Zuhodol Hmelinch vocatum et de eodem Zuhodol exit ad occidentem et pervenit ad quandam arborem cerasi cruce signatam, et inde directe ad occidentem pervenit ad arborem nucis cruce signatam, abhinc quasi ad septemtrionem vadit ad arborem cerasi circa quam ex parte occidentis est *quidam* fons, et de eadem arbore cerasi modicum ad septem-

trionem cadit in viam inter terras arabiles, et per eandem ad orientem tendendo exit de eadem via quasi ad septemtrionem et vadit inter terras arabiles super quoddam mege, et super idem mege ad septemtrionem eundo cadit in Zuhodol ubi in medio Zuhodol est arbor cerasi, et inde salit dictum Zuhodol et ascendit ad septemtrionem ad quendam monticulam ubi est arbor borchowcha cruce signata, abhinc directe ad septemtrionem pervenit ad quandam piri arborem circa quandam siccam vallem, abinde directe ad aliam arborem piri circa aliam siccam vallem, et saliendo dictam vallem similiter ad septemtrionem pervenit ad magnam viam et salit eandem et cadit in arborem cerasi, et abhinc ad septemtrionem pervenit circa quandam silvam ubi est arbor twl cruce signata, et inde ad septemtrionem pervenit ad quoddam teluk et directe per idem transeundo pervenit et cadit in arborem twl cruce signatam, et inde cadit in viam que est circa ipsam twl et in eadem via modicum procedendo ad septemtrionem transit modicum campum et cadit in Zuhodol, ubi modicum eundo sunt due arbores, una pomi et alia piri silvestris cruce signate, inde per eundem Zuhodol per bonum spacium eundo pervenit ad arborem twl cruce signatam ubi exit de eadem Zuhodol et tendit in Birchor ad arborem twl, et inde transit ad septemtrionem et sub quodam teluk cadit in arborem gertyan, et de eadem arbore transit ipsum teluk per directum medium, pervenit ad terras arabiles directe et in medio earumden terrarum procedendo pervenit in quoddam dumb in quo est arbor twl, iuxta quam a parte occidentis est quoddam fenetum in porcione magistri Leukus, quod fenetum iidem magistri Leukus et Kakos communi voluntate commiserunt ad fundum iobagionis magistri Kakas Junark vocati, et de dicta arbore twl directe ad septemtrionem eundo in medio duorum dumorum avellanarum pervenit ad magnam viam, et eandem directe saliendo eundo per terras arabiles vadit et cadit in Aworoapotaka ibique terminatur; ubi pars occidentalis ipsius possessionis cessit magistro Leukus, pars vero orientalis cessit magistro Kakos antedicto; preterea eedem partes ordinassent, quod ipsi et eorum famuli ac iobagiones vineas ipsorum universas quas hactenus alter in alterius porcione tenuissent seu habuissent

easdem pro nunc sicut ex tunc in perpetuum possiderent. Retulerunt eciam predicti procuratores eorumden magistrorum Leukus et Kokus, quod quia porcionem ipsorum in castro ipsos contingentem et predium Jacobi et Gregorii iudicum famulorum ipsorum ac silvam Zaue necnon piscaturas seu piscium clausuras universas vulgo zege mominatas propter ipsorum arduas necessitates ad presens inter se ipsos dividere non potuissent, ob hoc dum alicui parcium predictarum necesse fieret, ambe partes inter se dividere equaliter tenerentur; porciones tamen indivisas prescriptas, quas quelibet parcium qualiter hactenus servavit et possedit, eodem modo usque fiendam divisionem servare possit et possidere; hoc tamen interiecto, quod prescripta possessionaria divisio nunquam inter ipsos celebrata per hoc possit vel valeat aliqualiter temporis in curriculo retractari et violari. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, ut huiusmodi divisio per quempiam ipsorum temporis in processu non valeat revocari, ad instantem peticionem eorumdem nostras concessimus literas sigilli nostri munimine pendentis et autentici roboratas. Datum sabbato proximo ante festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini M° CCC^mo XL^mo tercio.

A pecsét sárgás selyem-sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 715. 9. dipl. lt. 3610. Közli: Kovács N.

221.

1343. Esztergom, sept. 23. Csanád esztergomi érsek a szécsényi rimóczi és lóczi lelkészeket a garábi préposton elkövetett hatalmaskodás dolgában vizsgálatra küldi ki.

Chanadinus . . archiepiscopus Strigoniensis lociquo eiusdem comes perpetuus . . Paulo de Scechen, Nicolao de Rymolch, Petro de Loch et Gregorio de Waralia ecclesiarum sacerdotibus . . dicit nobis religiosus vir frater Ambrosius prepositus de Garab ordinis premonstratensium conquerendo, quod feria quinta proxima post festum Nativitatis virginis gloriose proxime iam preteritum quidam rustici de villa Sur et de Waralia ac de Bache, dei timore postposito tamquam im-

memores eorum salutis, ad domum ipsius in villam Garab accessisent, et ipsum ibidem sine culpis suis exigentibus interficere voluissent, ipseque prepositus timens mortis amaritudinem, ad monasterium fugisset et in sacristiam ipsius monasterii intravisset, ipsique populi tamquam canes rapidi ad monasterium accedentes et ostium eius et sacristie ad predictum prepositum confringentes, dictusque prepositus in sui defensionem unum parvum scrinium in quo corpus Christi reservabatur, ad manus eius recepisset, predictique populi ad terram ipsum scrinium confregissent, et insuper quelibet bona tam ipsius monasterii quam eiusdem prepositi omnino exportassent; unde cum nobis de premissis non constaret aliqua rei certitudo, devocioni vestre in virtute sancte obediencie mandamus, quatenus receptis presentibus, accedatis ad premissa inquirenda et videnda, si veritas de premissis sic se habet nec ne; et post hec scita veritate tocius ipsius inquisicionis seriem in vestris literis ad vestre consciencie puritatem nobis rescribatis; ipsosque populos salubriter ammoneatis verbo nostro, ut de premissis factis eorum usque quindenas congruam rependant satisfaccionem, qui si fecerint bene quidem, alioquin ipsis quindenis diebus transactis, auctoritate conservatoria papali contra eosdem procedemus. Datum Strigonii, feria tercia proxima ante festum beatorum Cosme et Damiani martirum, anno domini M^mo CCC^mo XLmo tercio.

Papíron, zárlatán pecsét tőredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 67. 42. dipl. lt. 3611. Közli: Kovács N.

222.

1343. Gömör, sept. 23. Miklós nádor előtt a Gömör és Torna vármegyék részéről tartott közgyülésen Hangonyi Miklós a Básthi Erdőfia János ellenében neki megítélt esküt hatod-magával leteszi.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod cum iuxta examen nostri iudicii Nicolaus de Hangun sexto se hominibus sibi similibus se incluso contra Johannem filium Erdeu de Basth in capella nostra presente

homine nostro tercio die congregacionis nostre universitati nobilium comitatuum de Gumur et de Torna in quindenis festi Nativitatis virginis gloriose in Gumur celebrata, super eo, quod Petrus dictus Cypeu ad ipsum non venerit nec apud ipsum nunc existat, sacramentum prestare debuiset, tandem ipso termino adveniente, idem Nicolaus cum suis condepositoribus iuxta nostram adiudicacionem super premissis sacramentum prestitit ut debebat; unde nos ipsum Nicolaum contra Johannem prenotatum super premissis reddidimus expeditum .. Datum secundo die deposicionis iuramenti, in loco memorato, anno domini M° CCC^mo XL^mo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival, eredetije a N. Muzeumban. a Hamvay cs. ltárában. Közli: Komáromy A.

223.

1343. sept. 29. A győri káptalan előtt Gergelyi Sool fiai, Lőrincz és testvérei, Gabrianföldc nevü Veszprém vármegyei birtokukat Sitkei Lőrincznek nyolcz márka bécsi denárért eladják.

Nos capitulum Jauriensis ecclesie .. significamus .. quod Andrea et Laurencio pro se ac pro Thurol fratre ipsorum de Gvreger ex una, item magistro Leukus de Sythke ex altera coram nobis personaliter constitutis, per eosdem Andream Laurencium et Thurol filios Sool (. . . .) propositum exstitit .. quod ipsi possessionem Gabrianfelde vocatam in comitatu Vesprimiensi habitam, super cuius facto diucius inter ipsos litis materia fuisset ventilata .. in talem devenissent concordie unionem, quod receptis ab eodem magistro Leukus octo marcis promtorum denariorum latorum viennensium, quamlibet marcam cum decem pensis computando, ipsamque possessionem eidem magistro Leukus et per eum suis heredibus libere .. eidem magistro Leukus permisissent possidendam, tali modo, .. quod si qua parcium partem alteram .. super facto eiusdem possessionis molestare .. niteretur, pars hoc faciens contra partem alteram in succubitu duelli facti potencialis convinceretur eo facto; dixerunt eciam, quod omnia instrumenta

literalia super eadem possessione Gabryanfelde vocata in manus ipsius magistri Leukus assignassent, hoc eciam non pretermisso, quod si temporum in processu Emericus Jacobus et Ladislaus filii Petri filii Michaelis de Gureger super facto eiusdem possessionis eundem magistrum Leukus molestare . . niterentur, extunc prefati filii Sool anteliti (. . . . .) octo marcas dicto magistro Leukus restituere tenerentur (. . . . . .) Datum in festo beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XL^mo (tercio).

Hátán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

224.

1343. Kompolth, oct. 2. Miklós nádor Putnoki Vece Miklós fiát Jánost, az Ilsvai Dezső fia Péter részére kiszabott bírság megfizetéséről nyugtatja.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod Johannes filius Nicolai dicti Vece de Putnok de iudicio trium marcarum, in quo contra Petrum filium Deseu de Elsua coram nobis legitime in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatuum de Gumur et de Torna in quindenis festi Nativitatis virginis gloriose in Gumur celebrata convictus exstitisset, nobis et parti adverse satisfecit; super quo quidem iudicio trium marcarum ipsum Johannem reddidimus et commisimus expeditum.. Datum in villa Kompolt, feria quinta proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo CCC^mo XL^mo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 12. dipl. lt. 3614. Közli: Kovács N.

225.

1343. oct. 6. A vasvári káptalan előtt Csontos Gergely és István fia Miklós gyvadi nemesek, Paczcza és Dezseda nevü Somogy vármegyei birtokaikat Miklós bán fiának Miklósnak száz márka denár örökárért eladják.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castro Ferreo notum facimus . . universis, quod Gregorius dictus Chuntus filius Iule et Nicolaus filius Stephani nobilis de Gyuoad coram nobis personaliter constituti, possessionariam porcionem eorum in possessione Poulcha appelata comitatus Symigiensis ipsos debentem et contingentem, ac Nicolaus prefatus pro se possessionem suam Deushyda vocatam similiter in comitatu Symigiensi existentem, cum omnibus . . pertinenciis . . pleno iure . . confessi sunt vendidisse . . magistro Nicolao filio Nicolai condam bani pro centum marcis promtorum denariorum ponderis Budensis ex integro coram nobis persolutis, et per eundem magistrum Nicolaum suis heredibus . . iure perpetuo . . possidendas . . et ad uberiorem rei cautelam . . privilegia eorum literalia . . in manus . . eiusdem magistri Nicolai conferendo, et si qua nequiter observarent . . frivola et inania reliquerunt, ac ubicunque vel quascunque ipsi exhiberent, viribus essent caritura . . assumserunt eciam iidem Gregorius dictus Chuntus et Nicolaus filius Stephani memorati ipsum magistrum Nicolaum aggravacione eorum in prefatis possessionibus conservare . . Datum in octavis festi sancti Michaelis archangeli, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} tercio; magistris Andrea preposito, Michaele cantore, Gregorio custode, Johanne decano ecclesie nostre existentibus.

A pecsét hártya-szeleten függ, alúl chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 582. 24. dipl. 3615. Közli: Kovács N.

226.

1343. Visegrád, oct. 15. Pál országbíró Makranczi Simonnak és Lászlónak, arra, hogy a Rikolf fia László által követelt és ennek Kömlö nevü birtoka szomszédságában fekvö husz-ekényi birtokrészlet Athan nevü birtokukhoz tartozik, esküt ítél.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod cum magister Ladislaus filius Rycolphi, Simonem et Ladislaum de Mocrunch . . contra se ad regiam presenciam ad octavas Nativitatis beate virginis anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo preteritas in causam attraxisset, et ipsa causa racione prioritatis termini ad octavas Epiphaniarum domini prorogata exstitisset, tandem ipsis octavis Epiphaniarum domini advenientibus, Johannes filius Pousa pro predicto magistro Ladislao filio Rycolphi . . contra predictos Simonem et Ladislaum de Mocrunch . . proposuerat eo modo, quod quia quedam possessio ipsius magistri Ladislai filii Rykolphi Kemleu vocata aquisiticia in comitatu de Heueswywar in vicinitate et commetaneitate possessionis dictorum Simonis et Ladislai Atan vocate adiaceret, ob hoc idem Ladislaus filius Rykolphi veras et antiquas metas dicte possessionis sue Kemleu ex parte prenominate possessionis Atan ab eisdem Simone et Ladislao dare postularat; quo audito Nicolaus dictus Balug pro eisdem Simone et Ladislao de Mocronch . . astando responderat e converso, quod iidem Simon et Ladislaus de Mocronch in veris metis dicte possessionis Kemleu non prohiberent, sed de possessione eorum prenotata Atan nominata nullam porcionem sibi permitterent occupare; unde quia ad huiusmodi possesionariam sequestracionem homines domini regis et capituli necessario exstabant destinandi, ideo . . capitulo Vachiensi scripseramus . . postulantes [1]) ut ipsi mitterent hominem eorum pro testimonio fide dignum, quo presente Ladislaus filius Michaelis de Elsovycha vel Nicolaus filius Pangracii de Cheelley aut Jacobus filius Michaelis de Keendi

[1]) Az országbirónak a váczi káptalanhoz 1343. jan. 20-án intézett ezen megkeresése megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1689. 2. dipl. lt. 3555. jegy alatt.

sive Ladislaus frater eiusdem de eadem Kendi aliis absentibus homo domini regis in quindenis festi beati Georgii martiris tunc venturis ad faciem dicte possessionis Kemleu . . accederet, et eandem per suas . . metas ex parte possessionis Atan reambularet . . et cuique parti suam possessionem pacifice relinqueret possidere si partes concordes fierent . . si autem partes in aliqua particula discordes fierent, tunc eandem litigiosam particulam signis pro metis positis consignando et legali mensura si mensurari posset mensurando vel visu considerando . . estimaret . . et post hec seriem premisse possessionarie sequestracionis . . ad octavum diem dictarum quindenarum nostro iudiciario examini partes in literis ipsius capituli Vachiensis reportarent; tandem ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, Nicolao dicto Bolug pro eisdem Simone et Ladislao de Mocronch . . coram nobis astante, Johannes filius Pousa pro ipso magistro Ladislao filio Rycolphi . . ad nostram accedendo presenciam, nobis literas predicti capituli Vachiensis demonstrarat, in quibus vidimus contineri, quod Ladislaus filius Michaelis de Olsovycha homo domini regis presente magistro Thoma socio et concanonico ac testimonio dicti capituli Vachyensis, in predictis quindenis festi beati Georgii martiris ad faciem possessionis Kemleu, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et presentibus procuratoribus parcium accessisset, et eandem per suas veras et antiquas metas ex parte possessionis Atan reambulare et ubi necesse fuisset novas metas iuxta veteres erigere et eandem a possessione Atan distingere voluisset et separare et cuique parti suam possessionem pacifice relinquere, predicti procuratores dictorum Simonis et Ladislai a parte septemtrionali prope unum holm ex parte possessionis Kumleu prenotate unum signum pro meta ostendissent, quod separaret possessionem Athan a possessione Kumleu prenotata, procurator vero ipsius Ladislai filii Rycolphi super eo non contentus, prenominatos procuratores quesivisset, utrum signum quod ostendissent possent vere approbare nec ne, taliter per eosdem dictum exstitisset, quod preallegati Simon et Ladislaus cum tempus opportunitatis adveniret, super eo responderent; deinde ad partem meridionalem per predictos procuratores dictorum Simo-

nis et Ladislai ad unum montem Balugpeturhalmya vocatum pro meta ostensum exstitisset, sed intra illud signum non a reambulacione sed eleccione metarum, estimacione et regali mensura mensuracione ac consideracione metalium signorum prohibuissent. Quarum literarum visis et perlectis continenciis, quia iuxta regni consvetudinem ab antiquo approbatam prohibicio non in mensuracione, nec metalium signorum posicione et estimacione, sed possessionaria perpetua statucione et metarum perpetuo durabilium ereccione fieri oportet, prefatique legitimi procuratores dictorum Simonis et Ladislai ipsos hominem domini regis et testimonium dicti capituli Vachiensis a mensuracione et consignacione et metalium signorum posicione et estimacione ex serie dictarum literarum capituli Vachiensis prohibuisse reperiebantur, ideo eosdem Simonem et Ladislaum de Mocronch in iudicio trium marcarum contra predictum Ladislaum Rykolphi in termino reportacionis serici infrascripte per eosdem Simonem et Ladislaum persolvendo convictos fore committendo, cum vice iterata .. capitulo Budensi scripseramus .. postulantes, quatenus mitterent hominem eorum pro testimonio fide dignum, quo presente Ladislaus filius Michaelis de Olsovycha vel Nicolaus filius Pangracii aut Jacobus filius Michaelis sive Ladislaus frater suus aliis absentibus homo domini regis in octavis beati Michaelis archangeli tunc venturis ad faciem dicte possessionis Kemleu vocate .. accederet, et omnia ea que in prioribus literis nostris continerentur, et capite sigilli nostri consignatis per partes .. tunc inibi exhibendis, exequerentur .. et post hec seriem premisse possessionarie sequestracionis .. ad octavum diem dictarum octavarum festi beati Michaelis archangeli partes in literis predicti capituli Budensis nobis reportarent; tandem ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, Nicolao dicto Balog pro predictis Simone et Ladislao .. coram nobis astante, Johannes filius Pousa pro ipso magistro Ladislao filio Rykolphi .. ad nostram accedendo presenciam, nobis literas dicti capituli Budensis demonstravit, in quibus vidimus contineri, quod Ladislaus filius Michaelis de Olsovycha homo domini regis presente Michaele presbitero chori et testimonio dicte ecclesie Budensis, in predictis octavis festi beati Michae-

Cinerum nunc venturis, presentibus Paulo de Zalantha vel Petro filio Fabiani aut Mark de Scirma pro parte dictorum Simonis et Ladislai de Mocronch, item Ladislao filio Michaelis vel Nicolao filio Pangracii aut Jacobo filio Michaelis sive Ladislao fratre suo aliis absentibus hominibus domini regis et testimoniis dicti capituli Budensis . . in facie dicte particule terre litigiose viginti aratrorum, in sexaginta marcis estimate, inter possessiones Kemleu et Athan vocatas existentis, in uno loco comparendo, super eo, quod ipsa particula terre litigiosa ad prefatam possessionem eorum Athan vocatam pertinuerit et pertineret et nunquam ad predictam possessionem Kemleu pertinens exstiterit, sacramentum prout moris est secundum regni consvetudinem iurare super terram, prestare teneantur, qui si prestiterint, tunc eandem particulam ipsis Simoni et Ladislao de Mocronch, alioquin prefato magistro Ladislao filio Rykolphi, novis metis undique erectis sequestrando, iidem regii et dicti capituli Budensis homines statuant perpetuo possidendam; et quia ipse iuramentales deposiciones multa verba in se continerent, ideo volumus ut testimonium ipsius capituli ad videndum ipsum iuramentum deputatum, seriem eiusdem prefatis Simoni et Ladislao de Mocronch et suis coniuratoribus de verbo ad verbum paulatim et seriatim debeat recitare . . Datum in Wyssegrad, decimo die termini prenotati, anno dimini Millesimo CCC^{mo} XXXX^{mo} tercio.

Papíron, zárlatán két pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 786. 32. dipl. lt. 3617. Közli: Kovács N.

227.

1343. Gyarmath, oct. 16. Nógrád vármegye alispánja és a négy szolgabíró bizonyítják, hogy Miklós nádor Zalathna-melléki Domokos részére Walthi Lestáki büntetését tizenkilencz márka bírság fizetésre változtatta.

Nos magister Johannes dictus Nemes vicecomes Neugradiensis, item Thomas filius Feliciani de Ebechky, Stephanus

filius Theodori de Keny, Valentinus de Dengeleg et Demetrius rufus de Harkyan iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod Leustachius filius Pauli de Walth in nostri presencia personaliter comparendo, propositum exstitit per eundem . . quod licet ipse in congregacione . . Nicolai . . palatini . . generali universitati nobilium comitatus Neugradiensis in quindenis festi beati Michaelis archangeli in villa Garmath celebrata contra Dominicum filium Petri filii Mykou de iuxta Zalathna in facto verberacionis cuiusdam iobagionis sui coram eodem domino palatino in astacione falsi termini convictus exstiterat, tandem idem dominus palatinus motus misericordia, ad peticionem . . nobilium virorum ipsum factum in viginti marcis denariorum promtorum racionis Budensis minus una marca absque partis adverse porcione sibi graciose relaxasset . . quas quidem viginti marcas minus una marca eidem domino palatino in octavis festi beati Andree apostoli nunc venturis absque crastinacione in Wissegrad idem Leustachius solvere assumsit, tali modo, quod si ipsas viginti marcas minus una marca idem in prefixo termino ipsi domino palatino solvere non curaret, extunc in ipsum factum astacionis falsi termini in quo prius convictus et puniendus exstiterat . . incideret eo facto . . Datum in predicta villa Garmath, quarto die congregacionis ipsius domini palatini supradicte, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL° tercio.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

228.

1343. Visegrád, oct. 17. Pál országbíró előtt Mihály fiának Sándornak fia Dancs és ennek fia egy részről, más részről pedig Kemey Miklós és fiai, azon egyezségüket, mely szerint Dancs és fiai Bábony nevü Borsod vármegyei birtokuk felét Kemey Miklósnak és fiainak, viszont ezek Mucsony nevü szintén Borsod vármegyei birtokukat amazoknak adták át, megerösitik és jóváhagyják.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod die dominico proximo post festum Ascensionis domini nunc proxime

preteritum, Donch filio Alexandri filii Michaelis pro se personaliter et pro Egidio Johanne et Petro filiis suis .. ab una, item magistro Nicolao de Kemey pro se personaliter et pro Laurencio Benedicto ac Johanne filiis suis .. parte ab altera coram nobis constitutis, propositum exstiterat per eosdem .. quod ipsi ex nostra iudiciaria .. permissione super omnibus causis et specialiter super facto dimidietatis cuiusdam possessionis Babuna vocate in comitatu Borsodiensi existentis, quam ipse Donch filius Alexandri nomine sui iuris hereditarii ab eisdem magistro Nicolao de Kemey, Laurencio Johanne et Benedicto filiis suis ordine iudiciario coram nobis requirebat, per ordinacionem proborum et nobilium virorum taliter .. concordarant coram nobis, quod predictus Donch filius Alexandri predictam medietatem ipsius possessionis Babuna vocate in comitatu Borsodiensi existentis ipsi magistro Nicolao de Kemey, Laurencio Johanni et Benedicto filiis suis, eo iure quo ad ipsos pertinere dinosceretur, cum omni plenitudine iuris resignasset .. e converso autem predictus magister Nicolaus de Kemey in sua et dictorum Laurencii Johannis et Benedicti filiorum suorum personis, quandam possessionem Monche vocatam in dicto comitatu Borsodiensi existentem, in qua ecclesia lapidea in honore beate Marie virginis constructa haberetur, cum omnibus suis .. pertinenciis .. eidem Donch filio Alexandri, Egidio Johanni et Petro filiis suis .. contulisset .. coram nobis, obligando se idem magister Nicolaus et dictos filios suos .. tali modo, ut iidem magister Nicolaus et filii sui ex parte universorum nobilium hominum et aliorum quorumlibet ipsum Donch filium Alexandri filii Michaelis et filios ac successores suos racione ipsius possessionis Monche vocate et pertinencium .. eiusdem .. impetere attentancium .. expedire tenerentur .. qui si expedire non possent .. extunc in quinquaginta marcis convincerentur eo facto; ipsam autem possessionem Monche vocatam cum suis pertinenciis .. in quindenis festi nativitatis beati Johannis Baptiste tunc venturis, presentibus Nicolao filio Anyani vel Jacobo de Kusuh aut Herrico de Jakou sive Ladislao filio Pethenye aliis absentibus homine domini regis et testimonio capituli Waradiensis .. prenominati magister Nicolaus et filii sui, eidem Donch filio Alexandri et filiis suis

statuere tenerentur, quo eciam die ipsius possessionarie statucionis prefatus Donch filius Alexandri prenotatos filios suos propriis eorum in personis coram eodem homine regio et testimonio dicti capituli Waradiensis statuere, aut pro eisdem cum sufficientibus procuratoriis literis comparere, et premissam totam composicionis formam et possessionariam statucionem fateri et acceptari facere teneretur per eosdem in perpetuum observandam; insuper predictus magister Nicolaus de Kemey, Laurencius Johannes et Benedictus in predicto die dicte possessionarie statucionis predictis Donch filio Alexandri, Egidio Johanni et Petro filiis suis duas equas equaciales et quatuor boves dare, vel si ipsos quatuor boves dare non curarent vel non possent, extunc pro ipsis quatuor bobus quatuor marcas .. solvere tenerentur, prout predictus Donch filius Alexandri se personaliter et predictos filios suos.. prefatus vero magister Nicolaus de Kemey similiter se personaliter et predictos filios suos .. ad omnia premissa .. sponte obligarant coram nobis; et post hec seriem omnium premissorum .. ad octavas beati Michaelis archangeli proxime tunc venturas nobis partes in literis dicti capituli assumserant reportare [1]). Tandem ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, prenominatus Donch filius Alexandri filii Michaelis pro se personaliter et pro eisdem Egidio Johanne et Petro filiis suis.. ab una, et Pangracius filius Jacobi de Zynnye pro eisdem magistro Nicolao de Kemey, Laurencio Johanne et Benedicto filiis suis .. parte ab altera ad nostram accedendo presenciam, literas predicti capituli ecclesie Waradiensis nobis demonstrarunt, in quarum tenoribus .. conspeximus .. quod predictus Ladislaus filius Pethenye homo domini regis, presente Ladislao sacerdote testimonio dicti capituli ecclesie Waradiensis, in predictis quindenis festi nativitatis beati Johannis Baptiste ad faciem eiusdem possessionis Monche accessisset, et in presencia eorumdem hominis regii testimoniique memorati capituli ecclesie Waradiensis, prenominatus magister Nicolaus et filii sui

[1]) Erre vonatkozó oklevele az országbírónak 1343. máj. 25-ről külön is megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 574. 7. dipl. lt. 3592. szám alatt.

eandem possessionem Monche cum omnibus iuribus et quibuslibet utilitatibus suis . . statuissent eisdem Donch filio Alexandri et filiis suis perpetuo possidendam, et in die eiusdem statucionis possessionarie predictus Donch filios suos antedictos propriis eorum in personis prout assumsisset coram eisdem homine regio et testimonio iamdicti capituli Waradiensis statuisset, et totam composicionis formam et possessionariam statucionem prout in literis nostris ratuisset (igy) fateri et acceptari fecisset per eosdem perpetuo observandam; item sepedictus magister Nicolaus de Kemey ac filii sui easdem duas equas equaciales et quatuor boves in die ipsius possessionarie statucionis dedissent eisdem Donch filio Alexandri et filiis suis coram homine regio et testimonio dicti capituli Waradiensis supradictis, et sepedictus Donch dictos filios suos eciam ad presenciam memorati capituli Waradiensis adduxisset, et omnia ac singula in dictis literis nostris contenta fecisset per eosdem confiteri coram capitulo prenotato [1]). Quarum literarum dicti capituli ecclesie Waradiensis . . perlectis tenoribus, cum eosdem Donch filium Alexandri in sua et predictorum filiorum suorum personis, et Pangracium filium Jacobi de Zynnye legitimum procuratorem eorumdem magistri Nicolai de Kemey, Laurencii Johannis et Benedicti filiorum suorum, de eo, utrum prefati Donch filius Alexandri, Egidius Johannes et Petrus filii eiusdem, magister Nicolaus de Kemey, Laurencius Johannes et Benedictus filii sui, premissam totam possessionariam ordinacionem et composicionis formam perpetuo inter se duraturam velint observare vel ne, trinario numero ut nostro incumbit officio habuissemus requisitos, prenominati Donch filius Alexandri se et eosdem Egidium Johannem ac Petrum filios suos, et Pangracius filius Jacobi memoratos magistrum Nicolaum de Kemey, Laurencium Johannem et Benedictum filios eiusdem, premissam totam composicionem possessionariam et ordinacionem perpetuo inter se observaturos et in nulla sui parte retractaturos fore affirmarunt, imo idem Donch filius Alexandri se et eos-

[1]) A váradi káptalan erről szóló oklevele 1343. jul. 13-ról megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 586. 47. dipl. lt. 3607. sz. alatt.

dem Egidium Johannem et Petrum filios suos, ac predictus Pangracius filius Jacobi prefatos magistrum Nicolaum de Kemey, Laurencium Johannem et Benedictum filios eiusdem auctoritate predictarum literarum procuratoriarum perpetua stabilitate observare et in nullo retractare velle assumserunt coram nobis . . Datum in Wissegrad, duodecimo die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini M^mo CCC^mo XXXX^mo tercio.

Zöld-sárgás selyem-sodraton függő pecsét-töredékkel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 574. 7. dipl. lt. 3618. Közli: Kovács N.

229.

1343. Gömör, nov. 3. Demeter mester a nádor bírságszedője a Bebek Domokos fiai és társai részére megítélt bírság lefizetésére Szkárosi Miklósnak halasztást ad.

Nos magister Demetrius exactor iudiciorum . . Nicolai . . palatini memorie commendamus, quod nos ad preceptum et mandatum eiusdem domini nostri iudicia centum et octo marcarum in quibus Nicolaus filius Nicolai de Scarus anno in presenti congregacione eiusdem in comitatu Gumuriensi celebrata contra Stephanum et Georgium filios Dominici dicti Bubek, Johannem et Petrum filios Alexandri filii Hunth, Demetrium filium Gogan, Jacobum filium Elek ac Michaelem famulum eorumdem convictus exstiterat, et in octavis festi Omnium Sanctorum solvere nobis assumserat, ad preceptum eiusdem domini nostri ad octavas festi beati Georgii martiris iam venturas in eodem statu duximus proroganda . . Datum in villa Gumur, feria secunda proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini M CCC^mo XL^mo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeum könyvtárában a Hamvay család ltárában. Közli: Komáromy A.

226.

1343. Visegrád, oct. 15. Pál országbíró Makrauezi Simonnak és Lászlónak, arra, hogy a Rikolf fia László által követelt és nekik Kömlö nevü birtoka szomszédságában fekvö husz-ekényi birtokrészlet Athan nevü birtokukhoz tartozik, esküt itél.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria. quod cum magister Ladislaus filius Rycolphi. Simonem et Ladislaum de Mocrunch . . contra se ad regiam presenciam ad octavas Nativitatis beate virginis anno domini M° CCC^mo XL^mo secundo preteritas in causam attraxisset, et ipsa causa racione prioritatis termini ad octavas Epiphaniarum domini prorogata exstitisset, tandem ipsis octavis Epiphaniarum domini advenientibus, Johannes filius Pousa pro predicto magistro Ladislao filio Rycolphi . . contra predictos Simonem et Ladislaum de Mocrunch . . proposuerat eo modo, quod quia quedam possessio ipsius magistri Ladislai filii Rykolphi Kemleu vocata aquisiticia in comitatu de Heueswywar in vicinitate et commetaneitate possessionis dictorum Simonis et Ladislai Atan vocate adiaceret, ob hoc idem Ladislaus filius Rykolphi veras et antiquas metas dicte possessionis sue Kemleu ex parte prenominate possessionis Atan ab eisdem Simone et Ladislao dare postularat; quo audito Nicolaus dictus Balug pro eisdem Simone et Ladislao de Mocronch . . astando responderat e converso. quod iidem Simon et Ladislaus de Mocronch in veris metis dicte possessionis Kemleu non prohiberent, sed de possessione eorum prenotata Atan nominata nullam porcionem sibi permitterent occupare; unde quia ad huiusmodi possesionariam sequestracionem homines domini regis et capituli necessario exstabant destinandi, ideo . . capitulo Vachiensi scripseramus . . postulantes [1]) ut ipsi mitterent hominem eorum pro testimonio fide dignum, quo presente Ladislaus filius Michaelis de Elsovycha vel Nicolaus filius Pangracii de Cheelley aut Jacobus filius Michaelis de Kcendi

[1]) Az országbírónak a váczi káptalanhoz 1343. jan. 20-án intézett ezen megkeresése megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 4. dipl. lt. 3555. jegy alatt.

sive Ladislaus frater eiusdem de eadem Kendi aliis absentibus homo domini regis in quindenis festi beati Georgii martiris tunc venturis ad faciem dicte possessionis Kemleu . . accederet, et eandem per suas . . metas ex parte possessionis Atan reambularet . . et cuique parti suam possessionem pacifice relinqueret possidere si partes concordes fierent . . si autem partes in aliqua particula discordes fierent, tunc eandem litigiosam particulam signis pro metis positis consignando et legali mensura si mensurari posset mensurando vel visu considerando . . estimaret . . et post hec seriem premisse possessionarie sequestracionis . . ad octavum diem dictarum quindenarum nostro iudiciario examini partes in literis ipsius capituli Vachiensis reportarent; tandem ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, Nicolao dicto Bolug pro eisdem Simone et Ladislao de Mocronch . coram nobis astante, Johannes filius Pousa pro ipso magistro Ladislao filio Rycolphi . . ad nostram accedendo presenciam, nobis literas predicti capituli Vachiensis demonstrarat, in quibus vidimus contineri, quod Ladislaus filius Michaelis de Olsovycha homo domini regis presente magistro Thoma socio et concanonico ac testimonio dicti capituli Vachyensis, in predictis quindenis festi beati Georgii martiris ad faciem possessionis Kemleu, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et presentibus procuratoribus parcium accessisset, et eandem per suas veras et antiquas metas ex parte possessionis Atan reambulare et ubi necesse fuisset novas metas iuxta veteres erigere et eandem a possessione Atan distingere voluisset et separare et cuique parti suam possessionem pacifice relinquere, predicti procuratores dictorum Simonis et Ladislai a parte septemtrionali prope unum holm ex parte possessionis Kumleu prenotate unum signum pro meta ostendissent, quod separaret possessionem Athan a possessione Kumleu prenotata, procurator vero ipsius Ladislai filii Rycolphi super eo non contentus, prenominatos procuratores quesivisset, utrum signum quod ostendissent possent vere approbare nec ne, taliter per eosdem dictum exstitisset, quod preallegati Simon et Ladislaus cum tempus opportunitatis adveniret, super eo responderent; deinde ad partem meridionalem per predictos procuratores dictorum Simo-

nis et Ladislai ad unum montem Balugpeturhalmya vocatum pro meta ostensum exstitisset, sed intra illud signum non a reambulacione sed eleccione metarum, estimacione et regali mensura mensuracione ac consideracione metalium signorum prohibuissent. Quarum literarum visis et perlectis continenciis, quia iuxta regni consvetudinem ab antiquo approbatam prohibicio non in mensuracione, nec metalium signorum posicione et estimacione, sed possessionaria perpetua statucione et metarum perpetuo durabilium ereccione fieri oportet, prefatique legitimi procuratores dictorum Simonis et Ladislai ipsos hominem domini regis et testimonium dicti capituli Vachiensis a mensuracione et consignacione et metalium signorum posicione et estimacione ex serie dictarum literarum capituli Vachiensis prohibuisse reperiebantur, ideo eosdem Simonem et Ladislaum de Mocronch in iudicio trium marcarum contra predictum Ladislaum Rykolphi in termino reportacionis seriei infrascripte per eosdem Simonem et Ladislaum persolvendo convictos fore committendo, cum vice iterata .. capitulo Budensi scripseramus . . postulantes, quatenus mitterent hominem eorum pro testimonio fide dignum, quo presente Ladislaus filius Michaelis de Olsovycha vel Nicolaus filius Pangracii aut Jacobus filius Michaelis sive Ladislaus frater suus aliis absentibus homo domini regis in octavis beati Michaelis archangeli tunc venturis ad faciem dicte possessionis Kemleu vocate . . accederet, et omnia ea que in prioribus literis nostris continerentur, et capite sigilli nostri consignatis per partes . . tunc inibi exhibendis, exequerentur . . et post hec seriem premisse possessionarie sequestracionis . . ad octavum diem dictarum octavarum festi beati Michaelis archangeli partes in literis predicti capituli Budensis nobis reportarent; tandem ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, Nicolao dicto Balog pro predictis Simone et Ladislao .. coram nobis astante, Johannes filius Pousa pro ipso magistro Ladislao filio Rykolphi . . ad nostram accedendo presenciam, nobis literas dicti capituli Budensis demonstravit, in quibus vidimus contineri, quod Ladislaus filius Michaelis de Olsovycha homo domini regis presente Michaele presbitero chori et testimonio dicte ecclesie Budensis, in predictis octavis festi beati Michae-

lis archangeli proxime preteritis, ad faciem dicte possessionis Kemleu vocate, vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis, pro magistro Ladislao filio Rykolphi Johanne filio Pousa . . pro magistris Simone et Ladislao de Mocronch Johanne filio Veyteh et Jacobo . . presentibus accessisset, et cum ipsam possessionem Kemleu a parte possessionis dictorum Simonis et Ladislai Athan vocate per suas veras metas et antiquas a possessione Athan prenotata separare et cuique parti suam possessionem pacifice possidere iuxta continenciam literarum nostrarum relinquere voluisset, procuratores predictorum magistrorum Simonis et Ladislai metas ipsius possessionis Kemleu separantes ipsam a dicta possessione Athan, non eodem modo secundum quod in literis capituli Vachiensis capite sigilli nostri consignatis continentur, sed alio modo, scilicet intra metas possessionis Kemleu per magnum spacium assignando quedam signa metalia, que pro signis metalibus seu pro metis idem domini regis et capituli Budensis homines cognoscere non potuissent, ostendisset; et in ipsarum metarum seu signorum ostensione procurator magistri Ladislai filii Rykolphi non contentus, metas predicte possessionis alio modo ostendisset, in quibus metarum distinccionibus procuratores predictarum parcium concordare non potuissent; et iidem domini regis et capituli Budensis homines particulam possessionariam litigiosam in qua procuratores ipsarum parcium discordabant visu considerando ad viginti aratra sufficientem, unacum aliis probis viris et vicinis in sexaginta marcis regni consvetudine exigente estimassent; cum quidem predictum procuratorem dicti magistri Ladislai filii Rycolphi in eo, utrum idem magister Ladislaus super predicta terre particula litigiosa cum tot personis nobilium quibus congruit, iuramentali deposicione ipsam causam terminare velit vel ne, habuissemus requisitum, predictus procurator dicti magistri Ladislai ipsam causam iuramento dictorum Simonis et Ladislai de Mocronch submittebat decidendam, eodem procuratore dictorum Simonis et Ladislai benivole assumente. Nos igitur volentibus parcium procuratoribus decrevimus tali modo, quod predicti Simon et Ladislaus de Mocronch tricesimo se, videlicet quilibet eorum quintodecimo se nobilibus, in octavis diei

Cinerum nunc venturis, presentibus Paulo de Zalantha vel Petro filio Fabiani aut Mark de Scirma pro parte dictorum Simonis et Ladislai de Mocronch, item Ladislao filio Michaelis vel Nicolao filio Pangracii aut Jacobo filio Michaelis sive Ladislao fratre suo aliis absentibus hominibus domini regis et testimoniis dicti capituli Budensis . . in facie dicte particule terre litigiose viginti aratrorum, in sexaginta marcis estimate, inter possessiones Kemleu et Athan vocatas existentis, in uno loco comparendo, super eo, quod ipsa particula terre litigiosa ad prefatam possessionem eorum Athan vocatam pertinuerit et pertineret et nunquam ad predictam possessionem Kemleu pertinens exstiterit, sacramentum prout moris est secundum regni consvetudinem iurare super terram, prestare teneantur, qui si prestiterint, tunc eandem particulam ipsis Simoni et Ladislao de Mocronch, alioquin prefato magistro Ladislao filio Rykolphi, novis metis undique erectis sequestrando, iidem regii et dicti capituli Budensis homines statuant perpetuo possidendam; et quia ipse iuramentales depositiones multa verba in se continerent, ideo volumus ut testimonium ipsius capituli ad videndum ipsum iuramentum deputatum, seriem eiusdem prefatis Simoni et Ladislao de Mocronch et suis coniuratoribus de verbo ad verbum paulatim et seriatim debeat recitare . . Datum in Wyssegrad, decimo die termini prenotati, anno dimini Millesimo CCC^{mo} XXXX^{mo} tercio.

Papíron, zárlatán két pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 786. 32. dipl. lt. 3617. Közli: Kovács N.

227.

1343. Gyarmath, oct. 16. Nógrád vármegye alispánja és a négy szolgabíró bizonyítják, hogy Miklós nádor Zalathna-melléki Domokos részére Walthi Lesták büntetését tizenkilencz márka bírság fizetésre változtatta.

Nos magister Johannes dictus Nemes vicecomes Neugradiensis, item Thomas filius Feliciani de Ebechky, Stephanus

filius Theodori de Keny, Valentinus de Dengeleg et Demetrius rufus de Harkyan iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod Leustachius filius Pauli de Walth in nostri presencia personaliter comparendo, propositum exstitit per eundem . . quod licet ipse in congregacione . . Nicolai . . palatini . . generali universitati nobilium comitatus Neugradiensis in quindenis festi beati Michaelis archangeli in villa Garmath celebrata contra Dominicum filium Petri filii Mykou de iuxta Zalathna in facto verberacionis cuiusdam iobagionis sui coram eodem domino palatino in astacione falsi termini convictus exstiterat, tandem idem dominus palatinus motus misericordia, ad peticionem . . nobilium virorum ipsum factum in viginti marcis denariorum promtorum racionis Budensis minus una marca absque partis adverse porcione sibi graciose relaxasset . . quas quidem viginti marcas minus una marca eidem domino palatino in octavis festi beati Andree apostoli nunc venturis absque crastinacione in Wissegrad idem Leustachius solvere assumsit, tali modo, quod si ipsas viginti marcas minus una marca idem in prefixo termino ipsi domino palatino solvere non curaret, extunc in ipsum factum astacionis falsi termini in quo prius convictus et puniendus exstiterat . . incideret eo facto . . Datum in predicta villa Garmath, quarto die congregacionis ipsius domini palatini supradicte, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL° tercio.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

228.

1343. Visegrád, oct. 17. Pál országbíró előtt Mihály fiának Sándornak fia Dancs és ennek fia egy részről, más részről pedig Kemey Miklós és fiai, azon egyezségüket, mely szerint Dancs és fiai Bábony nevü Borsod vármegyei birtokuk felét Kemey Miklósnak és fiainak, viszont ezek Mucsony nevü szintén Borsod vármegyei birtokukat amazoknak adták át, megerösítik és jóváhagyják.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod die dominico proximo post festum Ascensionis domini nunc proxime

preteritum, Donch filio Alexandri filii Michaelis pro se personaliter et pro Egidio Johanne et Petro filiis suis .. ab una, item magistro Nicolao de Kemey pro se personaliter et pro Laurencio Benedicto ac Johanne filiis suis .. parte ab altera coram nobis constitutis, propositum exstiterat per eosdem .. quod ipsi ex nostra iudiciaria .. permissione super omnibus causis et specialiter super facto dimidietatis cuiusdam possessionis Babuna vocate in comitatu Borsodiensi existentis, quam ipse Donch filius Alexandri nomine sui iuris hereditarii ab eisdem magistro Nicolao de Kemey, Laurencio Johanne et Benedicto filiis suis ordine iudiciario coram nobis requirebat, per ordinacionem proborum et nobilium virorum taliter .. concordarant coram nobis, quod predictus Donch filius Alexandri predictam medietatem ipsius possessionis Babuna vocate in comitatu Borsodiensi existentis ipsi magistro Nicolao de Kemey, Laurencio Johanni et Benedicto filiis suis, eo iure quo ad ipsos pertinere dinosceretur, cum omni plenitudine iuris resignasset .. e converso autem predictus magister Nicolaus de Kemey in sua et dictorum Laurencii Johannis et Benedicti filiorum suorum personis, quandam possessionem Monche vocatam in dicto comitatu Borsodiensi existentem, in qua ecclesia lapidea in honore beate Marie virginis constructa haberetur, cum omnibus suis .. pertinenciis .. eidem Donch filio Alexandri, Egidio Johanni et Petro filiis suis .. contulisset .. coram nobis, obligando se idem magister Nicolaus et dictos filios suos .. tali modo, ut iidem magister Nicolaus et filii sui ex parte universorum nobilium hominum et aliorum quorumlibet ipsum Donch filium Alexandri filii Michaelis et filios ac successores suos racione ipsius possessionis Monche vocate et pertinencium .. eiusdem .. impetere attentancium .. expedire tenerentur .. qui si expedire non possent .. extunc in quinquaginta marcis convincerentur eo facto; ipsam autem possessionem Monche vocatam cum suis pertinenciis .. in quindenis festi nativitatis beati Johannis Baptiste tunc venturis, presentibus Nicolao filio Anyani vel Jacobo de Kusuh aut Herrico de Jakou sive Ladislao filio Pethenye aliis absentibus homine domini regis et testimonio capituli Waradiensis .. prenominati magister Nicolaus et filii sui, eidem Donch filio Alexandri et filiis suis

statuere tenerentur, quo eciam die ipsius possessionarie statucionis prefatus Donch filius Alexandri prenotatos filios suos propriis eorum in personis coram eodem homine regio et testimonio dicti capituli Waradiensis statuere, aut pro eisdem cum sufficientibus procuratoriis literis comparere, et premissam totam composicionis formam et possessionariam statucionem fateri et acceptari facere teneretur per eosdem in perpetuum observandam; insuper predictus magister Nicolaus de Kemey, Laurencius Johannes et Benedictus in predicto die dicte possessionarie statucionis predictis Donch filio Alexandri, Egidio Johanni et Petro filiis suis duas equas equaciales et quatuor boves dare, vel si ipsos quatuor boves dare non curarent vel non possent, extunc pro ipsis quatuor bobus quatuor marcas . . solvere tenerentur, prout predictus Donch filius Alexandri se personaliter et predictos filios suos . . prefatus vero magister Nicolaus de Kemey similiter se personaliter et predictos filios suos . . ad omnia premissa . . sponte obligarant coram nobis; et post hec seriem omnium premissorum . . ad octavas beati Michaelis archangeli proxime tunc venturas nobis partes in literis dicti capituli assumserant reportare [1]). Tandem ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, prenominatus Donch filius Alexandri filii Michaelis pro se personaliter et pro eisdem Egidio Johanne et Petro filiis suis . . ab una, et Pangracius filius Jacobi de Zynnye pro eisdem magistro Nicolao de Kemey, Laurencio Johanne et Benedicto filiis suis . . parte ab altera ad nostram accedendo presenciam, literas predicti capituli ecclesie Waradiensis nobis demonstrarunt, in quarum tenoribus . . conspeximus . . quod predictus Ladislaus filius Pethenye homo domini regis, presente Ladislao sacerdote testimonio dicti capituli ecclesie Waradiensis, in predictis quindenis festi nativitatis beati Johannis Baptiste ad faciem eiusdem possessionis Monche accessisset, et in presencia eorumdem hominis regii testimoniique memorati capituli ecclesie Waradiensis, prenominatus magister Nicolaus et filii sui

[1]) Erre vonatkozó oklevele az országbírónak 1343. máj. 25-ről külön is megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 574. 7. dipl. lt. 3592. szám alatt.

eandem possessionem Monche cum omnibus iuribus et quibuslibet utilitatibus suis . . statuissent eisdem Donch filio Alexandri et filiis suis perpetuo possidendam, et in die eiusdem statucionis possessionarie predictus Donch filios suos antedictos propriis eorum in personis prout assumsisset coram eisdem homine regio et testimonio iamdicti capituli Waradiensis statuisset, et totam composicionis formam et possessionariam statucionem prout in literis nostris ratuisset (így) fateri et acceptari fecisset per eosdem perpetuo observandam; item sepedictus magister Nicolaus de Kemey ac filii sui easdem duas equas equaciales et quatuor boves in die ipsius possessionarie statucionis dedissent eisdem Donch filio Alexandri et filiis suis coram homine regio et testimonio dicti capituli Waradiensis supradictis, et sepedictus Donch dictos filios suos eciam ad presenciam memorati capituli Waradiensis adduxisset, et omnia ac singula in dictis literis nostris contenta fecisset per eosdem confiteri coram capitulo prenotato [1]). Quarum literarum dicti capituli ecclesie Waradiensis . . perlectis tenoribus, cum eosdem Donch filium Alexandri in sua et predictorum filiorum suorum personis, et Pangracium filium Jacobi de Zynnye legitimum procuratorem eorumdem magistri Nicolai de Kemey, Laurencii Johannis et Benedicti filiorum suorum, de eo, utrum prefati Donch filius Alexandri, Egidius Johannes et Petrus filii eiusdem, magister Nicolaus de Kemey, Laurencius Johannes et Benedictus filii sui, premissam totam possessionariam ordinacionem et composicionis formam perpetuo inter se duraturam velint observare vel ne, trinario numero ut nostro incumbit officio habuissemus requisitos, prenominati Donch filius Alexandri se et eosdem Egidium Johannem ac Petrum filios suos, et Pangracius filius Jacobi memoratos magistrum Nicolaum de Kemey, Laurencium Johannem et Benedictum filios eiusdem, premissam totam composicionem possessionariam et ordinacionem perpetuo inter se observaturos et in nulla sui parte retractaturos fore affirmarunt, imo idem Donch filius Alexandri se et eos-

[1]) A váradi káptalan erről szóló oklevele 1343. jul. 13-ról megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 586. 47. dipl. lt. 3607. sz. alatt.

dem Egidium Johannem et Petrum filios suos, ac predictus Pangracius filius Jacobi prefatos magistrum Nicolaum de Kemey, Laurencium Johannem et Benedictum filios eiusdem auctoritate predictarum literarum procuratoriarum perpetua stabilitate observare et in nullo retractare velle assumserunt coram nobis . . Datum in Wissegrad, duodecimo die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini M^mo CCC^mo XXXX^mo tercio.

Zöld-sárgás selyem-sodraton függő pecsét-töredékkel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 574. 7. dipl. lt. 3618. Közli : Kovács N.

229.

1343. Gömör, nov. 3. Demeter mester a nádor bírságszedője a Bebek Domokos fiai és társai részére megítélt bírság lefizetésére Szkárosi Miklósnak halasztást ad.

Nos magister Demetrius exactor iudiciorum . . Nicolai . . palatini memorie commendamus, quod nos ad preceptum et mandatum eiusdem domini nostri iudicia centum et octo marcarum in quibus Nicolaus filius Nicolai de Scarus anno in presenti congregacione eiusdem in comitatu Gumuriensi celebrata contra Stephanum et Georgium filios Dominici dicti Bubek, Johannem et Petrum filios Alexandri filii Hunth, Demetrium filium Gogan, Jacobum filium Elek ac Michaelem famulum eorumdem convictus exstiterat, et in octavis festi Omnium Sanctorum solvere nobis assumserat, ad preceptum eiusdem domini nostri ad octavas festi beati Georgii martiris iam venturas in eodem statu duximus proroganda . . Datum in villa Gumur, feria secunda proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini M CCC^mo XL^mo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeum könyvtárában a Hamvay család ltárában. Közli : Komáromy A.

230

1343. nov. 5. Az egri káptalan Gömör vármegye ispánjától és szolgabíráitól nyert kiküldetés következtében a Hangoni László és Máté közt vitás Hangon és Felfalu nevü birtokrészek megbecsültetése iránt intézkedik.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod cum iuxta continenciam literarum comitis et quatuor iudicum nobilium de Gumur inter Ladislaum filium Mathyus filii Petri condam nobilis de Hangun ut actorem ex una, et Nicolaum filium Petri de eadem Hangun parte ab altera, tercio die festi Omnium Sanctorum iam preteriti, mediantibus quatuor . . viris nobilibus per easdem partes communiter adducendis, super facto porcionum possessionariarum eiusdem Mathey in possessionibus Hangun et Felfalu vocatis ut dicitur existencium et nunc erga manus eiusdem Nicolai habitarum, sub obligacione decem marcarum, isto modo, quod quecunque parcium arbitrium nostrum et eorumdem quatuor nobilium virorum non acceptaret, pars hoc faciens contra partem ipsum acceptantem in decem marcis ante litis ingressum deponendis convinceretur eo facto, coram nobis arbitrium fieri debuisset, tandem termino ipsius arbitrarie disposicionis occurrente, predicte partes hinc et inde cum suis arbitris comparuerunt coram nobis, ubi prefatus Ladislaus filius Mathyus contra annotatum Nicolaum, nobis et eisdem arbitris presentibus, proposuit eo modo, quod annotatus Nicolaus porciones possessionarias dicti patris sui et suas in eisdem possessionibus Hangun et Felfalu in dicto comitatu Gumuriensi existentibus habitas tituloque iuris hereditarii ipsum contingentes occupasset et a viginti duobus annis incipiendo hucusque occupatas detineret, usus fructus et utilitates earumdem percipiendo in suum preiudicium non modicum . . quarum quidem occupacionis et detencionis racionem ipse scire vellet ab eodem; quo audito idem Nicolaus filius Petri respondit ex adverso, quod quia olim predictus Matheus proximus et consangvineus suus pro quibusdam excessibus et sinistris factis suis coram Philippo condam palatino et magistro tavarnicorum domine regine tunc principali

comite eiusdem comitatus Gumuriensis, adversus Laurencium dictum Ormos in sentencia capitali et amissione omnium possessionum suarum ubilibet existencium iuris de rigore convictus fuisset .. dicteque porciones sue possessionarie in Hangun et Felfalu ut premissum est habite, in duabus partibus manibus iudiciariis dicti Philippi tunc palatini, et in tercia parte manibus offensam patentis applicate fuissent .. pro eo quia memoratus Ladislaus tunc puer easdem redimere nequivisset, idcirco ipse et dictus Petrus pater suus ac Paulus et Johannes fratres sui hoc videntes, prelibatam terciam partem earumdem porcionum possessionariarum ab eodem Laurencio leso in duodecim marcis .. hic coram nobis redemissent, alias vero duas partes earumdem magister Blasius condam de Fony et castellanus de Filek tunc dominus suus partim pro pecunia ipsorum, partim vero pro suis fidelissimis serviciis sibi et dictis fratribus suis perpetuo possidendas contulisset, consensu pretaxati Philippi condam palatini domini et superioris sui nihilominus ad id accedentibus (igy) nullam differenciam facientes de porcionibus Ladislai supra dicti; et quia idem Ladislaus ab eo tempore hucusque nec de suis nec eciam de porcionibus patris sui aliqualiter fecisset mencionem, ideo ipse ex vigore instrumentorum apud se existencium apud se tenuisset et possedisset porciones suas supradictas; in cuius quidem responsionis sue corroboracionem, idem Nicolaus filius Petri tres literas iamdicti palatini, et quatuor nostras anno domini M° CCC^mo vicesimo secundo post sese uno anno confectas ibidem exhibere procuravit; quibus quidem literis nos apertis perlectis et eisdem arbitris *in laica lingua expositis*, inter cetera invenimus in eisdem contineri, quod prelibatus Matheus in condemnacione capitis sui et possessionum suarum amissione contra dictum Laurencium convictus exstitisset, et ob hoc eedem possessiones sue in duabus partibus .. eiusdem Philippi tunc palatini .. et in tercia parte manibus dicti adversarii sui applicate fuissent .. reperimus eciam in eisdem contineri, quod idem Philippus palatinus primo duas partes porcionum possessionariarum ipsius Mathei dicto Blasio de Fony tunc castellano suo de Filek .. perpetuo possidendas, et demum prefatus Blasius easdem duas partes annotatis Nicolao Paulo

et Johanni . . perpetuo possidendas contulisset, terciam vero partem earumdem annotatus Laurencius dictus Ormoos pro duodecim marcis . . perennaliter possidendam restituisset . . Petro et filiis suis supradictis. Quarum quidem literarum . . visis continenciis et eciam earumdem parcium mutuis responsionibus auditis, nos et dicti arbitri super facto preallegatarum porcionum possessionariarum deum et eius iusticiam pre oculis nostris habentes, taliter exstitimus arbitrati, quod quia dictus Ladislaus filius Mathyus contra neminem in aliquo iudicio seu emenda convictus extitisset . . ideo porciones sue . . in eisdem duabus porcionibus litigiosis . . illese et ab omni pecuniaria solucione absolute deberent permanere, nec eciam per quempiam pro sinistris factis dicti patris sui eedem porciones sue occupari possent vel quomodolibet aliter aggravari; porciones vero predicti Mathei patris sui non aliter nisi in condigno valore vel bona estimacione prehabita alienari vel aufferri possent a dicto Nicolao filio Petri et ab aliis . . Et quia estimacio resignacio et eciam pecuniaria solucio pro porcionibus ipsius Mathei facienda absque nobilibus estimatoribus nostroque testimonio fieri nequiret bono modo, ideo nos et dicti arbitri volentibus dictis partibus . . admisimus eo modo, quod sepedicte partes in octavis medii Quadragesime iam venturis, adductis secum communiter quatuor probis viris nobilibus et nostro testimonio per nos tunc ad id deputando, ad faciem pretaxatarum porcionum possessionariarum litigiosarum in eisdem possessionibus Hangun et Felfalu ut premissum est existencium accedere, et easdem totaliter visa qualitate quantitate et valore ipsarum, deum et eius iusticiam pre oculis suis habentes scrupuloque cuiuslibet falsitatis proculmoto, dicti . . estimatores . . facta reambulacione et mensuracione . . tenerentur estimare . . et post hec dicte partes cum eodem testimonio nostro octavo die ipsarum reambulacionis et estimacionis ad nos redire, dictusque homo noster seriem tocius facti nobis referre deberent . . ut nos tunc terminum . . pecuniarie solucionis pro redemcione porcionum ipsius Mathei solummodo facienda eidem Ladislao assignare, suasque proprias porciones in eisdem possessionibus habitas absolute et sine aliqua pecuniaria solucione eidem Ladislao, ut nunc arbitratum est . . eidem Ladislao resignare valeremus . .

commisimus eciam cum arbitris prenotatis, ut dictus Ladislaus tempore future messis nullam exaccionem nullamque collectam de satis seu frugibus nunc in presenti tempore autumnali per ipsum Nicolaum et Johannem filium Pauli fratris sui ac iobagiones eorumdem et incolas in predictis porcionibus possessionariis commorantes, super facie earumdem porcionum seminatis exigere valeret et recipere quoquomodo; et quia ab inchoacione presentis cause hucusque et abhinc usque ad finitacionem eiusdem non aliquis alter preterquam idem Nicolaus filius Petri ut ipsemet nobis et dictis arbitris sub forma protestacionis notificavit, fatigatus exstitisset et expensas suas consumsisset, ideo admisimus similiter isto modo, quod die in reportacionis seriei premissorum, quitquam nos matura deliberacione prehabita per annotatum Johannem filium Pauli vel suum tutorem et curatorem pro dictis fatigiis et expensis eidem Nicolao dari deliberabimus, pretaxatus Johannes ut dicitur puer vel suus tutor hoc totum sibi dare et refundere tenebitur de pecunia in sua porcione cedenti et evenienti; memoratum vero testimonium nostrum dicte partes in communi expensa ducere et reducere debebunt ad premissa peragendum; cuius quidem arbitrii seriem in toto et in qualibet sui parte eedem partes acceptarunt et se tolerare debere sponderunt coram nobis. Datum feria quarta proxima post dictum festum Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC^mo XXXX^mo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije két példányban a N. Muzeumban, a Hamvay cs. ltárában.

231.

1343. *Pankota, nov. 16. Miklós nádor a Gábor fiától Lukácstól elfoglalt Dobos nevü Szatmár vármegyei és Ujfalu Szabolcs vármegyei birtokok vételárát Zalouchfi Mihály fiának Péternek elengedi azon okból, mert a nádor azon birtokokat István tárnokmester közbenjárására a nevezett Lukácsnak visszaadta.*

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod quia nos ad . . supplicacionem Stephani

magistri thawarnicorum domini regis proximi et amici nostri reverendi quasdam possessiones seu possessionarias porciones Dobos in comitatu Zothmariensi et Wyfalu in comitatu de Zabouch existentes Luchasio filio Gabrielis in numero proscriptorum in congregacionibus nostris in eisdem comitatibus Zothmariensi et de Zobouch celebratis nobis dato remisimus .. quasquidem possessiones nomine possessionum hominis proscripti in manus nostri palatinatus devolutas et quinquaginta marcis regni consvetudine exigente estimatas, magister Petrus filius Michaeles filii Zobouch redimere a nobis tenebatur, pro eo ipsam solucionem quinquaginta marcarum ipsi Petro filio Michaelis relaxavimus, eo quod propter remissionem earumdem possessionum ad peticionem prefati magistri Stephani eidem Luchasio factam, easdem quinquaginta marcas nobis solvere non tenetur, cum a nobis propter pretactam possessionariam remissionem redimere non valeat possessiones prenotatas. Datum in Pankota, dominico die proxima ante octavas festi sancti Martini confessoris, anno domini M° CCC° XL° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Komáromy A.

232.

1344. *Visegrád, jan. 4. I. Lajos király Batyáni Péternek megengedi, hogy a kereskedés végett és egyéb okból az ország bármely vidékén tartózkodó jobbágyai ellen intézett panaszok felett elsö sorban bíráskodhassék, s ennek figyelemben tartása végett az ország hatóságait utasítja.*

Nos Lodovicus .. rex .. significamus .. quod magister Petrus filius Michaelis de Batyan ad nostre serenitatis accedendo presenciam .. querulose declaravit, quod cum iobbagiones sui ubique et in quibuslibet possessionibus suis existentes cum ipsorum rebus et bonis venalibus et aliis ad partes aliquas regni mercacionis causa vel alia necessitate compulsi transirent procedentes, tam pro eorum proprio quam aliorum debito, non postulata prius ab ipso vel officialibus suis aliqua iusticia

et satisfaccionis emenda, ubique et per quoslibet indifferenter et absque omni medio prohiberentur cum personis atque bonis, ad presenciamque nonnullorum iudicum et iusticiariorum regni nostri in causis quibuslibet citarentur et attraherentur, propterque maxima incommoda perpessi desolarentur, nisi regalis clemencia id in melius instituens reformaret; petens sibi super hiis provideri remedio opportuno; nos igitur a quo debet oriri iusticia singularis, angariacionibus iobagionum dicti magistri Petri perpacientes, ex gracia speciali huiusmodi libertatem eisdem duximus concedendam, ut neque pro eorum proprio aut aliorum quorumcunque debito a modo deinceps quisquam ex eisdem iobagionibus eiusdem magistri Petri ubilibet existentibus et servientibus impossessionatis, more aliorum iobagionum in suis possessionibus commorantibus nullas penitus per quempiam possit et valeat quoquomodo in personis aut bonis prohiberi, nec in causis quibuslibet, exceptis furtis publicis et latrociniis ac factis criminalium possit iudicari; volumus enim et committimus, ut si quis ex iobagionibus eiusdem magistri Petri et servientibus impossessionatis ubilibet existentibus quibuspiam debitores exstiterint, prius et in antea coram ipso magistro Petro vel officialibus suis mediante iusticia et iuris ordine debeat et possit conveniri, et si ibi ex parte alicuius iobagionis vel servientis sui impossessionati iusticia et satisfaccio querelanti non exhiberetur, et hoc legitime per evidens testimonium possit comprobari, extunc illo modo possit sequi legitima et iusta impignoracio et impedicio prenotata; igitur vobis universis et quibuslibet prelatis ecclesiarum, baronibus, specialiter palatino et iudici curie sue, comitibus, castellanis, nobilibus, item iudicibus villicis, iuratis ac generaliter cunctis regni nostri iusticiariis quibus presentes ostendentur, firmissimis damus in preceptis, quatenus prefatos iobagiones prefati magistri Petri ubilibet existentes et servientes non possessionatos adinstar aliorum iobagionum in suis possessionibus commorantes vel quemquam ex eisdem, contra formam et modum premisse gracie nostre ipsis facte in vestris possessionibus tenutis et medio per impignoraciones et impediciones ac citaciones ad presenciam aliorum iudicum pretactas angariari et aggravari nullatenus permitten-

tes faciatis; aliud sicut nos graviter offendere pertimescitis non facturi. Datum in Wyssegrad, die dominico proximo post octavas fesi Nativitatis Domini, anno eiusdem M. CCC^mo XL^mo quarto.

Hátlapján pecséttöredékkel; eredetije a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Komáromi A.

233.

1344. *jan. 27. Az egri káptalan előtt Turuczi Fekete András fiai Miklós és Beke elismerik, hogy nagybátyjuk Szentkirályi Miklós comes Szentkirály nevü Gömör vármegyei birtokból anyjuk leánynegyedét kiadta.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus .. quod Nicolao filio Andree nigri dicti de Turucy pro se et pro Beke fratre suo ex una, et comite Nicolao filio Moysi de Zentkyral de comitatu Gumuriensi parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem Nicolaum filium Andree suo et eiusdem Beke fratris sui nomine .. propositum exstitit .. quod quamvis ipsi pretextu quarte filialis quondam nobilis domine matris ipsorum, filie scilicet Mark filii Stephani et sororis eiusdem Moys de Zentkyral Chenez vocate iam defuncte in presenciam iudicis ipsorum ordinarii adversus eundem Nicolaum avunculum ipsorum et successorem dicti Mark avi eorum litem movissent .. ipsaque lis per intervallum modici (temporis) inter ipsos ventillata exstitisset, tandem tamen quia idem comes Nicolaus filius Moyus .. quartam partem tocius porcionis sue in predicta possessione Zentkyral nunc ut dicitur existentis tam in locis sessionalibus quam in terris arabilibus et campestribus ac aliis utilitatibus eiusdem, excepta porcione quatuor filiarum suarum propriarum et eciam sine preiudicio iuris alieni ipsis .. perpetuo possidendam contulisset, ideo ipsi super dicta quarta parte eiusdem porcionis possessionarie iam dicti Nicolai in ipsa possessione Zentkyral quo supra habite sufficienter contenti, annotatum Nicolaum et suos heredes super preallegata quarta filiali domine matris ipsorum redidissent et

reliquissent . . expeditos; insuper obligavit se idem Nicolaus et eundem Beke fratrem suum . . ac heredes ipsorum, memoratum Nicolaum filium Moysi et ipsius posteritates ab omnibus racione dicte particule terre tractu temporis inquietare nitentibus semper et ubique defendere et expedire . . e converso eciam dictus Nicolaus filius Moysi annotatos filios Andree predicti se obligando in dominio eiusdem particule terre contra quospiam indemniter conservare assumsit coram nobis; dicit eciam idem Nicolaus filius Moysi quod ipse loca sessionalia a parte possessionis Louch adiacencia que olim Blasii filii Balasse proximi sui exstitissent, pro eisdem filiis Andree ad habitandum contulisset . . Datum feria tercia proxima post festum conversionis sancti Pauli apostoli, anno domini M° CCC° XL^mo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Pálóczi Horváth család ltárában; másoltatott 1871. sept. 10-én Pinkóczon Ungh vármegyében.

234.

1344. febr. 1. A fejérvári káptalan átírja 1336-ban kiadott oklevelét, mely szerint a Csák nemzetségbeli Máté fia Miklós és ennek fiai, Kendertó és Szabadgumne nevü Fehér vármegyei birtokokat Miklós fia Demeter malasi nemes és székesfehérvári polgárnak harmincz márkáért eladják.

Capitulum ecclesie Albensis . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod Demetrius filius Nicolai nobilis de Malas civis castri Albensis ad nostram . . accedendo presenciam, exhibuit nobis quasdam literas nostras patentes, in quibus eciam vidimus contineri, quod quandocunque predicte litere nostre patentes nobis in specie exhiberentur, in formam nostri privilegii redigi faceremus easdem . . petens nos humili precum instancia, ut easdem literas nostras . . nostris in literis privilegialibus . . transscribi, sigilloque nostro authentico . . communiri faceremus, quarum tenor talis est: Nos capitulum ecclesie Albensis . . significamus . . quod comite Nicolao filio Mathei nobile de genere Chaak, Matheo et La-

dislao filiis suis ab una, item Demetrio filio Nicolai nobile de Malas cive castri Albensis genero eiusdem comitis Nicolai parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, iidem comes Nicolaus et filii sui . . retulerunt, quod quia predictus Demetrius in magnis eorum necessitatibus et inopie articulis eis semper pro viribus et pro posse favorabiliter astitit, quia eciam idem Demetrius triginta marcas ponderis Budensis eisdem liberaliter accomodasset restituendas, in recompensacionem et satisfaccionem tanti favoris, et in restitucionem prefatarum triginta marcarum, cum ad presens eis unde ipsas reddere non haberent, dimidietates medietatum possessionum ipsorum Kendurtou et Zobodgumne vocatarum in comitatu Albensi existencium, cum omnibus . . pertinenciis . . ad easdem dimidietates spectantibus . . tradidissent . . eidem Demetrio et per eum suis heredibus . . iure perpetuo . . possidendas . . salvis iuribus fratrum et consanguineorum suorum in prenotatis possessionibus per omnia remanentibus; totum ius et dominium totamque proprietatem earumdem dimidietatum possessionum (in dictos) Demetrium et suos heredes memoratos exnunc perenniter transferentes, et se sponte coram nobis obligantes, quod quandocunque processu temporum racione prefatarum dimidietatum possessionum (quicunque) in iudicio vel extra iudicium ipsum Demetrium vel ipsius heredes perturbare niterentur (.....) comes Nicolaus et sui filii eundem vel eosdem expedire tenebuntur laboribus propriis et expensis . . Datum in dominica Judica, anno domini M° CCC^mo XXX^mo sexto. Unde nos . . predictas literas nostras patentes . . nostris in literis privilegialibus de verbo ad verbum inseri et transscribi sigilloque nostro authentico consignari fecimus et communiri. Datum anno dominice incarnacionis Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, kalendas februarii . . Thatamerio dicte ecclesie nostre preposito auleque regie vicecancellario . . Petro cantore, Johanne custode et Donk decano ecclesie nostre existentibus.

Vörös és zöld sodrott selyemzsinegen függő pecséttel; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában. Közli: Beliczay Jónás. Az év szám biztosan nem határozható meg, lehet 1340. is, és 4° kal. februarii.

235.

1344. febr. 18. A szekszárdi convent I. Lajos királynak jelenti, hogy Olugi Demeter fiát Kozmát Vaita nevü Fehér vármegyei birtokba beiktatta.

. . Lodovico . . regi . . conventus monasterii Saxardiensis . . literas vestre excellencie annulari sigillo vestro consignatas patentes magistro Cosme filio Demetrii de Olug per unius anni circulum ad inquisiciones citaciones prohibiciones recaptivaciones et statuciones possessionum per vestram excellenciam datas et concessas . . recepimus . . et iuxta continenciam earumdem unacum Emerico de Kechew homine vestro magistrum Nicolaum notarium ecclesie nostre hominem nostrum fidedignum ad infrascripta exequenda pro testimonio duximus transmittendum, qui demum . . retulerunt, quod ipsi in quindenis festi Purificacionis virginis gloriose ad possessionariam porcionem magistri Nicolai filii Joannis filii Hench in possessione Vaita habitam et in comitatu Albensi existentem, primo vicinis et commetaneis suis convocatis, ad faciem eiusdem accessissent, et ipsis presentibus, certis metis et terminis prout in literis . . capituli ecclesie Albensis patentibus plenius vidimus contineri, presente eciam Nicolao filio Benche de Baan famulo et legitimo procuratore ipsius magistri Nicolai, predicto magistro Cosme filio Demetrii de Olug statuissent perpetuo possidendam, nullo contradictore penitus coram ipsis apparente et existente. Datum feria quarta proxima post quindenas prenotatas, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo quarto.

A szekszárdi conventnek 1344. jun. 19-én »Bernardo custode, Michaele priore, Herrico cantore« kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 694. 14. dipl. lt. 3683. Közli: Kovács N.

236.

1344. febr. 21. Az aradi káptalan Péter éneklő kanonoknak a Morothva nevü halastavat szabad rendelkezésre átbocsátja.

Capitulum Orodiensis ecclesie significamus .. quod nos matura et sana deliberacione inter nos facta, piscinam nostram Moruthwa vocatam iuxta Tyciam existentem .. contulimus .. magistro Petro cantori ecclesie nostre, exhibitori presencium, locandam et vendendam tamdiu, quamdiu sue discrecioni utilius videbitur expedire, ratos et certos nos habituros spondentes, quitquid per dictum nostrum fratrem et procuratorem actum fuerit et ordinatum in causa nostre piscine memorata. Datum sabbato proximo, ante dominicam Invocavit, anno domini M° CCC° quadragesimo quarto.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. ltárában »Ignota Miscell.« 39.

237.

1344. mart. 2. A szekszárdi convent I. Lajos királyhoz a margit-szigeti apáczák egyik kazsoki jobbágyának a fehérvári káptalan jobbágyai által történt megöletése dolgában jelentést tesz.

.. Lodovico .. regi .. conventus monasterii Saxardiensis .. patentibus literis sublimitatis vestre .. receptis et iuxta continenciam earumdem unacum Ladislao filio Posa de Beren homine serenitatis vestre nostrum hominem fratrem Petrum sacerdotem .. ad inquirenda infrascripta in testimonio duximus transmittendum, qui postmodum .. retulerunt, quod sicut idem homo vestre sublimitatis presente ipso nostro testimonio feria quinta proxima post dominicam Invocavit a nobilibus comprovincialibus et ab aliis cuiusvis status et condicionis hominibus .. scire potuisset, sic scivisset, quod cum Clemens filius Aniani de villa Kosuk in libera via domum venire voluisset, servientes magistri Donch canonici ecclesie Albensis et

iobagiones de villa capituli predicti in libera via ipsum venientem obviassent, infra metas possessionis Kosuk vocate.. sanctimonialium de Insula Leporum ipsum Clementem in festo beati Barnabe apostoli cuius nunc tercia adveniret revolucio annualis, interfecissent suis culpis non exigentibus, duos equos eiusdem aufferri faciendo, in preiudicium earumdem dominarum non modicum et gravamen. Datum feria tercia proxima post dominicam Reminiscere, anno domini M° CCC° quadragesimo quarto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Posonien. 43. 9. dipl. lt. 3675. Közli: Kovács N.

238.

1344. mart. 3. A budai káptalan bizonyságlevele arról, hogy Makranczi Simon és László a Kömlö és Athan nevü birtokok közt fekvö húsz hold vitás terület tulajdona iránt a megitélt esküt harminczad-magukkal letették ugyan, azonban Rikolf fia László- mint ellenfél részéröl az állíttatott, hogy a letett eskü nem a felek közti vitás területre vonatkozott; melynek birtokába a káptalan Rikolf fiát Lászlót be is iktatta.

Nos capitulum Budensis ecclesie damus pro memoria, quod cum nos ad peticionem .. comitis Pauli iudicis curie.. in suis literis sue iudiciarie deliberacionis modum et formam exprimentibus nobis porrectam, cum Petro filio Fabiani pro parte Simonis et Ladislai de Mocronch, et Ladislao filio Michaelis pro parte Ladislai filii Rykolphi, nostros homines fide dignos, Michaelem et Petrum presbiteros prebendarios ecclesie nostre prenotate ad videndum et audiendum quandam iuramentalem deposicionem predictorum Simonis et Ladislai de Mocronch in facie cuiusdam particule terre litigiose inter possessiones Kumlou et Athan vocatas existentis in octavis diei Cinerum proxime preteritis factam pro testimonio destinassemus, iidem regii et nostri homines demum ad nos reversi nobis retulerunt eo modo, quod in predictis octavis diei Cinerum ad faciem prenotate possessionarie porcionis litigiose

inter Kumlou et Athan existentis accessissent, et predicti Simon et Ladislaus de Mocronch tricesimo se, videlicet quilibet eorum quindecimo se nobilibus eorum coniuratoribus in facie eiusdem possessionarie porcionis litigiose, ut ipsi Simon et Ladislaus de Mocronch dixissent, licet alia pars ipsam litigiosam partem non illam sed aliam denotabat, comparuissent, et primo ipsam particulam terre per cursus metarum cum Petro filio Fabiani regio et Petro presbitero nostro hominibus, Ladislao autem regio et Michaele presbitero nostro hominibus pro parte Ladislai filii Rykolphi transmissis absentibus, ea racione, quia illa particula non erat inter partes litigiosa, sed alia ut dixerunt, reambulassent eo modo: incipiendo primo a parte meridionali et a parte possessionis Hayouth vocate super duos fontes scaturientes, qui separarent possessionem Athan a possessione Hayouth et a Kumlou, inde iret ad plagam septemrionalem per modicum spacium, veniret ad duas metas terreas et antiquas, abinde ad eandem partem per longum spacium currendo veniret ad unum monticulum qui vulgo dumb nuncuparetur, et prope eundem monticulum a parte possessionis Kumlou essent due mete terree antique, deinde adhuc ad eandem plagam currendo veniret similiter ad duas metas terreas et antiquas, et ibi mete quo ad hoc terminarentur; deinde per easdem metas retrocessissent et super unam metam in medio metarum prenotatarum stando, prout iidem Petrus filius Fabiani regius et Petrus presbiter noster homines retulerunt, dicti Simon et Ladislaus de Mocronch, absentibus tamen ut dictum est predictis Ladislao filio Michaelis regis et Michaele presbitero nostro hominibus, cum eorum coniuratoribus, videlicet Ladislao de Farkasd, Johanne filio Dionisii de Bulch, Petro filio Ivanka commetaneis, et Dominico filio Markus de Hupurth, item Johanne filio Ladislai de Pettri, Nicolao filio Demetrii de Nesta, Johanne filio Nicolai de Kemey, Emerico de Kyurthy, Benedicto de Zirma et Michaele de Boxa, item Johanne de Bochca, Marco de Zyrma, Nicolao de Geley, Jacobo de Medenck, Fabiano de Zalantha, Stephano de Fornos et Laurencio de Baba, item Laurencio de Zalantha, Marco de Geley, Andrea de Hegmegy, Stephano de Chabad, Jacobo de Geztel, Johanne de Geley, Iwanka de Zumbur,

Ladislao filio Ponith de Thokey, Blasio de Hegmegy, Jacobo de Nesta et Thoma de Darolch, super eo, quod ipsa particula terre litigiosa et dictis metis separata litigiosa ad viginti aratra computata et sexaginta marcis estimata ad possessionem Athan vocatam pertinuerit et pertineat et nunquam ad possessionem Kumlou pertinens exstiterit, prout moris est secundum regni consvetudinem iurare super terram, iuxta continenciam literarum dicti comitis Pauli iudicis curie regie prenotatarum rite et ligitime quo ad hoc iuramentum deposuissent, tamen hoc eciam expresserunt, quod cum dicti Simon et Ladislaus de Mocronch ipsum iuramentum in dicto loco prestare volebant, Ladislaus filius Michaelis regius et Michael presbiter noster homines ad ipsos ivissent et a iuramenti prenotati deposicione in ipso loco fienda ipsos Simonem et Ladislaum de Mocronch et ab expressione et recepcione eiusdem iuramenti prenotatos Petrum filium Fabiani regium et Petrum presbiterum nostrum homines prohibuissent, dicendo, quod illa particula terre in qua iurare volebant, non esset inter partes notatas litigiosa, nec ad viginti aratra computata, nec sexaginta marcis estimata, sed illa particula litigiosa esset alia ubi illud iuramentum fieri deberet; ubi predicti Petrus filius Fabiani regius et Petrus presbiter noster homines sic respondissent, quod ipsi penitus ignorarent, utrum illa particula terre dictis metis distincta sit litigiosa inter partes vel non, tamen ubi ipsis illam esse ostendissent ibi reciperent dictum iuramentum, prout eciam iidem Petrus filius Fabiani regius et Petrus presbiter noster homines hec omnia sic fuisse coram nobis unacum aliis regio et nostro hominibus pro adversa parte destinatis asseruerunt; demum iidem Petrus filius Fabiani regius et Petrus presbiter noster homines, prestito dicto iuramento dictorum Simonis et Ladislai de Mocronch premisso modo ut dictum est, Ladislao filio Michaelis regio et Michaele presbitero nostro hominibus absentibus et ut dictum est prohibentibus, predictam particulam terre dictis metis distinctam a possessione Kumlou, iuxta veteres metas ubi necesse fuisset novas metas erigendo, predictis Simoni et Ladislao de Mocronch statuissent ad possessionem Athan vocatam applicando, semper per adversam partem non illam

particulam terre ubi iuramentum prestitissent esse litigiosam sed aliam dicentem seu affirmantem, et ut premissum est, dicti Ladislaus filius Michaelis regius et Michael presbiter noster homines, ea racione, quia illa particula terre ut dicunt non erat litigiosa in qua fuit predictum iuramentum prestitum sed alia, ad audiendum ipsum iuramentum et videndum ipsam statucionem accedere noluissent; demum quia series predictarum literarum comitis Pauli iudicis curie regie continebat, quod si iidem Simon et Ladislaus de Mocronch non iuraverint, ipsam particulam possessionariam litigiosam ad viginti aratra computatam et sexaginta marcis estimatam predicto Ladislao filio Rykolphi homines regii presentibus nostris testimoniis statuerent ad possessionem Kumlou applicando, iidem Ladislaus et filius Michaelis regius et Michael presbiter noster homines, prout iidem nobis retulerunt, in facie ipsius particule terre litigiose inter Athan et Kumlou possessiones existentis ad viginti aratra computate et sexaginta marcis estimate signis pro metis assignate, predictos Simonem et Ladislaum de Mocronch premissa executi usque crepusculum noctis expectassent, sed iidem Simon et Ladislaus de Mocronch illuc nec venissent nec misissent, et ea racione ipsos Simonem et Ladislaum de Mocronch ipsum iuramentum ut debebant et ubi debebant non prestiterunt non prestitisse estimantes, ipsam particulam possessionarium litigiosam inter Athan et Kumlou possessiones existentem ad viginti aratra computatam sexaginta marcis estimatam, tamen Petro filio Fabiani regio et Petro presbitero nostro hominibus absentibus, qui illuc ad eos venire recusassent absentibus, magistro Ladislao filio Rikolphi idem Ladislaus filius Michaelis homo regius presente dicto testimonio nostro, prout idem asseruit, statuisset ad possessionem Kumlou applicando; sed quia adversa pars prenotata in alia particula terre prescripta quamplures metas erexisset, ideo ipsi in illa particula terre litigiosa metas de novo absque scitu iudicis erigere noluissent. Datum octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° quadragesimo quarto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 786. 32. dipl. lt. 3676. Közli: Kovács N. Utóbb ugyanazon évben Pál országbíró a budai káptalant újabb határjárásra

küldötte ki, ez azonban mivel Rikolf fia László ügyvéde megbízását fel nem mutatta, ismét sikertelenül folyt le. A káptalan erről szóló jelentése 1344. máj. 1-ről, megvan ugyanott, dipl. lt. 3689.

239.

1344. Visegrád, mart. 14. Pál országbíró a Rikolf fia László Kömlő nevű-, és az Olivér fia Miklós Vezekény nevű Heves vármegyei birtokaik között fekvő egy ekényi vitás földterületet az utóbbinak ítéli.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum Ladislaus filius Rikolphi Nicolaum filium Oliverii de Wezekyn legitime citacionis modum observando iuxta continenciam literarum citatoriarum conventus de Jazou ad octavas festi Nativitatis virginis gloriose anno domini M° CCC° quadragesimo secundo contra se ad regiam presenciam citavisset, tandem ipsis octavis festi Nativitatis beate virginis advenientibus, Johannes filius Pousa pro ipso Ladislao filio Rikolphi . . ad nostram accedendo presenciam, contra eundem Nicolaum filium Oliverii de Wezekyn in figura nostri iudicii proposuerat tali modo, quod ipse Ladislaus filius Rykolphi metas cuiusdam possessionis sue Kumlew vocate, quam dominus noster rex pro suis serviciis sibi contulisset, a possessione ipsius Nicolai Wezekyn vocata extradari postularat iusticia mediante; quibus perceptis prefatus Nicolaus filius Oliverii personaliter exsurgendo, literas seu instrumenta, quibus mediantibus ipsa possessio Kumleu vocata per dominum regem sibi collata existat, per eundem exhiberi postularat, prefatusque Johannes filius Pousa procurator ipsius Ladislai predicta instrumenta tunc ad presens apud se non esse allegarat, sed ad exhibicionem eorumdem ulteriorem terminum a nobis sibi dari postularat; unde nos auditis parcium proposicionibus, adiudicantes commiseramus, quod prefatus Ladislaus filius Rykolphi preallegata sua instrumenta in octavis Epiphanie domini anno eiusdem M° CCC° quadragesimo tercio preteritis exhibere teneretur coram nobis; quibus visis iudicium et iusticiam facere valeremus inter partes prout fieret opportunum; ipsis octavis

Epiphaniarum domini advenientibus, quia Johanne filio Pouse antedicto legitimo procuratore ipsius magistri Ladislai prefatam possessionem Kumleu per dominum Karolum quondam regem Hungarie . . prenominato magistro Ladislao et fratribus suis filiis magistri Rykolphi pro eorum serviciis perpetuo collatam fore exhibicione literarum eiusdem domini regis patencium nullas metas continencium comprobante, prefatus Nicolaus filius Oliverii personaliter adherens, ipsum magistrum Ladislaum filium Rikolphi in veris metis dicte possessionis Kumleu in nullo prohibere, sed nullam porcionem de possessione sua Wezekyn vocata eidem occupare permittere velle asserebat, ideo . . capitulo ecclesie Wachyensis literatorie scripseramus . . ut ipsi mitterent hominem ipsorum pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus filius Michaelis de Olsouicha vel Jacobus filius Michaelis de Kendy aut Ladislaus frater suus de eadem sive Nicolaus filius Pangracii de Chelley aliis absentibus homo domini regis in quindenis beati Georgii martiris eodem anno preteritis, ad faciem dicte possessionis Kumleu vocate . . accederet et eandem per suas veras et antiquas metas ex parte dicte possessionis Vezekyn vocate reambulando . . separaret eandem a predicta possessione Vezekyn . . et cuique parti suam possessionem pacifice relinqueret perpetuo possidendam si partes concordes fierent in ereccione ipsarum metarum . . si autem partes in aliqua particula discordes fierent, eandem litigiosam particulam signis pro metis positis consignando, regali mensura si mensurari posset mensurando vel visu considerando, unacum aliis probis viris estimaret regni consvetudine exigente; et post hec seriem ipsius possessionarie sequestracionis . . domino regi ad octavum diem dictarum quindenarum beati Georgii martiris . . rescriberet capitulum Wachiense annotatum; tandem ipso octavo die octavarum beati Georgii martiris adveniente, Johannes filius Pouse pro magistro Ladislao filio Rycolphi . . ab una, et predictus Nicolaus filius Oliverii personaliter parte ab altera ad nostram accedentes presenciam, literas prelibati capituli Wachiensis nobis demonstrarant continentes, ut ipsi unacum predicto Ladislao filio Michaelis de Olsouicha homine domini regis, ipsorum misissent hominem videlicet magistrum

Thomam socium et concanonicum ipsorum ad premissa exequenda . . qui demum . . reversi . . retulissent, quod feria secunda proxima post quindenas festi beati Georgii martiris idem homo domini regis cum prefato testimonio eiusdem capituli Wachiensis ad faciem possessionis Kumleu vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et partibus presentibus accessissent, et eandem per suas veras et antiquas metas ex parte possessionis Vezekyn vocate reambulare et novas metas iuxta veteres erigere voluissent, Nicolaus filius Oliverii quoddam signum existens circa Bolukpeturholmya versus partem occidentalem circa magnam viam per quam iretur de Heues ad Hayouch ab illo signo ad possessionem suam predictam Wezekyn vocatam ab antiquo tempore hereditarie sibi pertinere asseruisset, et possessionem Kumleu vocatam a possessione sua Wezekyn vocata sciret sequestratam, et intra illud signum non a reambulacione sed mensuracione, metalium signorum posicione ac estimacione prohibuisset; unde quia iuxta regni consvetudinem ab antiquo approbatam prohibicio non in mensuracione nec metalium signorum posicione ac estimacione, sed possessionaria perpetua statucione et metarum perpetuo durabilium ereccione fieri oportet, prefatusque Nicolaus ipsos hominem domini regis et testimonium dicti capituli Wachiensis a mensuracione, consignacione et metalium signorum posicione ac estimacione ex serie dictarum literarum capituli Wachiensis prohibuisse reperiebatur, ideo eundem Nicolaum in iudicio trium marcarum contra predictum magistrum Ladislaum filium Rykolphi in termino reportacionis seriei infrascripte per eundem Nicolaum persolvendo convictum fore decernentes . . capitulo Budensi scripseramus, eorum amiciciam postulantes, ut ipsi mitterent hominem ipsorum . . quo presente prelibati Ladislaus filius Michaelis de Olsouicha vel Johannes frater suus aut Ladislaus filius Michaelis de Kendy sive Johannes filius Michaelis de eadem Olsouicha, aliis absentibus homo domini regis in octavis beati Michaelis archangeli nunc preteritis ad faciem dicte possessionis Kumleu vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accederet, et omnia ea que in prioribus literis

nostris capiteque sigilli nostri consignatis per partes vel aliquam parcium inibi exhibendis continerentur, exequerentur sine diminucione et augmento; et post hec seriem omnium premissorum . . ad octavum diem dictarum octavarum beati Michaelis archangeli . . rescriberet capitulum Budense annotatum; tandem ipso octavo die octavarum festi beati Michaelis archangeli adveniente, Johannes filius Pouse pro ipso magistro Ladislao filio Rykolphi . . ab una, et predictus Nicolaus filius Oliverii personaliter parte ab altera ad nostram accedentes presenciam, literas prelibati capituli Budensis nobis presentarant continentes, quod ipsum capitulum Budense . . cum Ladislao filio Michaelis de Olsouicha homine domini regis, eorum hominem Michaelem presbiterum capelle beate Margarethe virginis ad quandam possessionariam statucionem faciendam pro testimonio duxisset destinandum; qui demum . . reversi . . retulissent, quod ipsi in octavis festi beati Michaelis archangeli proxime preteritis ad faciem possessionis Kumleu vocate in comitatu de Hewesvyuar existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis, pro magistro Ladislao filio Rikolphi Johannes filius Pouse . . et Nicolao filio Oliverii personaliter presentibus accessissent, et ipsam cum ex parte possessionis Wezekyn vocate per suas veras metas et antiquas reambulare et unicuique parti suam possessionem relinquere separatim voluissent, Nicolaus filius Oliverii de Wezekyn circa quendam monticulum qui vulgo Bolukpeturholmia nuncupatur ex parte aquilonali quoddam signum pro meta possessionis sue distingens inter ipsam possessionem suam et possessionem Kumleu ostendisset; super quo procurator magistri Ladislai filii Rykolphi non contentus, ex alia parte eiusdem olmi (igy) a parte meridionali quendam locum pro meta possessionis Kumleu assignasset; super quo idem Nicolaus filius Oliverii non contentus contradixisset, et sic particulam litigiosam inter ipsa signa existentem seu inclusam ad unum aratrum sufficientem in tribus marcis regni consvetudine exigente estimassent; unde quia in facto predicte possessionarie porcionis litigiose ad unum aratrum sufficientis eidem Nicolao filio Oliverii iuramentum cum tot personis nobilium in quot marcis ipsa possessionaria porcio estimata foret, iuramentum adiudicari debere regni consvetudo

exposcebat, ideo nos unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio assidentibus decreveramus iudicando, quod idem Nicolaus filius Oliverii tercio se nobilibus sibi similibus in octavis diei Cinerum nunc preteritis, presentibus Ladislao filio Michaelis vel Johanne fratre eiusdem aut Johanne filio Jacobi de Olsouicha sive Johanne filio Joseph aliis absentibus homine domini regis et testimonio capituli ecclesie Budensis quod per idem capitulum ad id transmitti . . postularamus, in facie predicte possessionarie porcionis litigiose comparendo, in eo, ut ipsa possessionaria porcio ad unum aratrum computata sua sit hereditaria et nunquam ad ipsius magistri Ladislai filii Rycolphi possessionem Kumleu vocatam pertinuerit nec nunc pertinere debeat, sacramentum prout moris est iuxta regni consvetudinem iurare super terram, prestare teneretur; qui si prestaret tunc eandem ipsi Nicolao filio Oliverii, alioquin predicto Ladislao filio Rycolphi idem homo domini regis presente testimonio dicti capituli ecclesie Budensis, metis novis undique erectis sequestrando, statueret perpetuo possidere; et post hec seriem ipsius iuramentalis deposicionis . . eedem partes in literis predicti capituli Budensis octavo die octavarum diei Cinerum nunc proxime preterito nobis tenerentur reportare; tandem ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, Johannes filius Pouse pro prelibato magistro Ladislao filio Rycolphi . . ab una, et Nicolaus filius Oliverii personaliter parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, literas prenominati capituli Budensis nobis presentarunt, in quibus vidimus contineri, quod ipsum capitulum ecclesie Budensis . . cum Johanne filio Joseph homine regio ipsorum hominem Michaelem presbiterum capelle beate Margarethe virginis et martinis de Veteri Buda ad audiendum et videndum ipsum iuramentum Nicolai filii Oliverii de Wezekyn super predicta possessionaria porcione litigiosa contra prelibatum magistrum Ladislaum filium Rycolphi in dictis octavis diei Cinerum proxime preteritis deponendum pro testimonio duxissent destinassent (igy); qui demum . . reversi . . retulissent, quod cum ipsi in dictis octavis diei Cinerum ad faciem memorate posssesionis Kumleu vocate accessissent, prenominatus Nicolaus filius Oliverii tercio se nobilibus sibi similibus vide-

licet cum Paulo filio Michaelis de Kasty et Johanne filio Ladislai de Farkasd in facie dicte possessionarie porcionis litigiose comparendo, sacramentum prout moris est secundum regni consvetudinem iurare super terram, super eo, quod ipsa porcio possessionaria litigiosa ad unum aratrum computata sua sit hereditaria et nunquam ad magistri Ladislai filii Rycolphi possessionem Kumleu vocatam pertinuerit nec nunc deberet pertinere, rite et legitime deposuisset, et idem homo regius presente testimonio ipsius capituli Budensis ipsam possessionariam porcionem ad unum aratrum computatam, deposito ipso iuramento per dictum Nicolaum filium Oliverii cum suis dictis coniuratoribus, prope Bolukpeturholmya ad unum iactum lapidis manualis inter partem septemtrionalem et partem orientalem per duas metas noviter erectas, quarum una a parte occidentali separaret Nicolao filio Oliverii ad possessionem Wezekyn vocatam, et alia a parte orientali magistro Ladislao filio Rycolphi seu possessioni Kumleu predicte, et sic predictam possessionariam porcionem litigiosam ad unum aratrum computatam predictis metis separando a possessione Kumleu antedicta, ad possessionem Wezekyn applicando, dicto Nicolao filio Oliverii statuissent perpetuo possidendam; unde quia predictus Nicolaus filius Oliverii de Wezekyn in facto premisse possessionarie porcionis ad unum aratrum sufficientis inter possessiones Wezekyn et Kumleu existentis suum iuramentum cum predictis suis coniuratoribus ut debuisset, ex serie dictarum literarum capituli ecclesie Budensis deposuisse reperiebatur, ideo unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio assidentibus, eandem possessionariam porcionem inter dictas possessiones Kumleu et Wezekyn existentem et ad unum aratrum sufficientem eidem Nicolao filio Oliverii et per eum suis heredibus adiudicamus perpetuo possidere .. predicto magistro Ladislao filio Rycolphi perpetuum silencium imponentes ab eadem .. Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavi diei octavarum diei Cinerum predictarum, anno domini M° CCC° quadragesimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1689. 3. dipl. lt. 3678. Közli: Kovács N.

240.

1344. Villeneuve, mart. 18. VI. Kelemen pápa a szent-Benedek rendbelieket inti, hogy a tatárfutás óta negyvennél is több részint romba dült, részint a belzavarok között javaiktól megfosztott apátságaik megmentéséhez testületileg fogjanak hozzá.

Clemens episcopus servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam, sacrum monachorum nigrorum ordinem inter universos alios ordines in agro plantatos ecclesie sancte dei gratum fragrantem odorem et fructus uberes producentem, gerentes in visceribus caritatis, ac ipsum cuius professores sumus libenter favoribus apostolicis confoventes, ad ea vigilanter intendimus, ac opem et efficacem operam totis studiis impertimur, perque status eiusdem ordinis presertim in remotis partibus, de quibus non potest pro singulis in ipso ordine reformandis ad apostolicam sedem commode haberi recursus, dirigatur salubriter et utiliter disponatur, bonaque ipsius et loca occupata indebite vel detenta, recuperari valeant, et alias ordo ipse ad divini nominis laudem et gloriam eiusque decorem prosperis continue affluat incrementis; nuper siquidem ad apostolatus nostri fidedigna relacio perduxit auditum, quod monasteria et loca eiusdem ordinis in regno Vngarie constituta, que consveverunt hactenus spiritualiter et temporaliter reflorere, in tantum collapsa sunt et opressa, quod pauca reperiuntur que suis plene gaudeant iuribus possessionibus atque bonis, quinimo aliquorum ex eis bona pro media, quorundam vero pro tribus et aliquorum eciam pro quatuor partibus occupata tenentur; et quod est damnosius, ultra quadraginta monasteria eiusdem ordinis a tempore quo infideles tartari regnum prefatum Vngarie hostiliter devastarunt, fuerunt et sunt cum omnibus bonis possessionibus iuribus et pertinenciis eorumdem, quedam videlicet eorum per clericos, quedam per aliorum ordinum religiosos, et nonnulla per laicos contra deum et iusticiam occupata. Cum igitur universa monasteria ordinis et regni predictorum que sunt in Strigoniensi et Colocensi provinciis constituta, iuxta constituciones super statu et reformatione monachorum nigrorum per felicis recordacionis

Benedictum papam XII. predecessorem nostrum editas unam provinciam facere dinoscantur, nos considerantes quod ad reformandum et restaurandum alienata monasteria possessiones bona et iura eorumdem in regno predicto, et quevis alia negocia ad hec opportuna prosequendum, personarum dicti ordinis eiusdem regni communis accio et prosecucio earum communibus sumtibus non solum utilis, sed eciam utpote necessaria dinoscitur, et quod per hec ad predicta reoccupanda celerius via paracior patefiet, huiusmodi et aliis considerationibus et causis inducti, auctoritate apostolica statuimus et eciam ordinamus, quod universi abbates et priores abbates proprios non habentes, necnon abbatisse monasteriorum et locorum dicti ordinis huiusmodi provincie sic per easdem constituciones statute ipsorumque conventus ad reformandum restaurandum et recuperandum alienata monasteria, possessiones, bona, et iura eorumdem, ut premittitur occupata et detenta in regno predicto, et ad singula cum hec opportuna communiter et communibus sumtibus nunc et in posterum procuratores communiter constituere ad negocia gerenda et eciam prosequenda locorum dicti ordinis eiusdem regni ac pro singulis eorumdem communiter agere et defendere perpetuo teneantur, quodque presidentes capitulis dicti ordinis in dicta provincia celebrandis presentes et futuri, omnes et singulos abbates priores abbatissas et conventus predictos, ad statum et ordinacionem predicta servandum necnon contribuendum in ipsis expensis secundum eorum cuiuslibet exigenciam facultatum pro huiusmodi causis et negociis prosequendis per censuram ecclesiasticam apostolica auctoritate compellant et compellere valeant, quibusvis constitucionibus apostolicis contrariis nequaquam obstantibus, per quas premissa et ipsorum presidencium iurisdiccionis explicacio in eisdem impediri possint seu quomodolibet retardari; seu si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti et ordinationis infringere vel ei ausu temerario contraire; siquis autem

hoc attentare presumserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum apud Villamnovam Ammonensis diecesis, decimoquinto kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Sárga s piros selyem szalagon függő ólompecséttel; eredetije a pannonh. főapátság ltárában: Capsa 31. lit. J. Közli: Sztachovics R.

241.

1344. mart. 24. A szenternöi káptalan bizonyítja, hogy a káptalan emberei és a választott bírák előtt Révai Thonk és fiai egy részről, más részről Dersy Illés fiai, harmadik részről pedig Gergely bán fiai a Réva nevü birtokhoz tartozó földterület felett megegyeztek és azt három részre felosztották.

Capitulum ecclesie beati Irinei martiris . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod cum nos iuxta continenciam priorum literarum nostrarum memorialium arbitratorialium pro parte magistri Tonk filii Thome de Ryua et filiorum eius, item Nicolai et Mathie filiorum Elie de Dersy ut actorum cum Johanne filio Simonis, item altero Johanne filio Michaelis, Laurencio de Hupuky ac Petheu filio Nicolai dominum Mathe custodem ecclesie nostre antedicte, pro parte vero magistrorum Stephani et Nicolai filiorum Gregorii bani et Johannis filii eiusdem magistri Stephani, cum Johanne filio Benedicti, Michaele filio Marcelli, Johanne filio Mark Durgo dicti, ac Dominico filio Fabiani ut hominibus communibus per partes sponte assumtis et electis, magistrum Michaelem archidiaconum de Bylin socium et concanonicum nostrum ad ea que in eisdem literis nostris vidimus contineri exequenda pro testimonio destinassemus, iidem . . reversi . . retulerunt, ut partes predicte . . in octavis diei medii Quadragesime nunc preteritis, ad faciem cuiusdam particule terre contenciose ad possessionem Ryua pertinentis accessissent, et quamvis ipsam reambulatam in duas partes equales dividere debuissent, tamen ipsam terram contenciosam prout secundum continenciam privilegii ipsius Thonk rivulus per medium ipsius ville ad meridiem decurrens ipsam villam separat et distingit relinquendo,

a capite autem ipsius rivuli incipiens supra versus partem aquilonis, iuxta eiusdem rivuli fluxum et processum usque metas eiusdem ville, quantum meta ipsius possessionis ad illam partem tenet et concludit, eo quod ab illa parte aquilonis et eciam a plaga occidentis possessiones archiepiscopi Colocensis sibi vicinantur et sunt commetanei sui, cum vineis et aliis utilitatibus suis reambulassent, reambulatamque et sub certis metis distinctam una pars alteri obtemperando et aquiescendo in tres partes coequales divisissent; duas partes a plaga orientis sequestratas et limitatas ipsi Thonk et filiis Elie perpetuo possidendas reliquissent, tertia parte scilicet a parte occidentis existente, predictis filiis Gregorii bani similiter perpetuo iure possidenda remanente; hoc interiecto, quod si cuiuscunque partis sive ipsius magistri Thonk et filiorum Elie proprie vinee aut suorum iobagionum, in hac divisione inter eos facta ad partem et porcionem ipsorum filiorum Gregorii bani predictam cessissent et devenissent, et e converso si eorumdem filiorum Gregorii bani ad partes et porciones dictorum Thonk et filiorum Elie cessissent vel essent sequestrate, debitum vinarium quod (....) in ipsa terra ab antiquo est consvetum, una pars alteri exinde solvere debeat et teneatur, ut partes sponte ordinassent; mete autem ipsius terre contenciose inter eos modo premisso divise, ut iisdem (....) ipsis probis hominibus supradictis nobis referentibus percepimus, hoc ordine distinguntur: prima meta incipit supra caput ipsius rivuli, per modicum spacium ad partem orientis ascendendo sunt due mete terree, quarum una a parte orientis distingit magistro Thonk et filiis Elie prenotatis, alia vero a parte occidentis distingit ipsis filiis Gregorii bani memoratis, deinde in latus montis in terra arabili versus aquilonem ascendendo sunt iterum due mete terree, similiter ascendendo ad eandem plagam sunt due mete terree, et abinde similiter ad montem ascendendo in medio, supra viam, circa tortucar (igy) est una meta terrea, abhinc per modicum spacium ascendendo ad partem aquilonis perveniet ad unam metam terream, et deinde perveniet alte ubi sunt due mete terree, quarum una a parte orientis distingit Thonk cum fratribus suis antedictis, alia vero a parte occidentis sepedictis filiis Gregorii bani separante, ibique terminantur. Datum in

quindenis diei medii Quadragesime supradicti, anno domini M° CCC° quadragesimo quarto; discretis viris Dominico preposito, Demetrio cantore, Mathe custode, Michaele de Bylin et Alberto de Abana archidiaconis.

Hártyán, vörös selyem zsinóron függő pecséttel, alól chyrographummal; eredetije b. Révay cs. ltárában. Révay fasc. I. nro. 26.

242.

1344. apr. 19. A pécsváradi apát és a convent Csortán Jakab pécsváradi polgár elpusztult telkét Kelemen fia Gergely polgárnak birtokába adja.

Nicolaus . . abbas monasterii Waradiensis et conventus loci eiusdem memorie commendamus . . quod cum sessio seu fundus curie condam Jacobi Chortan dicti in superiori civitate nostra Waradiensi in opposito ecclesie beati Petri apostoli existens in diutina desolacione fuisset constituta, per cuius desolacionem predicte Waradiensi civitati non modicum importunum et disturbium nobis quoque videbatur imminere, tandem nos habito unanimi consilio et pari tractatu nostro, unacum hospitibus eiusdem civitatis Waradiensis, ipsam sessionem pro quatuor marcis denariorum banalium et dimidia in quibus supradictus Jacobus Chortanus pro precio duarum tunellarum per nos sibi venditarum nobis debitor remanserat, et racione collectarum octo annis nobis de eadem sessione non solutarum, quas Gregorius filius Kelemen magni civis eiusdem Waradiensis civitatis nobis persolvit ex integro, qui eciam unam marcam pecunie magistro Johanni notario nostro ad racionem pecunie sue cum qua Bekem filium eiusdem Jacobi in civitate Quinqueecclesiensi de vinculo captivitati et gravi periculo mortis noscitur liberasse, persolvit, eidem Gregorio vendidimus . . et assignavimus possidendam . . tali tamen condicione mediante, quod quandocunque filius aut filia eiusdem Jacobi ipsam sessionem in predictis sumtibus pecunie seu expensis, et eciam in expensis quas idem Gregorius in restauracione eiusdem sessionis seu fundi curie ac edificiorum suorum consummabit, prout

eedem expense predictis restauracionibus per probos viros tunc estimatis se extenderint, redimere poterunt ab eodem, idem Gregorius ipsam sessionem eisdem reddere et restituere teneatur, non obstante contradiccione et occasione aliquali; statuentes, ut quicunque exceptis filio et filia eiusdem Jacobi annotatis, eandem sessionem ab ipso Gregorio recipere attentarent quantocunque, extunc ipsi contra eundem Gregorium pro requisitore cause requisite haberentur pro convictis eo facto. Datum secundo die quindenarum festi Pasche domini, anno eiusdem M° CCC° quadragesimo quarto.

A pécsváradi conventnek 1358. évi május hó 10-én »comes Gregorius filius Kelemen magni iudex de civitate Waradiensi« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 605. 7. dipl. lt. 3683. Közli: Kovács N.

243.

1344. Nagy-Várad, apr. 24. A nagy-váradi káptalan előtt Hölgyes László, Várad-Olasziban egy telek részét a Szent-Anna apáczák fürdőháza mellett, ezen apáczáknak eladja.

Capitulum ecclesie Waradiensis .. ad universorum noticiam . . declaramus, quod Ladislao filio Mathei Hewlges dicto de vico Venecia vocato ex una, et Ladislao sacerdote prebendario pro abbatissa et aliis sororibus sanctimonialibus de claustro sancte Anne parte ex altera coram nobis personaliter constitutis, propositum per eundem Ladislaum filium Mathei .. nobis exstitit . . quod ipse quandam modicam particulam terre fundi sui in eodem vico Venecia vocato situati a parte stube balnei pro eodem claustro sancte Anne edificando applicandam eidem stube, prefato claustro sancte Anne et eisdem sororibus sanctimonialibus existentibus in eodem, pro tribus marcis denariorum ad Budensem racionem .. vendidisset .. iure perpetuo .. nullo dominio . . reservato in eodem, sed totum ius dominii eiusdem in ipsum claustrum sancte Anne et sorores sanctimoniales existentes in eodem transferendo; assummens nihilominus . . idem Ladislaus . . predictum claustrum sancte Anne et sorores

sanctimoniales . . ab omnibus racione ipsius particule terre fundi sui per ipsum vendite . . molestare . . volentibus per omnia expedire . . Datum Waradini, in festo beati Georgii martiris, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo quarto; domino Bethrando cardinali preposito, Ladislao lectore, Gregorio custode, Philippo cantore magistris . .

Zöld-sárga selyem-szálakon függött pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 59. 5. dipl. lt. 3685. Közölve néhai Vincze Gábor másolata után. Közli: Fejér i. h. IX. 1. 233. l. de hibásan.

244.

1344. apr. 24. Az aradi káptalan a Tisza folyó mellett fekvő Moruthva nevü halastavát négy évre húsz lippai márkáért Szeri Posának, Jánosnak és Godnak használatúl adja.

Nos capitulum Orodiensis ecclesie, significamus . . quod nos matura et sana deliberacione inter nos facta, piscinam ecclesie nostre Moruthwa vocatam iuxta Ticiam existentem cum utilitatibus suis universis, a data presencium per quatuor annorum circulos, dedimus et locavimus magistris Posa de Zeer, Johanni et God de eadem, pro viginti marcis denariorum compoti Lyppuensis, ex quibus idem magister Posa solvit nobis quatuor marcas, et idem Johannes et God solverent nobis unam marcam, residuam vero summam pecunie tenentur nobis solvere terminis infrascriptis: quinque videlicet marcas in octavis festi beati Georgii martiris anni proxime venturi, quinque marcas in quindenis festi beati Georgii martiris anni tercii, et quinque marcas in quindenis quindenarum beati Georgii martiris anni quarti; tali vinculo, quod si quemlibet terminorum predictorum obmitterent in solvendo, duplum incurrerent eo facto; ad quod se sponte obligarunt coram nobis. Datum in festo beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XL° quarto.

Hátlapján monorú pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában, Keszthelyen »Miscellanea« 40.

245.

1344. Domahida, apr. 26. Thóti János az országbíró bírságszedője, a Szatmár vármegyei Dobos faluból való Dersfi Lászlót Pál bán elleni ügyében a reá rótt bírság két harmadrészének megfizetéséről nyugtatja.

Nos magister Johannes filius Stephani de Thot exactor iudiciorum comitis Pauli iudicis curie . . assumto testimonio homine regis cum testimonio beati Stephani Waradiensis, tenore presencium memorie commendantes, quod magister Ladislaus filius Ders de villa Dobus in comitatu de Zothmar contra Paulum banum super iudicia duarum marcarum porcione comitis Pauli pretaxati, scilicet in octavis Cinerum super iudicia duarum marcarum convictus exstitisset, quod idem predictus magister Ladislaus filius Ders super premissa iudicia nobis impendit satisfaccionem, salva tamen porcione sui adversarii in eodem remanente; igitur nos eidem magistro Ladislao super iudicia duarum reddidimus expeditum. Datum in Domachida, feria tercia proxima post festum beati Georgii martiris, anno domini CCC° XL^mo quarto.

Papíron, hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 83. dipl. lt. 3686. Hasonló tartalmú nyugta őriztetik u. o. N. R. A. 1536. 82. dipl. lt. 3684. Közli: Kovács N.

246.

1344. máj. 1. A boszniai káptalan előtt a Zabo nemzetségből való Mátyás fia István és ennek fia, gradiskai birtokrészüket a Karasa folyó mellett, az ugyanazon nemzetségből való Pál és Fábián fiainak eladják.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie commendamus . . quod Stephanus filius Mathie de genere Zabo unacum Gregorio filio suo in etate puerili fere decem annos habente ab una parte, ex altera vero Johannes filius Pauli pro se et pro Laurencio fratre suo uterino ac Georgio et Benedicto filiis Fabiani de eodem genere Zabo, ad nostram personaliter acce-

dendo presenciam, idem Stephanus filius Mathie confessus exstitit . . quod ipse propter suam paupertatem . . totalem particulam porcionis sue, ipsum iure hereditario in Gradisca contingentem, iuxta fluvium Karasa in provincia de Barana existentem, prefatis Johanni et Laurencio filiis Pauli ac Georgio et Benedicto filiis Fabiani pro quinque marcis denariorum . . vendidisset perpetue . . possidendam . . sub eisdem certis metis et signis, quibus hactenus per eundem fuisset . . possessa, cum omnibus . . pertinenciis ad eandem universis, scilicet a quadam meta terrea que seperat ipsam possessionem a possessione Johannis et Ladislai, que quidem meta terrea stat a parte orientali, de qua vadit versus occidentem ad quandam arborem twl bifurcatam, inde versus occidentem eundo similiter venit ad fluvium Karasofoca vocatum, venit ad aliam arborem twl cruce signatam meta terrea circumfusam, ibique terminatur. Datum in festo apostolorum Philippi et Jacobi beatorum, anno domini M° CCC° XL^mo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. osst. N. R. A. 1508. 44. dipl. lt. 3687. Közli: Kovács N.

247.

1344. máj. 3. A nagy-váradi káptalan előtt Marczali Joachim fia István és Bátori Bereczk fiai Miklós és János s ennek neje, Kakath nevü birtok iránt és az említett nö leány-negyede végett köztük folyamatban volt per eldöntését választott bírákra bízzák.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis damus pro memoria, quod magistro Stephano filio Joachim de Marzaly pro se ex una, et magistro Jakow magno de Hudus vice et nomine magistrorum Johannis et Nicolai filiorum Briccii de Bathur ac nobilis domine consortis eiusdem magistri Johannis parte ex altera coram nobis personaliter constitutis, propositum per eosdem . . exstitit . . quod idem magister Stephanus ac predicti filii Briccii necnon eadem domina causam per ipsum magistrum Stephanum super facto possessionis Kokath vocate in comitatu Bihoriensi existentis contra ipsos filios Briccii de Bathur coram

iudice curie regie, et causam per eandem dominam consortem predicti magistri Johannis in facto quarte filialis coram .. magistro Ladislao preposito minoris et canonici maioris ecclesiarum beate Marie virginis, vicario .. Andree .. episcopi Waradiensis .. in universis possessionibus ipsius magistri Stephani requirende motas, maturo et deliberato consilio proximorum suorum, arbitrarie, composicioni nobilium virorum, magistrorum videlicet Michaelis et Nicolai filiorum Alberti pro parte ipsius magistri Stephani, item Joachim filii Petri de Gyouzeg ac Nicolai filii Iwance pro parte ipsorum filiorum Briccii ac domine predicte ad octavas festi elevacionis corporis sancti regis Ladislai nunc venturas ducere debencium, et eiusdem domini Andree episcopi quem idem magister Stephanus ad hoc instanter petendo sponte assumsisset, taliter .. commiserunt coram nobis, ut quidquid iidem quatuor probi viri et predictus dominus episcopus in ipsis octavis festi sancti regis Ladislai circa ecclesiam nostram kathedralem simul consedendo, presentibus nobis vel homine nostro et testimonio conventus sancti Stephani prothomartiris de promonthorio Waradiensi ad hoc deputatis, auditis parcium proposicionibus et visis literis earumdem arbitrarentur inter partes, eorumdem arbitrium eedem partes tenerentur acceptare; si vero aliqua parcium predictarum aliquo casu inevitabili et necessario .. venire non posset vel suos arbitratores predictos aut aliquem eorumdem morte vel gravi infirmitate prepedientem aut necessitate inevitabili ad ipsum terminum ducere non valeret, extunc loco eorumdem alium vel alios ad octavas festi Omnium Sanctorum nunc affuturas absque gravamine ducere tenerentur sine dilacione et occasione aliquali; tali modo, quod iidem arbitri auditis parcium proposicionibus sine arbitracione de loco ipsorum surgere non valerent, et si alicuius partis arbitri non facto arbitrio surgerent vel aliqua parcium predictarum arbitrium eorumdem non acceptaret in toto vel in parte, extunc eadem pars contra partem alteram ipsum arbitrium acceptantem in quinquaginta marcis absque porcione iudicis ante litis ingressum persolvendis convinceretur eo facto. Datum in festo Invencionis sancte crucis, anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. gyula-fehérvári kápt. cista Bihar, 2. 22. dipl. lt. 6336.

248.

1344. Pécs, máj. 3. Szepetneki Mike fia Péter országbírói bírságszedő, Kemudi Jakabot a Gyulaiak ősét, három rendbeli bírság megfizetéséről nyugtatja.

Nos Petrus filius Myke de Zepethnuk exactor iudiciorum . . comitis Pauli iudicis curie regie . . anno in presenti in comitatu de Baranya deputatus . . significamus . . quod magister Nicolaus filius Jacobi filii Corrardi de Kemud, primo super duobus iudiciis simplicibus sex marcas facientibus in quibus contra comitem Deseu de Pook actorem pro obmissionibus duorum terminorum, octavarum videlicet festi Omnium Sanctorum et nativitatis beati Johannis Baptiste post se se succedencium iam preteritarum, ad porcionem iudiciariam et dicti sui adversarii convictus habebatur, prout in registro iudiciali dicti comitis Pauli domini nostri continebatur, nobis in duabus partibus, in tercia vero parte Alexandro famulo dicti comitis Deseu sui adversarii in persona eiusdem domini sui coram nobis recipienti, ad plenum satisfecit, persolvendo easdem ad pondus Budense; item idem magister Nicolaus post hec super iudiciis sex marcarum in quibus contra Johannem filium Nykclini et Stephanum filium Luka de Peech similiter actores racione neglecionis quindenarum videlicet beati Jacobi apostoli ac beati Georgii martiris tunc preteritarum, ad propriam porcionem ipsius domini nostri in duabus partibus iuxta continenciam dicti registri fore convictus dinoscebatur, nobis in persona prefati domini nostri recipienti, in solucione pecuniaria ad plenum satisfecit ad pondus prenotatum, salva porcione parcium adversarum de hiis remanente; item idem magister Nicolaus super decem marcis et duplo earumdem, in toto videlicet viginti marcis, quibus iamdicto comiti Paulo domino nostro iuxta continenciam literarum domine regine obligatoriarum, quarum vigore se sponte et firmiter eidem domino nostro

dinoscebatur obligasse, solvere tenebatur, ut eciam in eodem registro describebatur, nobis modo simili in persona pretacti domini nostri recipienti, pecuniaria solucione mediante ad pondus Budense prenotatum omnimodam impendit satisfaccionem; super quibus omnibus premissis nos auctoritate supradicti domini nostri, eundem magistrum Nicolaum . . presentibus reddimus expeditum ac modis omnibus absolutum, vigore presencium mediante, eundemque de ipso registro iudiciali cancellari et deleri facientes racione premissorum. Datum Quinqueecclesiis, in festo Invencionis sancte crucis, anno domini M° CCC^mo quadragesimo quarto.

Hátlapján fekete viaszba nyomott kis kerek pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay cs. stjavnyicskai ltárában; »Gyulay« fasc. IV. 20. Közölve néhai Hatos Gusztáv másolataiból.

249.

1344. máj. 8. A szepesi káptalan előtt Görgei András és Hank, nejeikkel egyetemben, ezek birtokrészeit Ekkerdorf nevü faluban Szepes vármegyében, Káposztafalvi Jordán fiának Tötösnek eladják.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod comite Andrea filio condam Stephani de Gargow unacum Stephano filio suo pro se et nobili domina Hylla filia Henrici condam antiqui iudicis de suburbio, consorte dicti comitis Andree, Nicolao Johanne et Andrea filiis eiusdem comitis Andree, item comite Hank filio Gyule de dicta Gargow similiter pro se et nobili domina Marus consorte sua filia Henrici iudicis predicti ab una parte, et Tythus filio Jordani cive de villa Conpositi ab altera coram nobis personaliter constitutis, iidem comes Andreas et Stephanus filius eiusdem et comes Hank suo et aliorum supradictorum nominibus exstiterunt confessi . . quod universas suas possessionarias porciones in villa Ekerdorf in comitatu Scepusiensi habitas, ipsas dominas Hyllam et Marus racione paterne successionis more terranorum seu provincia-

lium de dicto comitatu Scepus contingentes, et per consequens ad ipsos comitem Andream, pueros suos, et comitem Hank pertinentes, que quidem possessionarie porciones intra metas et territorium dictorum provincialium seu saxonum viginti quatuor civitatum adiacere dinoscuntur, et soluciones et contribuciones facere iure et consvetudine saxonum ci (. . . .) videlicet supradicti comes Andreas et Stephanus, domina Hylla et filii eiusdem Andree supradicti rectam et equalem quartam partem dicte ville Ekkerdorf (pro viginti novem mar)cis grossorum et sex ulnis panni de longo Genti, item comes Hank et domina Marus supradicti similiter aliam rectam et equalem quartam partem eiusdem (. . . .) ville eciam pro viginti novem marcis grossorum et sex ulnis panni similis, Tythus filio Jordani supradicti plene et integre perceptis ab eodem, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis universis, sub condicionibus libertatibus et iuribus quibus hucusque iuxta consvetudinem dictorum provincialium ipsas porciones possessionarias possedissent, vendidissent . . sibi et per eum suis heredibus . . perpetuo . . possidendas . . hoc adiecto, quod (quandocunque) temporis in processu dictum Tythus aut suos heredes racione dictarum porcionum possessionariarum quispiam inquietare . . niteretur, extunc comes Andreas et alii supradicti . . suis sumtibus . . sub gravamine suarum possessionum eosdem expedire tenerentur . . Datum in quindenis festi beati Georgii martiris, anno domini M° CCC^mo quadragesimo quarto.

A szepesi káptalannak 1361-ik évi nov. 8-án »ad mandatum palatini pro nobili domina relicta condam comitis Tythus super possessione Baldfalva« kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 487. 45. dipl. lt. 3690. Közli: Kovács. N.

250.

1344. Buda, máj. 8. Pál országbíró Folbert fia István özvegyének és fiának, Terpenye és Pacsinta nevü birtokok végett Szentmihályi Mihály ellen folyó perében halasztást ad.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod instrumentales exhibiciones, quas nobilis domina relicta

Stephani filii Folbrety et Martinus filius suus actores ab una, et Michael de Scentmyhal in causam attractus parte ab altera in facto possessionum Terpenye et Pachynta vocatarum ac cuiusdam particule terre seu possessionis litigiose ad possessionem Terpenye ut dicitur pertinentis, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis Georgii martiris contra se se facere tenebantur, ob regium preceptum, ad quindenas beati apostoli nunc venturas, sub statu priori peremtorie duximus prorogandas. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo quadragesimo quarto.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. »Ignota Miscell.« 42.

251.

1344. Torda, máj. 8. A Miklós erdélyi vajda által Tordán az erdélyi nemesekkel tartott közgyülésen Vrsi Gergely fia Ivánka és János fia János, az ellen, hogy atyáik öt birtok és egy erdö felét Gyoghi Miklósnak eladták, tiltakoznak.

Nos Nicolaus waywoda Transsilvanus et comes de Zonuk damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium partis Transsilvane in quindenis festi beati Georgii martiris Torde celebrata, Iwanka nobilis de villa Vrs de medio universorum consurgens dixit et est protestatus, quod Gregorius pater ipsius et Johannes patruus suus, medietates possessionum Palachko, Legyun, Peteteluke, Tehenusteluk, Mikateluke vacatarum ac medietatem silve Hyntuserde nominate, Nicolao filio Andree de Gyogh dudum absque permissione sua et Johannis filii Johannis fratris sui patruelis vendidissent in ipsorum preiudicium et iacturam, quos a vendicione earumdem possessionum, et eundem Nicolaum filium Andree multociens usquemodo prohibuissent manifeste, et nunc ipse quoslibet ab alienacione vendicione emcione distraccione et quovismodo perpetuacione prohibuit manifeste, dicendo quod licet ipse propter sue paupertatis inopiam super facto medietatum dictarum possessionum causam movere non possit, tamen dum ipse facultatem habuerit ad exequendum ordine iuris preno-

tatas possessiones, promtus esset et paratus. Datum loco et termino prenotatis, anno domini Millesimo CCC^mo quadragesimo quarto.

Zárlatán pecséttöredékkel; eredetije a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Komáromy A. Ugyanott megvan Miklós vajdának szintén a föntebbi gyülésről »in vigilia festi Ascensionis domini« 1344-ben kiadott bizonyságlevele, hogy »Iwanka filius Gregorii nobilis de Vrs . . universos vicinos et commetaneos specialiter Johannem filium Martini de Mornth Stephanum et Johannem de Bangarth, Johannem de Fyzkuth, Johannem et Thomam de Lamperth, Johannem et Jacobum de Sumbur, Pethen et Stephanum de Manyk« nemeseket és ezek jobbágyait Vrs nevü birtokának elfoglalásától tiltotta.

252.

1344. Buda, máj. 18. I. Lajos király Csatárszeg nevü birtokot, mely elöbb István csongrádi várjobbágyé volt, Tyuk Tamásnak és unokatestvéreinek adományozza.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magister Thomas dictus Tyuk comes gliciorum nostrorum filius Johannis fidelis noster, ad nostre serenitatis accedens presenciam, suas fidelitates et servicia a primevis temporibus suis primum . . Karolo . . regi . . et demum dicto . . Karolo rege patre nostro . . debitum carnis exsolvente universe, nobis in regni gubernaculum transscendentibus, nostre maiestati solerti cura exhibitas et impensa proponens et declarans ac in memoriam nostre serenitatis revocans, quandam possessionem Chatarseg vocatam in comitatu Chengradiensi existentem, asserens ipsam condam Stephani de Chatarsceg iobagionis castri nostri Chengradiensis eciam heredum solacio orbati prefuisse ex eoque nostre collacioni pertinere, a nobis sibi, item Nicolao et Anthonio filiis Sauli fratribus suis patruelibus dari et conferri perpetuo postulavit. Nos itaque qui ex debito suscepti regiminis officio singulorum merita nobis fideliter obsequencium animo metiri debemus pietatis, pro serviciis et fidelitatibus prefati magistri Thome dicti Tyuk summa cum fidelitate exhibitis et impensis, dictam possessionem Chatarsceg vocatam, cum omnibus suis utilitatibus et proventibus . . in superficie ipsius possessionis

Chatarsceg existentibus, que condam Stephani de eadem Chatarsceg iobagionis dicti castri nostri Chengradiensis fuisset, dicto magistro Thome et per eum prefatis Nicolao et Anthonio filiis Pauli fratribus suis patruelibus, prout nostre collacioni pertinere dignoscitur . . donavimus . . in perpetuum in filios filiorum suorum . . tenendam pariter et habendam, sine tamen preiudicio iuris alieni . . Datum Bude, feria tercia proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC^mo quadragesimo quarto.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 512. 20. dipl. lt. 3691. Közli: Kovács N.

253.

1344. máj. 29. A budai káptalan előtt Treutul Miklós pozsonyi főispán kötelezi magát, hogy Bia vagy Szentkirály nevü birtok és huszonhárom ménesbeli kancza vételárának hátralékát Telman fiainak Péter és János budai polgároknak a kitüzött határnapon ki fogja fizetni.

Nos capitulum Budensis ecclesie memorie commendamus, quod magnificus vir magister Nicolaus dictus Trotul filius Johannis de Tetul comes Posoniensis ab una, item Petrus et Johannes filii Telmani, cives de castro Budensi parte ab altera in nostri presencia personaliter constituti, idem magister Nicolaus dictus Trotul confessus exstitit . . quod ipse a predictis Petro et Johanne filiis Telmani quandam possessionem Byol alio nomine Scenthkyral vocatam cum suis circumstanciis, et viginti tres equas equaciales precio trecentarum marcarum, prout in literis privilegialibus nostris inde confectis continetur, comparasset, ad cuius precium aliis persolutis centum et quindecim marcas Budenses eisdem solvere teneretur, quas in octavis festi Omnium Sanctorum proxime futuris, vel aliquo termino usque dictas octavas solvere poterit, solvere . . assumsit coram nobis, prout hec omnia iidem Petrus et Johannes filii Telmani coram nobis astando asseruerunt. Datum sabbato

proximo ante octavas festi Pentecostes, anno domini M° CCC^mo quadragesimo quarto.

Hátlapján pecsét töredékeivel: eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 603. 81. dipl. lt. 3694. Közli: Kovács N.

254.

1344. máj. 31. A zobori convent I. Lajos királynak jelenti, hogy Emökei Miklós fiait Elefánti Miklós ellen a kir. curiára megidéztette.

. . Lodovico . . regi . . conventus monasterii beati Ipoliti martiris de Zuburo . . literas . . Pauli iudicis curie serenitatis vestre recepimus reverenter citatorias pro Nicolao filio Mathie de Elphant nobis directas; quibus receptis, cum Michaele de Hymd homine vestro ad premisse citacionis execucionem fratrem Laurencium conventus nostri presbiterum duximus pro testimonio destinandum, qui ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod predictus homo vester presente nostro testimonio Barthan et Georgium filios Nicolai de Emekey in villa vocata Elo in possessionaria porcione eorum contra Nicolaum filium Mathie predictum de Elphant feria sexta proxima ante festum sancte Trinitatis citasset ad presenciam vestre maiestatis, feriam terciam proximam post festum Corporis Christi nunc venturam eisdem pro termino assignasset. Datum secunda feria post festum sancte Trinitatis, anno domini M° CCC° quadragesimo quarto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1671. 69. dipl. lt. 3697. Közli: Kovács N.

255.

1344. Visegrád. jun. 11. Pál országbíró a Rozgonyi László és Tyba fia Tamás között Vyzneu nevü birtok miatt folyt ügyet elhalasztja.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria quod discussionem cause, quam inter Petrum filium Ladislai et Ladislaum filium Johannis de Rozgon actores, pro quibus

Michael filius Nicolai de Leztemer . . astitit ab una, et inter Thomam filium Tyba, pro quo Donch serviens eiusdem . . comparuit, parte ex altera, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in quindenis reversionis domine nostre regine de partibus transmarinis in Vissegrad, feria sexta proxima ante festum Penthecostes facte, in facto possessionis Vyzneu vocate facere tenebamur, parcium procuratoribus volentibus ad octavas Nativitatis beate virginis proxime venturas, simul cum exhibicione privilegii domini Ladislai regis super quodam concambio ut dictum fuerat confecti, quo mediante quedam possessionaria porcio in possessione Zekul habita et in concambium ipsius possessionis Vyzneu data fuisset, peremtorie duximus prorogandam. Datum in Vissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° xlmo quarto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 447. 57. dipl. lt. 3693. Közli: Kovács N.

256.

1344. Visegrád, jun. 11. Pál országbíró utasítja az egri káptaant, hogy a Boksa nemzetségből való Tamás fia László fiai által a Thekele nemzetségből való Uzfi János szent-györgyi nemesnek leány negyedi illetősége fejében adott Boscha nevü Zemplén vármegyei birtok egy negyed részét Franchik fia Péter és Miklós fia György mint szintén Boksa nemzetségbeliek kiváltani szándékozván, annak értékét becsü utján állapítsa meg.

. . capitulo ecclesie Agriensis comes Paulus iudex curie. noverit vestra amicicia, quod cum nos in octavis festi Penthecostes in sede iudiciaria sedissemus et causales processus quorumlibet litigancium in statera equitatis partiri cepissemus, Nicolaus dictus Chorba pro Petro filio Franchyk et Georgio filio Nicolai . . ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis literas comitis et iudicum nobilium comitatus de Zemlyn, in quarum tenoribus conspeximus expresse contineri, quod Johannes filius Vz regium adiens conspectum, eidem domino regi dixisset conquerendo, ut ipsum Petrus filius Franchyk et Georgius filius Nicolai filii Detrici in facto possessionario in causam ad presenciam comitis et iudicum nobilium de comi-

tatu de Zemlyn attraxissent; unde quia causa possessionaria per ipsos comitem et iudices nobilium predicti comitatus nequiret terminari, ideo idem dominus noster rex comiti et iudicibus nobilium firmissimis dedisset in mandatis, quatenus ipsam causam ad examen sui iudicii transmittere deberent, partibus coram sua regia presencia comparere terminum competentem assignando .. qui quidem .. dictam causam de presencia ipsorum ad regiam transmisissent presenciam, octavas festi Penthecostes .. pro termino comparendi assignando. Quibus perceptis Dominicus filius Nicolai pro predicto Johanne filio Vz similiter ad nostram accedens presenciam .. quoddam privilegium vestrum .. confirmatorium quarumdam literarum patencium .. Johannis archidiaconi Borsodiensis vicariique .. Agriensis episcopi in spiritualibus generalis .. in anno domini M° CCC° quadragesimo primo confectum nobis demonstravit; in cuius quidem privilegii tenore inter cetera conspeximus expresse contineri, quod cum idem .. Johannes vicarius generalis iuxta continenciam aliarum literarum suarum modum et formam sue iudiciarie deliberacionis declarancium .. Johannem sacerdotem dictum Zelemeri capellanum suum ad videndum reambulacionem et estimacionem porcionis possessionarie quondam comitis Chepani in possessione Boscha vocata in comitatu de Zemlyn iuxta fluvium Bodrug existenti habite, que nunc per Thomam Michaelem et Ladislaum filios Ladislai filii Thome de genere Boxa ut dicitur possideretur, de qua Johannes filius Vz nobilis de Zenthgeurgh de genere Thekele quartam filialem quondam nobilis domine matris sue filie eiusdem Chepani Elizabeth vocate coram predicto domino episcopo et vicario suo ordine iudiciario requisivisset, communiter pro eisdem partibus pro testimonio destinasset, demum idem .. Johannes sacerdos cum prefato Johanne .. actore et Stephano famulo et procuratore eorumdem filiorum Ladislai ad causam attractorum ad ipsum reversus retulisset eo modo, quod ipse unacum eisdem partibus in quindenis Penthecostes tunc preteritis accessissent ad faciem porcionis possessionarie prenotate, et eandem vicinorum et commetaneorum ipsius universorum legitimis convocacionibus factis et eisdem presentibus .. reambulassent, et cum ipsi eandem .. estimare voluissent, tandem

dicte partes per amicabilem composicionem proborum virorum, specialiter dictorum vicinorum et commetaneorum ipsius possessionis Boscha, factum dicte estimacionis postergantes . . taliter inter se concordassent, quod iidem filii Ladislai filii Thome quartam partem preallegate porcionis possessionarie ipsius Chepani in specie a parte possessionis Thusa vocate existentem, cum omnibus . . pertinenciis . . iuxta beneplacitum voluntatis ipsorum pro omnimoda expedicione dicte quarte filialis Elizabeth prenotate, dedissent . . prelibato Johanni filio Vz et suis heredibus perpetuo . . possidendam . . nemine contradictore apparente; quam quidem particulam terre prefatus Johannes benivole acceptando, eosdem filios Ladislai et ipsorum posteritates super ipsa quarta filiali reddidisset et reliquisset . . expeditos. Cuius quidem privilegii tenore viso . . cum nos predictum Nicolaum Chorba de eo ut quid vellet obiicere contra tenorem dicti privilegii, habuissemus requisitum, idem Nicolaus predictam porcionem possessionariam quondam comitis Chepani in possessione Boscha vocata existenti habitam, predictis Petro filio Franchyk et Georgio filio Nicolai iure hereditarie successionis racione generacionis ipsi Chepano annexe attinere allegabat, et in instanti exhibuit nobis literas comitis et iudicum nobilium de predicto comitatu de Zemlyn prohibicionales, in quibus comperimus expresse contineri, ut dum predicti comes et iudices nobilium sedissent pro tribunali, idem Petrus filius Franchyk et Georgius filius Nicolai facie ad faciem predictos Thomam Michaelem et Ladislaum ab alienacione sepefate quarte partis porcionis possessionis Chepan, Johannem vero filium Vz ab occupacione prohibuissent coram eisdem comite et iudicibus nobilium dicti comitatus; unde quia predictus procurator ipsorum Petri filii Franchyk et Georgii filii Nicolai ipsos dominos suos dictam quartam partem porcionis possessionarie Chepan, si consvetudini regni id consonare videretur, racione premisse linee generacionis, procuratore ipsius Johannis non contradicente, redimere velle instantissime allegabat, ideo vestram petimus amiciciam . . quatenus vestros mittatis homines . . coram quibus Dobou filius Chank vel Demetrius filius Tereny aut Nicolaus filius Petri pro Johanne filio Vz, item Pouca vel Thomas

de Bary aut Johannes filius Pauli de Zenthus pro predictis Petro filio Franchyk et Georgio filio Nicolai . . homines domini regis in octavis beati Jacobi apostoli nunc venturis ad faciem quarte partis porcionis possessionarie ipsius Chepani in predicta possessione Bascha habite accedant, et eandem . . reambulent, reambulatamque iidem homines domini regis presentibus testimoniis vestris, unacum aliis probis viris inibi convocatis, considerata qualitate quantitate et utilitate eiusdem . estiment . . qua estimacione facta, predictis Petro filio Franchyk et Georgio filio Nicolai ad redemcionem dicte quarte partis porcionis possessionarie ipsius Chepani terminum congruentem dare valeamus, si non fuerit contradictum, contradictores vero . . citent contra Petrum et Georgium supradictos ad octavas beati Michaelis archangeli nunc venturas, racionem contradiccionis eorum reddituros, in presenciam regie maiestatis ; et post hec seriem estimacionis . . cum tocius facti processu ad dictas octavas beati Michaelis archangeli domino nostro regi rescribatis. Datum in Wissegrad, tredecimo die octavarum festi Penthecostes predictarum, anno domini M° CCC° quadragesimo quarto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeumban, a Soós cs. ltárában.

257.

1344. Visegrád, jun. 13. Miklós nádor Bachkai Lászlót háromszáz hetvennégy márka bírság megfizetésére kötelezi azért, mert a midőn ez a Marázai Máté és Tamás fiai részére járó előbbi kisebb bírsági összeg kiegyenlítésére két Zemplén vármegyei és három Szabolcs vármegyei, mint tiszta tulajdonát képező birtok ötöd részét bírói zálogúl kijelelte, ennek Bachkai Miklós a beiktatáskor ellent mondott.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum Ladislaus filius Andree de Bachka in estimacione possessionis Maraza vocate in comitatu Zemliniensi existentis et loci piscature mortue piscine quatuor tanyas et dimidiam in se habitas ac duarum piscinarum in quadam particula terre litigiose habitarum, ducentas et septua-

ginta sex marcas nobis utpote iudici in duabus partibus, in tercia vero parte Nicolao et Ladislao filiis Mathei ac Dominico filio Thome de Maraza suis adversariis, in tribus terminis, videlicet nonaginta duos marcas in octavis diei Cinerum, et iterum nonaginta duas marcas in octavis festi Penthecostes, residuas autem nonaginta duas marcas in octavis festi beati Michaelis archangeli iam preteritis solvere debuisset eo modo, quod si primos duos terminos obmisisset in solvendo, penas iudiciorum, si vero terciam solucionem non solvisset, penam dupli incurrisset; ipsis itaque octavis diei Cinerum, termino scilicet prime solucionis occurrentibus (.....) Nicolao filio Mathei pro se personaliter, pro predicto vero Ladislao fratre suo cum procuratoriis literis capituli Varadiensis et pro ipso Dominico Jacobo filio Benedicti cum procuratoriis literis conventus de Lelez astantibus, prescriptus Ladislaus filius Andree coram nobis personaliter constitutus, ipsam primam solucionem cum sequentibus duabus solucionibus propter indigenciam tunc promte pecunie in mediocri termino solucionis, videlicet in dictis octavis festi Penthecostes cum possessionariis porcionibus suis in Bachka et Bwrow ipsum contingentibus absque quorumlibet contradiccione nobis et dictis suis adversariis regni consvetudine requirente, libere et secure solvere assumsisset; et si (.....) possessionarie porciones sue iuxta regni consvetudinem regali mensura mensurate et estimate ad valorem premisse totalis pecunie se non extendissent (.....) possessionariis porcionibus suis in comitatu de Zabouch ipsum contingentibus supplere assumsisset solucionem suam prenotatam; nosque scribendo capitulo Zepsyensi .. instanter eos postulantes, ut eorum homines pro testimoniis fidedignos transmitterent, cum quibus homines nostri in dictis prioribus literis nostris pro utrisque partibus nominatim inserti, in dictis octavis festi Penthecostes ad facies supradictarum possessionariarum porcionum Ladislai filii Andree memorati accederent et easdem .. reambularent, reambulatasque .. a vicinariis possessionibus separarent et ipsas regali mensurarent cum mensura, si vero mensurari non potuissent, visu considerando visa et circumspecta earum qualitate utilitate et valore, deo pre oculis habito, estimarent regni consvetudine requirente, esti-

matasque ad quantitatem prenotate totalis pecunie ducentarum et septuaginta sex marcarum, in duabus partibus nostris manibus iudiciariis, in tercia vero parte suorum adversariorum manibus statuerent perpetuo possidendas, si ipse Ladislaus memoratas possessiones suas pro dicta summa pecunie quantitate dare et perpetuare potuisset contradiccione quorumlibet non obstante; sed si in statucione dictarum possessionariarum porcionum ipsius Ladislai de Bachka per quempiam contradiccio facta fuisset, extunc neque nos, neque adversarii ipsius Ladislai easdem recipere, nec dicti homines nostri ipsas nobis et memoratis adversariis Ladislai de Bachka memorati statuere debuissent, ut idem Ladislaus de Bachka aussumserat; post hec autem tocius facti seriem dictum capitulum ad octavum diem dictarum octavarum festi Penthecostes per partes nobis . . rescribere debuisset. Ab ipso itaque octavo die octavarum festi Penthecostes discussio ipsius cause aliquibus prorogacionum cautelis intervenientibus ad octavas festi Epiphaniarum domini prorogata exstitisset; tandem ipsis octavis festi Epiphaniarum domini occurrentibus, prememorati Ladislaus filius Mathei et Dominicus filius Thome pro se personaliter, pro ipso vero Nicolao filio Mathei idem Ladislaus frater suus cum procuratoriis literis conventus de Lelez ad nostram veniendo presenciam, presente Nicolao dicto Darabus qui pro ipso Ladislao de Bachka cum procuratoriis literis capituli ecclesie Scepsyensis, pro Nicolao vero fratre ipsius Ladislai cum procuratoriis literis conventus de Lelez astabat, exhibuit nobis literas dicti capituli ecclesie Scepsyensis, in quarum tenoribus inter cetera reperimus, quod Georgius filius Alexandri homo noster unacum testimonio ipsius capituli Scepsyensis in predictis octavis festi Penthecostes ad facies possessionariarum porcionum dicti Ladislai filii Andree in possessionibus Bachka et Buro in comitatu Zemliniensi, item Checer, Baka et Keykche in comitatu de Zobolch habitis ipsum contingencium, convocatis vicinis et commetaneis earumdem universis accessissent, et licet regni consvetudine requirente easdem mensurare regali cum mensura nequivissent, tamen visa eorum qualitate utilitate et valore, easdem possessionarias porciones ipsius Ladislai filii Andree, scilicet quintam partem

quarumlibet dictarum possessionum in decem et novem marcis estimassent, et cum easdem a vicinariis possessionibus separare et in duabus partibus nobis, in tercia vero parte memoratis suis adversariis perpetuo possidendas statuere voluissent, Nicolaus frater ipsius Ladislai de Bachka prememoratos nostrum et dicti capituli homines a statucione dictarum possessionariarum porcionum ipsius Ladislai filii Andree nobis in duabus partibus, in tercia vero parte memoratis adversariis ipsius Ladislai filii Andree facienda prohibuisset. Unde quia memoratus Ladislaus filius Andree in dictis octavis diei Cinerum termino videlicet dicte prime solucionis totam summam dicte pecunie, quantitatem ducentarum et septuaginta sex marcarum, quas in dictis tribus terminis sub penis prenotatis solvere tenebatur, in medietate termino scilicet in octavis festi Penthecostes cum possessionariis porcionibus suis in dictis duobus comitatibus habitis nobis et suis adversariis predictis absque quorumlibet contradiccione libere et secure solvere assumserat, in tenoribus vero dictarum literarum ipsius capituli Zepsyensis memoratum Nicolaum fratrem ipsius Ladislai filii Andree in statucione dictarum possessionariarum porcionum eiusdem Ladislai fratris sui, nobis et dictis suis adversariis facienda, contradictorem exstitisse reperiebamus, et nunc prememoratus Nicolaus dictus Darabus, qui eciam pro eodem Ladislao cum dictis literis procuratoriis astabat, vice et nomine dicti Nicolai fratris ipsius Ladislai de Bachka auctoritate procuratoria prenotata in recepcione dictarum possessionariarum porcionum ipsius Ladislai nobis et dictis adversariis eiusdem, assignacione vero earumdem ipsi Ladislao contradiccionis obstaculo obviabat, prout tempore statucionis earumdem idem Nicolaus propria sua in persona obviasse adinveniebatur, igitur nos unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum iudicio assedentibus decrevimus iudicantes, quod prememoratus Ladislaus filius Andree de Bachka predictas ducentas et septuaginta sex marcas cum dicto gravamine in ipsis prioribus literis nostris inscripto, videlicet cum duobus simplicibus iudiciis ac cum duplo tercie partis ducentarum et septuaginta sex marcarum, que ducente et septuaginta sex marce cum suis gravaminibus seu oneribus memoratis trecentas et septua-

ginta quatuor marcas faciunt in toto, in quatuor terminis infrascriptis sub penis in presentibus literis nostris infra declarandis, nobis utpote iudici in duabus partibus, in tercia vero parte memoratis filiis Mathei et Dominico filio Thome suis adversariis solvere teneatur, partim in denariis partim vero in condignis estimacionibus absque possessionariis estimacionibus, videlicet centum marcas in octavis festi sancti Georgii martiris, et iterum centum marcas in octavis festi sancti Jacobi apostoli, residuas vero centum marcas in octavis sancti Martini confessoris, et ipsas septuaginta quatuor marcas in octavis diei Strennarum post se se nunc affuturis, pro omissionibus vero solucionum primorum duorum terminorum simplicia dua iudicia, pro omissione vero ultimarum duarum solucionum penam dupli incursurus Ladislaus de Bachka predictus, ut procurator eius assumsit memoratus. Datum in Wissegrad, quintodecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 946. 3. dipl. lt. 3701. Közli: Kovács N.

258.

1344. Visegrád, jun. 19. Miklós nádor Sárai Bede comes harassovi várnagyot, ki a kolosi apát által ellene indított perben a kitüzött határnapon meg nem jelent, bírságolja.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod dominus frater Johannes custos ecclesie beate virginis de Kolus pro . . fratre Johanne abbate eiusdem ecclesie de Kolus . . a feria sexta proxima post octavas festi Penthecostes, scilicet a quindenis reversionis domine nostre regine de partibus ultramarinis in Wyssegrad, contra comitem Bede de Sarow castellanum de Harassow quindecim diebus continuis stetit in termino coram nobis; qui quidem comes Bede iuxta continenciam priorum literarum nostrarum peremtorie responsurus non venit neque misit; unde eundem comitem Bede contra predictum dominum fratrem Johannem abbatem in iudicio decrevimus fore convictum si se

racionabiliter non poterit excusare. Datum in Wyssegrad, sedecimo die termini prenotati, anno dimini M° CCC^mo quadragesimo quarto.

Papiron; zárlatán a pecsét csekély töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 21. 3. dipl. lt. 3702. Közli: Kovács N.

259.

1344. Gömör, jun. 28. Gömör vármegye ispánja és szolgabírái Csákányi Péter fiának Miklósnak, kit Vincze fia László kálnai nemes, három ló eltulajdonítása miatt bepanaszolt, tizenkettel magával teendő esküt ítélnek.

Nos magister Johannes filius Pauli nobilis de Ida ex collacione domini regis Lodovici comes provincie Gumuriensis ac quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod secundum formam nostri iudicii Nicolaus filius Petri nobilis de Chakan duodecimo se nobilibus personis in quindenis datarum presencium contra Ladislaum filium Vincencii nobilem de Kalno prestare tenetur sacramentum super eo, quod in magna sexta feria de vespere cuius diei annualis revolucio iam preteriisset, Blasius proximus suus tres equos eiusdem Ladislai non subtraxisset et ad domum eiusdem Nicolai non duxisset et in hoc damna decem marcarum eidem Ladislao non intulisset, et presens equus zordon coloris de illis tribus equis subtractis unus non esset sed proprius suus equus, et circa domum suam nutritus esset. Datum in villa Gumur, feria secunda proxima post festum regis Ladislai, anno domini M° CCC^mo quadragesimo quarto.

Zárlatán három pecsét töredékeivel: eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1536. 87. dipl. lt. 3704. Közli: Kovács N.

260.

1344. jun. 30. A budai káptalan Miklós nádortól nyert kiküldetés következtében bizonyítja, hogy Regun nevü Fehér vármegyei birtok határát megjáratta s abba Telmanfia Péter budai polgárt beiktatta.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod nos literas . . Nicolai regni

Hungarie palatini et iudicis comanorum . . recepimus in hec verba . . capitulo ecclesie Budensis Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum . . dicitur nobis in persona Petri filii Telmani civis Budensis, quod sibi quedam possessio seu terra vacua et habitatoribus destituta Regun vocata in comitatu Albensi existens, a Jacobo filio Nicolai dicti de Agria esset provoluta, in quam introire vellet iuris ordine mediante si contradiccio cuiuspiam sibi non obviaret; super quo amiciciam vestram presentibus petimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Jacobus de Gyogh vel Jacobus de Thetun aut Blasius filius Benche aliis absentibus homo noster ad faciem dicte possessionis . . accedendo reambulet eandem . . reambulatamque et ab aliorum possessionibus distinctam statuat predicto Petro filio Telmani perpetuo possidendam . . et post hec tocius facti seriem . . nobis . . rescribatis. Datum in Wyssegrad, in vigilia festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto. Nos igitur . . cum predicto Blasio filio Benche homine eiusdem domini palatini ad hoc deputato, nostrum hominem magistrum Blasium sublectorem ecclesie nostre ad predictam possessionariam reambulacionem faciendam pro testimonio duximus destinandum, qui demum . . retulerunt, quod dominico die proximo ante festum beatorum Petri et Pauli apostolorum proxime preteritum ad faciem dicte possessionis Regun vocate in comitatu Albensi existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis et presentibus accedendo, ipsam per suas metas et antiquas reambulassent, necessitate non urgente novas metas non erigendo, reambulatamque et ab aliorum possessionibus distinctam, nemine penitus contradictore existente, predicto Petro filio Telmani civi Budensi statuissent perpetuo possidendam . . Datum per manus . . magistri Benedicti lectoris ecclesie nostre, secundo die festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto prescripto; presentibus . . Michaele custode, magistris Posonio, Laurencio, Jacobo filio Joseph, altero Jacobo dicto de Calidis Aquis, Thoma, ceterisque canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

Piros selyem sodraton függő ép pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 603. 72. dipl. lt. 3703. Közli: Kovács N.

261.

1344. jun. 30. A pécsi káptalan előtt Jakab fiai Korard és Miklós, a Gyulai család ősei, Henrik bán fiát Pétert a szekcsői Herczeg család ősét, Kopács nevü birtokuknak Pál királynői tárnokmesterrel való elcserélésétől tiltják.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis damus pro memoria, quod anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto, feria quarta proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste, Korardus et Nicolaus filii Jacobi ad nostram personaliter accedentes presenciam, nobis dixerunt protestando, quod magister Petrus filius Herrici quandam possessionem Kopach vocatam in qua ius habere dignoscentur, in concambium cuiusdam alterius possessionis Paulo magistro tawarnicorum domine nostre regine et filiis suis niteretur alienare, unde ipsi eundem magistrum Petrum personaliter coram nobis inventum facie ad faciem ab alienacione eiusdem possessionis Kupach racione iuris ipsorum quod in eadem habere dinoscuntur, contradicendo prohibuerunt coram nobis. Datum die et anno prenotatis.

Papíron, zárlatán monorú pecsét töredékeivel; eredetije a b. Révay család stjavnyicskai ltárában, »Gyulay« fasc. IV. 32. Közölve néhai Hatos G. másolataiból.

262.

1344. Visegrád, jul. 8. Pál országbíró Révai Thonknak és Miklósnak Boldyani Gergely elleni ügyét elhalasztja.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod causam quam Thonk filius Thome et Nicolaus filius Elye de Reva pro quibus Demetrius filius Martini . . astitit, contra Stephanum et Nicolaum filios quondam Gregorii bani de Boldyan pro quibus Matheus filius Ypoliti . . comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis beati Jacobi apostoli in factis possessionario et potencie mo-

vere habebant coram nobis, de parcium procuratorum voluntate ad octavas beati Martini confessoris nunc venturas, sub priori statu peremtorie duximus prorogandam, si partes medio tempore non poterunt concordare. Datum in Wissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo quarto.

Papíron, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a b. Révay cs. ltárában, »Révay« fasc. 1. 27.

263.

1344. Eger, aug. 1. Az egri püspök vicariusa előtt Kendi Pál fiának Mihálynak unokája elismeri, hogy anyjának hitbérét és hozományát a nevezett Mihály fiai László és Jakab kiadták.

Nos magister Johannes archidiaconus Borsodiensis vicariusque . . Nicolai . . episcopi Agriensis in spiritualibus generalis significamus . . quod magister Ladislaus filius Jakow de Nogmihal proximus et procurator nobilis puelle filie Thome filii Michaelis filii Pows de Kendi Clara vocate . . ex una, item Ladizlaus et Jacobus filii eiusdem Michaelis pro se, et cum literis procuratoriis . . capituli ecclesie sancti Martini de Scepus pro Herke fratre ipsorum parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem magistrum Ladislaum filium Jakow proximum et tutorem nobilis puelle propositum exstitit . . quod super omnibus causis . . quas ipse racione dotis et rerum parafernalium condam nobilis domine matris sue tunc consortis eiusdem Thome, contra eosdem Ladislaum Jakobum et Herkem filios Michaelis coram nobis ordine iudiciario hucusque movisset . . et quam dotem et res parafernales ipsa de omnibus possessionibus ipsorum in comitatu Sarus et Heveswyuar existentibus, ut premissum est coram requisivit, iidem Ladislaus Jacobus et Herke filii Michaelis facta congruenti pecuniaria solucione videlicet sex marcarum compoti Cassensis, ipsi . . condignam impendissent . . satisfaccionem, et predicta nobilis puella super eadem pecuniaria solucione contenta, eosdem Ladislaum Jacobum et Herkem filios Michaelis ac ipsorum heredes super prefata dote et rerum parafernalium condam nobilis matris sue reddidit . . et coram nobis

magister Ladislaus filius Jakow in persona eiusdem nobilis puelle . . reddidit . . expeditos . . insuper idem magister Ladislaus filius Jakow . . obligavit memoratam nobilem puellam ac heredes suos, prelibatis Ladislao Jacobo et Herke filiis Michaelis ac heredibus ipsorum ab omnibus dicte dotis et rerum parafernalium . . inquietare nitentibus defendere et expedire . . Datum Agrie, in octavis festi Jacobi apostoli, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1536. 89. dipl. lt. 3709. Közli: Kovács N.

264.

1344. aug. 5. A pécsi káptalan előtt Siklósi Péter fia István siklósi birtokrészét a Szombatszegen, Seliber nevü pécsi polgárnak tizenegy márkáért elzálogosítja.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod Stephanus filius Petri de Soklous coram nobis personaliter constitutus, totalem possessionariam porcionem suam quam habet in Soklous predicta in loco Zombathzegh vocato habitam, cum locis sessionalibus et aliis . . pertinenciis, Seliberio civi civitatis Quinqueecclesiensis pro undecim marcis denariorum latorum viennensium, quamlibet marcam cum sex pensis computando, usque ad octavas festi beati Martini confessoris nunc affuturis pignori . . obligavit coram nobis, tali obligacione mediante, quod si predictus Stephanus in prefixis octavis beati Martini confessoris ipsam possessionariam porcionem ab eodem Seliberio pro predicta pecunie quantitate undecim marcarum redimere non posset vel non curaret, extunc predicta possessionaria porcio eidem Seliberio perpetuaretur eo facto; ab omnibus eciam idem Stephanus ipsum Seliberium racione predicte possessionarie porcionis inquietare volentibus defendere assumsit coram nobis . . Datum feria quinta proxima post festum beati Petri apostoli ad vincula, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo quarto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1508. 45. dipl. lt. 3710. Közli: Kovács N.

265.

1344. Visegrád, aug. 12. Miklós nádor a Bicskei János fia Mihály, és Bicskei Péter bán fiai Miklós Mihály és másik Miklós közt, Szent-László, Csapol és Bicske nevü birtokokon a budai káptalan közbenjöttével megejtett osztályt ítéletileg megerösíti.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod cum inter magistrum Michaelem rufum filium Johannis de Bykchey actorem, et magistros Nicolaum Michaelem et alterum Nicolaum filios condam Petri bani de eadem Bykchey per dictum magistrum Michaelem rufum in causam attractos, super facto possessionariarum divisionum in universis possessionibus possessionariisque porcionibus ubilibet et qualicunque titulo ipsos contingentibus dividendis, lis et materia quescionis mota . . et coram nobis diucius ventilata exstitisset, et demum ipsius litigionarie quescionis materia dictam possessionariam tangens divisionem ad octavas festi beati Georgii martiris proxime preteritas iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogative devenisset, ipsisque octavis festi beati Georgii martiris advenientibus et proposicionibus parcium utrarumque perceptis, iamdictis eciam partibus ipsam possessionariam divisionem benigne fieri annuentibus, unacum baronibus regnique nobilibus tunc nobiscum in iudicio tribunali adherentibus adiudicassemus decernentes, quod in octavis festi sancte Trinitatis tunc affuturis, homines nostri infra specificandi utrisque partibus ad ipsam possessionariam divisionem faciendam dati et assignati, sub testimoniis capituli ecclesie Budensis, ad quod peragendum testimonia ipsius capituli, scribentes eidem capitulo . . transmitti postularamus, primo ad faciem possessionis eorumdem Scenth Lazlou vocate accederent et eandem . . iuxta . . tenorem instrumentorum dictorum filiorum Petri bani, que eisdem in facie ipsius possessionis exhibere commiseramus, et cursus metarum si mete in eisdem fuissent contente, si vero mete in eisdem reperte non exstitissent, extunc iuxta cursus metarum per partes memoratas ostendendarum reambularent . . et facta ipsa reambulacione . . eandem in quatuor partes dividerent coequales, et ipsam quartam partem eiusdem dicto

magistro Michaeli rufo filio Johannis, residuas vero tres partes eiusdem ipsis filiis Petri statuerent . . perpetuo possidendas; demum ad facies possessionum eorumdem Bykchey et Chapul vocatarum accedendo et easdem . . reambulando, preter loca sessionalia que partes tempore patris ipsorum per eosdem inter se divisa exstitisse indicarant, in partes dividerent condecentes et cuilibet parti suas possessionarias porciones relinquerent atque statuerent perpetuo possidendas, si contradiccio per quempiam eis non obstitisset aliqualis, contradictores vero si qui fierent, ad octavas festi beati Jacobi apostoli atunc futuras, ad quas seriem omnium premissorum partibus in literis dicti capituli nobis reportare commiseramus, contra eosdem ad nostram citaret presenciam, racionem contradiccionis ipsorum reddituros. Tandem ipsis octavis festi beati Jacobi apostoli occurrentibus, partes prenotate ad nostram personalem accedentes presenciam, nobis literas dicti capituli Budensis rescripcionales, modum dicte possessionarie divisionis exprimentes, huiusmodi tenoris presentarunt . . Nicolao regni Hungarie palatino et iudici comanorum capitulum Budensis ecclesie . . literas vestre magnificencie, vestre iudiciarie deliberacionis modum et formam exprimentes . . noveritis nos recepisse, et peticionibus vestris . . serie earumdem nobis pretentis diligenter annuentes, cum Johanne filio Salamonis de Bozteh pro parte filiorum Petri condam bani nobilibus de Bykche in causam attractorum, et Matheo de Sambuk pro parte magistri Michaelis rufi filii Johannis de eadem actoris hominibus vestris, nostros homines, magistrum Ladislaum socium et concanonicum nostrum ac Michaelem presbiterum capelle sancte Margarete virginis et martiris ad quandam possessionariam divisionem iuxta seriem predictarum literarum vestrarum fieri debendam faciendam pro testimoniis duximus destinandos, qui demum ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quod in octavis festi sancte Trinitatis proxime preteriti, primo ad faciem possessionis Scenth Lazlou vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis, magistro Michaele rufo filio Johannis, item Nicolao Michaele et alio Nicolao filiis Petri bani presentibus accessissent, et ipsam iuxta suas metas antiquas et veras reambulassent, ream-

bulatamque et ab aliorum possessionibus separatam, et universas utilitates eiusdem . . ac loca sessionalia in quatuor partes equales divisissent, et quartam partem ipsius et omnium utilitatum eiusdem predicto magistro Michaeli perpetuo statuissent possidendam, aliis tribus partibus similiter et omnium utilitatum eiusdem ipsis filiis Petri bani remanentibus similiter perpetuo possidende; deinde ad aliam possessionem Chapul vocatam accessissent, et ipsam per suas metas reambulando et ab aliorum possessionibus per metas distingvendo et omnes utilitates eiusdem . . exceptis locis sessionalibus, quia loca sessionalia in eadem existencia patres ipsorum nobilium de Bykche inter se divisissent, et ipsam divisionem sessionalium in eodem statu permittendo, in duas partes condecentes divisissent et medietatem eiusdem ac omnium utilitatum predicto magistro Michaeli rufo perpetuo possidendam statuissent, alia dimidietate cum suis utilitatibus ipsis filiis Petri bani similiter perpetuo possidenda remanente, silvas alias communiter uti commisissent; demum ad terciam possessionem Bykche vocatam eodem modo vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis et presentibus accessissent, et ipsam ac eiusdem utilitates . . . exceptis locis sessionalibus que patres ipsorum nobilium inter se divisissent, in duas partes equales divisissent regali mensura mensurando, et dimidietatem ipsius possessionis et omnium utilitatum eiusdem predicto magistro Michaeli rufo perpetuo possidendam statuissent, alia dimidietate ipsis filiis Petri bani remanente; molendinum autem dividere propter altercaciones parcium non potuissent. Datum quarta feria proxima post festum sanctorum Viti et Modesti martirum, anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto. Nos itaque ex talium literarum capituli Budensis super ipsa possessionaria divisione rescripcionalium tenoribus edocti, agnoscentes memoratam possessionariam divisionem inter eosdem magistrum Michaelem rufum filium Johannis et filios Petri bani rite et racionabiliter nulliusque contradiccionis obstaculo obviante factam, divisam et ab invicem modo quo supra distinctam et separatam exstitisse, quia utraque parcium premisse divisioni nullius contradiccionis obstaculo resistente, tempore earumdem possessionariarum reambulacionum divisionum et

distinccionum consensisse reperiebantur, et nunc eciam reportata serie premissorum ipsi possessionarie divisioni inter se facte in alterutrum . . consenciebant . . et super ipsius possessionarie divisionis perpetua stabilitate nostrarum literarum privilegialium perennale testimonium sibi dari implorabant, pro eo cuique parti suas possessiones possessionariasque porciones in ipsa divisione sibi ab invicem premisso modo distingendo devolutas, auctoritate palatinatus adiudicamus perpetuo possidendas . . salvo iure alieno . . Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli predictarum, anno domini Millesimo CCC^mo^ quadragesimo quarto.

A pecsét sárga és kék selyem sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 422. 23. dipl. lt. 3706. Közli: Kovács N.

266.

1344. Visegrád, aug. 19. Pál országbíró Rimai Tamás fia János azon panasza felett, hogy Szárberény nevü birtokából hetven holdnak egy harmad részét a veszprémvölgyi apáczák elfoglalták, az apáczáknak esküt ítél, s miután Viola fejedelemasszony másodmagával az esküt letette, az országbíró Rimai Jánost az említett harmadrész becsértékének váltságában marasztalja.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum Johannes filius Thome de Ryma . . sanctimoniales ecclesie beate virginis de valle Vesprimiensi legitime citacionis modum observando contra se ad regiam presenciam in causam attraxisset, et ipsa causa . . ad quindenas festi beati Jacobi apostoli nunc proxime transactas prorogative devenisset, tandem ipsis quindenis festi beati Jacobi apostoli advenientibus, prenominatus Johannes filius Thome de Ryma personaliter iuxta continenciam priorum literarum ad nostram accedendo presenciam, contra memoratas . . sanctimoniales in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod Ladislaus filius Kemechey avus suus in villa Zarberen vocata septuaginta iugera terrarum hereditario iure ipsum contingentem habuisset et haberet, quarum septuaginta iugerum terrarum terciam partem eedem . . sanctimoniales detinerent occupatam, quam ab eisdem requireret iure regni observato; quo audito Augustinus filius

Bulchw, pro ipsis . . sanctimonialibus dicti claustri . . exsurgens responderat ex adverso, quod eedem . . sanctimoniales super iuribus possessionariis que in ipsa possessione Zarberen haberent, efficacia haberent instrumenta, inter que iura possessionaria earumdem dominarum et intra earumdem metas nunquam prememoratus Ladislaus filius Kemechey avus ipsius Johannis filii Thome et idem ipse Johannes aliquid iuris habuisset et haberet; ubi idem Augustinus procurator ipsarum dominarum quasdam literas privilegiales domini Colomani olim incliti regis Hungarie beate memorie, largifluas donaciones per sanctissimum Stephanum priorem regem Hungarorum ipsi ecclesie beate virginis de valle Vesprimiensi factas et innovaciones privilegii eius in se continentes, anno domini M° C^mo^ nono confectas nobis presentarat, per quas ipsum sanctissimum regem Stephanum inter alias suas donaciones in dicta possessione Zarberen quinquaginta quatuor mansiones et totidem vineas ipsi ecclesie beate virginis donasse evidenter comprobarat. Quibus sic peractis cum nos predictum Johannem filium Thome de Ryma de eo, utrum predictus Ladislaus filius Kemechey avus suus aut ipse aliquo unquam tempore in dominio dicte porcionis possessionarie quam ipsum Ladislaum avum suum in ipsa possessione Zarberen iure hereditario habere proposuerat, exstiterint in eademque perseveraverint vel ne, requisitum habuissemus, idem Johannes licet dictum Ladislaum avum suum in dominio ipsius possessionarie porcionis in possessione Zarberen ut dicebat ipsum contingentis exstitisse et in eadem perstetisse expressione verbali allegaverit, tamen suam premissam allegacionem non aliquo evidenti et racionabili testimonio, per nos pluries requisitus, poterat comprobare; unde quia premissis de causis nos in facto dicte porcionis possessionarie in dicta possessione Zarberen ipsum Ladislaum filium Kemechey premisso iure contingere allegate, dictis . . sanctimonialibus iure regni admittente iuramentum adiudicare oportebat, ideo adiudicantes commiseramus, quod domina abbatissa ipsius claustri beate virginis Viola nuncupata, metse secunda sanctimoniali seu sorore claustri eiusdem, in octavis festi beati Michaelis archangeli proxime nunc preteritis, ibidem in dicto claustro super altare beate

virginis, presentibus Lypoldo filio Damiani de Sary vel Nicolao filio Iwan aut Briccio filio Bius de eadem Sary sive Thoma filio Bedech pro parte dictarum . . sanctimonialium, item Andrea filio Nicolai filii Heym vel Paulo filio Gervasii aut Ladislao filio Petri de Chatar pro parte memorati Johannis filii Thome aliis absentibus hominibus regiis, et testimoniis . . capituli ecclesie Albensis que per idem capitulum ad id amicabiliter transmitti postularamus, super eo, quod prememoratus Ladislaus filius Kemechey et per consequens ipse idem Johannes filius Thome inter ipsas porciones possessionarias, que ipsas et earum ecclesiam ex vigore prescriptarum literarum privilegialium et ex donacione sanctissimi Stephani regis Hungarorum contingerent, et intra earumdem metas nullo unquam tempore aliquid iuris quocunque titulo eosdem contingentis habuissent et haberent, sacramentum prestare teneretur, que si prestaret, tunc ipsa terra pro ipsis dominabus erit perpetuo expedita, alioquin ipsam terciam partem quinquaginta iugerum terrarum nomine iuris hereditarii dicti Ladislai per ipsum Johannem requisitam, iidem homines regii et capituli Albensis, ipsi Johanni iure quo sibi dinosceretur pertinere, relinquerent perpetuo possidere; et post hec seriem ipsius iuramenti cum tocius facti processu ad presentes octavas festi beati Martini confessoris in literis dicti capituli Albensis per partes commiseramus nobis reportari. Demum ipsis octavis festi beati Martini confessoris occurrentibus, prenominato Johanne filio Thome de Ryma non veniente nec mittente, prelibatus Augustinus filius Bulchu pro ipsis . . sanctimonialibus claustri beate virginis de valle Vesprimiensi . . ad nostram accedens presenciam, literas pretitulati capituli ecclesie Albensis nostro iudiciario examini rescriptas curavit nobis exhibere; in quibus vidimus evidenter contineri, quod predictum capitulum Albense . . unacum Lypoldo filio Damiani de Sary homine regio, Andream presbiterum chori ecclesie ipsorum ad audiendum et dandum premissum iuramentum pro utrisque partibus transmisissent pro testimonio fide dignum, qui demum . . retulissent, quod prefata domina abatissa Viola nuncupata cum una sua consorore seu sanctimoniali dicti claustri beate virginis, in predictis octavis festi beati Michaelis archangeli iam

proxime elapsis, in ara beate virginis in eodem claustro constituta, coram ipsis iuxta iudicii nostri formam absque ulla offensa super premissis rite et legitime prestitisset sacramentum. Unde quia predicta domina Viola abbatissa memorati claustri beate virginis de valle Vesprimiensi per sui proprii et dicte coniuratricis sue iuramenti deposicionem eundem Ladislaum filium Kemechey et per consequens ipsum Johannem filium Thome de Ryma inter ipsas possessionarias porciones, que easdem . . sanctimoniales et earum ecclesiam prenotatam ex vigore et virtute predictarum privilegialium literarum domini Colomani regis et ex donacione ipsius beatissimi Stephani primi regis Hungarorum in ipsa possessione Zarberen vocata contingere dignoscuntur, et intra earumdem metas aliquo unquam tempore non habere aliquid iuris nec habuisse quocunque titulo eosdem contingentis, ex tenore predictarum literarum capituli Albensis evidenter iuxta iudiciarie nostre deliberacionis commissionem nobis baronibusque et nobilibus regni nobiscum pro tribunali consedentibus comprobasse reperiebatur, ideo eundem Johannem filium Thome de Ryma pro premissa indebita sua requisicione contra easdem dominas sanctimoniales in emenda estimacionis tercie partis predictarum septuaginta iugerum terrarum aggravari decernentes, prenominatas possessionarias porciones in dicta possessione Zarberen vocata habitas cum omnibus suis . . pertinenciis . . predictis . . sanctimonialibus claustri beate virginis de valle Vesprimiensi et ecclesie earum prenotate, eo iure quo ad ipsas ex vigore predictarum literarum privilegialium domini Colomani et ex donacione ipsius sanctissimi Stephani regum Hungarorum pertinere dinoscuntur, salvis iuribus alienis de eisdem remanentibus, iudiciarie nostre potestatis auctoritate adiudicando commisimus perpetuo possidere . . eidem Johanni filio Thome de Ryma perpetue taciturnitatis silencium imponentes ab eisdem . . Datum in Vissegrad, duodecimo die termini reportacionis seriei prenotate, anno domini M° CCC^mo quadragesimo quarto.

Az elkorhadt pecsét veres selyem sodraton függ; eredetije az orsz. ll. kincst. oszt. Jesuit. Colleg. Jaurin. 16. 20. dipl. lt. 3715. Közli: Kovács S.

267.

1344. sept. 5. Az egri káptalan jelentése Miklós nádorhoz, hogy a Szepes vármegyei szent-lászlói polgárok birtoka mellett fekvő Gerlachfölde és Kelecsenfölde nevü birtokok felett a Boksa nemzetségbeli László fia Tamás és Sóvári Soós a Szepes vármegyei alispán ítéletén nem nyugodtak meg, a káptalan tehát az alispánt a nádor elé megidéztette.

.. Nicolao . . palatino et iudici comanorum capitulum ecclesie Agriensis . . literas vestre magnificencie . . recepimus . . continentes, quod mitteremus duos homines nostro pro testimoniis fidedignos, cum quibus Ladislaus filius Pangracii de Cheley vel Dominicus filius eiusdem aut Nicolaus filius Nicolai de Gedeu pro parte Thome filii Ladislai de genere Boxa et Petri dicti Soos de Soowar actorum, item Nicolaus filius Benedicti de Zeky vel Detricus filius Petri de Beetlenfolwa aut Markus filius Poka vel Laurencius rufus pro parte Tylo iudicis de Zenthlazlou item iuratorum et universorum civium de eadem ad causam attractorum aliis absentibus homines vestri, in octavis sancti regis Stephani ad presenciam comitis terrestris comitatus Scepsiensis accedentes, viderent et auderent quale iudicium idem comes terrestris aut sentenciam diffinitivam super facto duarum possessionum Thamasy et Thamasy vocatarum, quas iidem Thomas et Petrus magistri iudiciario ordine ab eisdem civibus de Zenthlazlou per hominem ut dicitur recaptivassent, iuxta consvetudinem et libertatem dicti comitatus Scepsiensis faceret et ferret inter partes; et si pretaxati Thomas et Petrus dictus Sous actores de iusticia per ipsum comitem terrestrem facienda contentarentur benequidem, alioquin nos seriem premissi iudicii quod dictus comes terrestris *(igy,* faceret *kitörölve)* inter partes in nostris literis ad octavas sancti Michaelis archangeli iam venturas vobis amicabiliter rescribentes, per easdem partes remitteremus, iidemque homines vestri non annotatos iudicem iuratos et ceteros cives de Zenthlazlou, sed ipsum comitem terrestrem citarent ad vestram presenciam ad predictas octavas festi sancti Michaelis archangeli contra Thomam et Petrum supradictos ad videndum et audiendum discussionem sui iudicii

inter partes factum, si dictum suum iudicium inter easdem partes modo quo supra factum et latum, equitate svadente processerit aut contra iuris formam fuerit propalatum. Nos igitur . . cum predicto Nicolao filio Nicolai de Gedeu et Laurencio rufo de Hyrsfalva hominibus vestris duos homines nostros . . Nicolaum clericum subnotarium nostrum pro parte eorumdem Thome et Petri dicti Sous magistrorum, et Anthonium clericum de choro nostro pro parte memoratorum iudicis et civium de Zenthlazlou transmisimus pro testimoniis ad premissa exequenda; qui quidem homines vestri . . presentibus . . dictis testimoniis nostris . . retulerunt isto modo, quod ipsi unacum eisdem testimoniis nostris et partibus supradictis in prelibatis octavis sancti regis Stephani . . accessissent in civitatem Leuche vocatam, in qua dictus comes terrestris ipsius comitatus Scepsiensis causas et iudicia nobilium et ignobilium eiusdem discuteret et cognosceret ab antiquo, ubi prenominati Thomas et Petrus dictus Sous actores personaliter exsurgentes adversus eosdem iudicem et cives de Zenthlazlou in presencia dicti comitis terrestris taliter egissent proponendo, quod iidem iudex et cives de eadem Zenthlazlou predictas duas possessiones ipsorum Thamasy et Thamasy vocatas in vicinitate et commetaneitate dicte civitatis Zenthlazlou in ipso comitatu Scepsiensi existentes, a multis temporibus retroactis occupassent occupatasque detinerent propria ipsorum auctoritate; quarum quidem possessionum suarum detencionis ipsi racionem scire vellent ab eisdem, et easdem possessiones suas sibi resignari postulassent coram ipsis; quo audito pretaxati iudex iurati et cives de Zenthlazlou respondissent et adverso, quod ipsi dictas possessiones Thamasy et Thamasy vocatas non occupassent . . sed in vicinitate . . ipsorum has duas possessiones Gerlahfelde et Kelechenfelde nuncupatas quas dicti actores nomine prefatarum possessionum Thamasy et Thamasy ut premissum est recaptivassent, ab antiquo ipsorum predecessores pacifice possedissent et nunc ipsi possiderent, hunc titulum libertatis dicte provincie Scepsiensis allegantes, quod quicunque nobiles aut civitatenses in ipso comitatu Scepsiensi commorantes terras vel possessiones aliquales quoquomodo occuparent et ex eisdem domino regi vel cuilibet domino terre

ipsorum uno integro anno et insuper uno die contradiccione quorumlibet non obstante servicia impenderent (.....) possessiones occupat(as) pro se vendendi (.....) haberent facultatem, elapsis uno anno et uno die supradictis (.....) possessiones Gerlachfelde et Kelechenfelde non tantum uno anno et una die, scilicet a multis temporibus retroactis hucusque possedissent nemine contradictore apparante, et hoc ipsi per testes humanos in termino ad id ipsis assignando se comprobare velle asseruissent; ubi prenominatus comes terrestris feriam terciam sequentem ad comprobandum premissa dictis .. civibus de Zenthlazlou assignasset sua iudiciaria auctoritate; quibus perceptis pretaxati Thomas et Petrus actores per modum replicacionis respondissent, quod cum ipsi sint actores in hac causa et in talibus processibus non reis seu ad causam attractis sed de iure actoribus incumbit probacio, ideo ipsi dictam suam accionem, videlicet hoc quod eedem possessiones quas ipsi mediante homine vestro ut prefertur recaptivassent non Gerlachfelde et Kelechenfelde sed Thamasy et Thamasy vocarentur et ipsorum essent possessiones, tam efficacissimorum instrumentorum titulo quam eciam testibus humanis si necesse fieret probare presto essent et parati, quod tamen dictus comes terrestris eosdem Thomam et Petrum actores facere non admisisset, hanc pretendens racionem, quod ipse factum possessionum nullo unquam tempore iudicasset neque nunc iudicaret iuxta instrumentorum aliquorum; et sic premissis auditis sepedicti Thomas et Petrus actores de iusticia per eundem comitem terrestrem taliter facienda et impendenda contenti non fuissent, propter quod ipsi preallegatum comitem terrestrem scilicet Andream filium Stephani eodem die et loco ac in sede sua iudiciaria contra memoratos Thomam et Petrum actores ad easdem octavas beati Michaelis archangeli ad videndum et audiendum discussionem sui iudicii .. ad vestram citassent presenciam; et prefata testimonia nostra similiter .. comparentes premissa .. affirmarunt; retulerunt eciam iidem Laurencius rufus homo vester et Anthonius clericus testimonium nostrum, quod predicti cives de Zenthlazlou in ipsa feria tercia post recessum eorumdem actorum et in absencia alterius hominis vestri et testimonii nostri, per testes

humanos in presencia eiusdem comitis provincie Zepsiensis in dicta civitate Leuche attestari fecissent responsionem ipsorum supradictam, scilicet hoc, quod easdem terras Gerlahfelde et Kelechenfelde ipsorum predecessores et demum ipsi hactenus tamquam sua iura pacifice possedissent, qui quidem comes provincie easdem terras litigiosas (.....) tamen post recusacionem sui officii in hac parte et citacionem a sentencia (iniqua) quo supra factam, unacum assessoribus suis utpote villicis et iuratis (.....) civitatum in eodem comitatu Zepsiensi adiacencium in quantum in ipsis fuisset, annotatis civibus de Zenthlazlou reliquissent ut sua iura perpetuo possidendas, pedictisque Thome et Petro actoribus super eisdem terris Gerlahfelde et Kelechenfelde perpetuum silencium imponentes. Datum in dominica proxima ante festum Nativitatis beate virginis, anno domini M° CCC^mo XXXX^mo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Sövári Soós cs. ltárában.

268.

1344. Visegrád, sept. 21. I. Lajos király előtt a Koppán nemzetségből való Kemey János fia Miklós és ennek fia, arra kötelezik magukat, hogy a Thege István által elfoglalt Konkoly nevü birtokot visszaszerezvén, azt Magyar Pál gímesi várnagy örök birtokába fogják bocsátani.

Nos Lodovicus .. rex .. significamus .. quod Nikolao filio Johannis de Kemey et Benedicto filio eiusdem de genere Koppan ab una, parte vero ab altera magistro Paulo dicto Magyar castellano de Gymus coram nobis personaliter constitutis, per eosdem Nicolaum filium Johannis et Benedictum filium suum propositum exstitit .. quod si ipsi Nicolaus et Benedictus filius suus possessionem eorum Kunkul vocatam in comitatu Kamaroniensi existentem iure hereditario ipsos contingentem a Stephano dicto Thege filio Pauli ordine iudiciario nunc recaptivatam, iuris ordine mediante reinvenire et reobtinere possent, extunc eandem nec pro se nec pro Laurencio et Johanne filiis et fratribus ipsorum tenere et conservare,

nec aliquibus generacionibus et proximis eorum ac eciam aliis hominibus quibuslibet vendere . . quovismodo . . possent, nisi prefato magistro Paulo eandem cum omnibus ad se pertinentibus . . vendere et perpetuare tenerentur et deberent in filios filiorum suorum . . iuxta condignam estimacionem et valorem possessionis prenotate; hoc eciam adiecto, quod ipse Nikolaus filius Johannis et Benedictus filius suus prefatos Laurencium et Johannem filios et fratres ipsorum in quindenis reversionis ipsorum de regno Polonie fiende, aut personaliter coram nobis astare facere, aut pro eisdem cum legitimis procuratoriis literis comparere ad premissam possessionariam perpetuacionem faciendam tenerentur, tali vinculo mediante, quod si ipsi Nicolaus de Kemey et Benedictus filius suus reinventa et reobtenta possessione prenotata, ipsam . . sepefato magistro Paulo vendere et perpetuare aut pro perpetuacione ipsius possessionis ex parte dictorum Laurencii et Johannis filiorum et fratrum suorum in dictis quindenis reversionis eorum, eosdem Laurencium et Johannem in dictis quindenis reversionis eorumdem personaliter coram nobis astare facere vel cum legitimis procuratoriis literis pro eisdem comparere non possent vel non curarent, aut in aliquibus articulis premisse confessionis eorum non astarent, extunc in quadraginta marcis compoti Budensis contra eundem magistrum Paulum et suos heredes convincerentur eo facto; preterea assummentes idem Nicolaus de Kemey et Benedictus filius suus, suis et dictorum Laurencii ac Johannis filiorum et fratrum suorum nominibus, eundem magistrum Paulum et suum filium ac heredes ipsorum, facta reinvencione et reobtencione prefate possessionis eidem magistro Paulo premisso modo vendite . . propriis eorum laboribus et expensis eundem magistrum Paulum et suum filium et heredes suos a quibuslibet impetitoribus expedire ac in eadem ipsos conservare . . Datum in Wyssegrad, in festo beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini M^mo CCC^mo quadragesimo quarto.

Hátlapján a nagy kir. pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 563. 6. dipl. lt. 3717. Közli: Kovács N.

269.

1344. Németi, sept. 21. Péter Abaúj vármegye ispánja és a szolgabírák bizonyítják, hogy Inak fia Dancs és szolgája megeskiidtek, hogy az alispán szolgáját ki nem fosztották, sem nyíllal meg nem lövöldözték.

Nos magister Petrus comes parochialis per dominum Lodovicum regem Hungarie in comitatu de Wywar constitutus et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum Donch filius Ynak cum Jacobo suo famulo iuxta continenciam priorum literarum nostrarum contra Georgium Toth dictum, famulum vicecomitis nostri capitanei videlicet magistri Johannis, prestare debuisset sacramentum super eo, quod feria quinta proxima hoc in anno post festum Margarethe virginis quendam *(így)* suus famulus Jacobus nomine a domo ipsius procedendo, inter diem et noctem videlicet in crepusculo, predictum Georgium non spoliasset nec ictibus sagittarum sagittasset, ipso termino adveniente, predictus Donch ipsum sacramentum prestitit cum predicto Jacobo modo supradicto; unde nos eundem Donch reddidimus expeditum. Datum in Nemti, feria tercia proxima post festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto.

Papíron, zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. letéteményében, a N. Muzeumban.

270.

1344. Visegrád, sept. 27. I. Lajos király előtt Bacha fia János, testvérét Jakabot Solmos nevü Szabolcs megyei birtoknak elidegenítésétől, s Foldruh fiát Jánost és társait annak megszerzésétől tiltja.

Nos Lodovicus . . rex . . damus pro memoria, quod Nicolaus filius Simonis sic dictus in persona Johannis filii Bacha ad nostram accedendo presenciam per modum protestacionis nostre significare curavit maiestati, quod Johannes filius Foldruh, Paulus filius Blasii et Foldruh filius Beke, quandam

possessionem suam Solumus vocatam in comitatu de Zaboch inter possessiones Bolsa et Vencello vocatas existentem, per .. Karolum quondam regem Hungarie .. pro fidelibus suis serviciis ut refertur sibi et Jacobo fratri suo datam et donatam, ab eodem Jacobo fratre suo ordine iudiciario coram comite Paulo iudice curie nostre requirere et reobtinere absque scitu ipsius niterentur; unde ipsum Jacobum fratrem suum a perdicione et quovismodo alienacione, prefatos autem Johannem parvulum et Foldruh ac alios fratres proximos et cognatos eorumdem ac quoslibet alios homines a requisicione .. prefate possessionis quoad suam porcionem in persona ipsius Johannis faciendo protestacionem prohibuit coram nobis.. Datum in Wyssegrad, in festo beatorum Cosme et Damiani martirum, anno domini M° CCC^mo quadragesimo quarto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 31. 9. dipl. lt. 3721. Közli: Kovács N.

271.

1344. oct. 8. A nagyváradi convent előtt Balkáni János fiai László és Fábián, Körtvélyes nevü Szatmár vármegyei birtokuk felét Ilunch nővérüknek leány negyedi illetősége fejében átadják.

Nos Johannes prepositus et conventus monasterii sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi .. significamus .. quod nobiles viri Ladislaus et Fabianus magistri filii Johannis de Balkan ad nostram personaliter accedentes presenciam .. sunt confessi, quod porcionem ipsorum possessionariam in possessione Kurthuelus vocata in comitatu Zothmariensi adiacentem, scilicet rectam medietatem eiusdem a plaga orientali existentem, cum omnibus suis pertinenciis .. ad eandem medietatem possessionariam spectantibus, simul cum medietate patronatus ecclesie in honore sancti Michaelis archangeli ibidem fundate, nobili puelle Ilunch vocate sorori ipsorum uterine nondum matrimonium contracte pro quarta sua filiali de bonis in possessionibus patrimoniis sibi provenire debenti in omnimodam ipsorum expedicionem de ipsa

filiali dedissent et contulissent coram nobis perpetuo . . possidendam . . eadem nobili puella personaliter comparente, eandemque medietatem possessionis recipiente et super ipsa contentante. Datum tercio die octavarum festi beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC^mo quadragesimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 90. dipl. lt. 3724. Közli: Kovács N.

272.

1344. Buda, oct. 10. I. Lajos király Malonya nevü Bars vármegyei birtokot Gyula fiának Miklósnak, András siciliai király nevelőjének, ki a Zách Feliczián támadásakor a királyi családot megvédelmezte, adományozza, sőt testvérével együtt nemesi rangra emeli.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magister Nikolaus filius Jule aule nostre miles fidelis pedagogusque excellentis principis domini Andree, Jerusalem et Sycilie regis, illustris fratris nostri karissimi, ad serenitatis nostre accedens presenciam, fidelitates suas et fidelium serviciorum suorum preclara merita primum serenissimo et magnifico principi domino Karolo quondam inclito regi Hungarie clare memorie nostro genitori Karissimo, ipso sceptra ipsius regni Hungarie feliciter gubernante, et demum eodem patre nostro divino nutu mediante de medio sublato nobis solium regiminis dicti regni transscendentibus in diversis nostris et eiusdem domini Andree regis fratris nostri legacionibus et serviciis, specialiter autem inter cetera sue fidelitatis obsequia tempore quo Felicianus quondam de genere Zaah ex precogitata sue nequicie et furoris libidine in cruorem iamdicti domini Karoli regis genitoris nostri enormiter furibundo corde sitire non formidasset, in defensione iamdicti patris nostri et domini Andree regis predicti ac nostra contra acies acutissimi gladii eiusdem Feliciani se viriliter exponendo, cum enormi letalis vulneris in suum caput suscepcione exhibitas et impensa proponens et declarans, quandam possessionem Molonan vacatam in comi-

tatu Borsiensi adiacentem, asserens eandem quondam Kopey et Bathow publicorum infidelium nostrorum hominum videlicet de propinqua proximitate antedicti Feliciani, et per prelatos barones nobiles ac proceres dicti regni nostri tempore predicto in infideles publicos denunciatorum fuisse et ad nostras manus regias dudum devolutas exstitisse nostreque collacioni fore possibilem, a nobis sibi et per eum Gregorio fratri suo carnali, absque aliis fratribus suis patruelibus possidendam dari et conferri perpetuo ac se cum eadem possessione et aliis eorum possessionibus per eos usque nunc possessis nobilitari humiliter pedibus nobis provolutus postulavit; nos itaque qui cunctorum fidelium nostrorum merita animo metiri debemus pietatis, consideratis et pariter circumspectis fidelitatis et fidelium serviciorum suorum preclaris meritis suprascriptis, et aliis diversis presentibus inseri tediosis, pro quibus licet a nobis multa plura mereretur, tamen nunc in aliqualem retribucionem suorum premiorum predictorum, prenominatam possessionem Molonan vocatam cum quibuslibet suis utilitatibus . . sub suis veris metis et antiquis, quibus per priores suos possessores habita exstitit et possessa, iamdicto magistro Nicolao et per ipsum Gregorio fratri eiusdem predicto inter se et non cum aliis eorum fratribus patruelibus vel aliis quibuslibet alicuius temporis curriculo dividendam seu participandam, nisi domino volente ipsis magistro Nicolao et Gregorio fratre eiusdem absque heredum solacio, quod absit, de hoc seculo decedere contingat, perpetuo et irrevocabiliter de consensu et annuencia serenissime principisse domine Elizabeth regine genitricis nostre karissime, prelatorumque et baronum nostrorum consilio prematuro, omni eo iure quo ad nostram pertinere dinoscitur collacionem, dedimus donavimus et contulimus tenendam et habendam in filios filiorum eorumdem ac possidendam, sine tamen preiudicio iuris alieni, ipsos cum possessione eadem et aliis eorumdem possessionibus usque nunc per eos possessis nobilitando; volumus eciam, ut iidem magistri Nicolaus et Gregorius frater eiusdem super facto divisionis prescripte possessionis Molonan contra quoslibet eorum fratres patruelos vel proximos, in nullius iudicis presencia astare teneantur, nec quisquam iudicum eosdem super hoc contra

formam huiusmodi nostre gracie suo iudicatui astare compellere quovismodo presummat, nisi possessionem prescriptam ipsi cum aliquibus eorum fratribus vel proximis inter se bona eorum dividere voluerint voluntate . . Datum Bude, die dominico proximo post octavas festi beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo quarto.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival, mely alatt e szavak olvashatók: »relacio Nicolai de Zeech et domine regine«; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 167. 1. dipl. lt. 3726. Ugyan ott, 3725. sz. a megvan I. Lajos királynak 1350. körül kelt átiratában a nyitrai káptalannak a beiktatásról szóló 1344. oct. 18-ról kelt jelentése, mely szerint a beiktatást a királynak Budán 1344. oct. 9-én kiadott rendeletére Walter fia László kir. apród mint kir. ember vezetése alatt Pál decan teljesítette. Közli: Kovács N.

273.

1344. Visegrád, oct. 13. Pál országbíró egy Thalag nevü erdei birtok és a Rápcza vizében egy halászó hely határának megjárása és megbecslése-, s azokban Móricz fiának Simonnak beiktatása végett a győri káptalant azzal küldi ki, hogy Kapy Rajnáld ellenmondását figyelembe venni nem tartozik.

. . capitulo Jauriensi comes Paulus iudex curie . . innotescat amicicie vestre per presentes, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudiciarie deliberacionis nostre exprimencium homo domini regis presente testimonio vestro in octavis beati Michaelis archangeli nunc preteritis ad faciem cuiusdam silve Thalag vocate et piscine in fluvio Rapcha existentis, vicinis et commetaneis earum universis legitime convocatis et presentibus, videlicet magistro Simone filio Mauricii actore et Renoldo de Kapy in causam attracto vel eorum ligitimis procuratoribus presentibus accedere et easdem . . reambulare, regnique consvetudine exigente . . ab aliorum possessionibus . . sequestrando, si per quempiam non fieret contradictum eidem magistro Simoni statuere perpetuo possidendam, si vero aliqui alii in earum statucionibus contradicerent, huiusmodi contradictores, excepto predicto Ranoldo, contra ipsum magistrum Simonem ad octa-

rum diem dictarum octavarum festi beati Michaelis archangeli in presenciam citare regie maiestatis, ipsum autem Renoldum si contradiceret, cum in lite sit, citare non incumberet, quia absque citacione racionem sue contradiccionis reddere oportet coram nobis, particulam autem vel particulas de dictis silva et piscatura per quempiam prohibitam vel prohibitas aut inter partes litigiosam seu litigiosas signis metalibus consignando vel regali mensura si que ex eisdem mensurari posset mensurando vel visu considerando, consideratis earum utilitatibus iuribus proventibus universis, cum aliis probis viris inibi adducendis estimare regni consvetudine exigente, et post hec tocius facti seriem . . ad octavum diem dictarum octavarum beati Michaelis archangeli partes in literis vestris nobis reportare debuissent, tandem ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, predicto Renoldo de Kapy coram nobis personaliter astante, Petrus dictus Kereztus pro ipso magistro Simone ad nostram accedendo presencian, nobis quasdam literas predicti domini Lodovici regis patentes demonstrarat, in quibus idem dominus Lodovicus rex universas causas dicti magistri Simonis tam per ipsum contra alios quam per alios contra ipsum ad octavas Epiphanie domini tunc venturas absque aliquo iudiciario gravamine vel pondere aliquali per nos precipiebat prorogari; ideo nos regio mandato contraire non audentes, dictam causam ad easdem octavas Epiphanie domini sub statu priori peremtorie duxeramus prorogandam; unde quia prefate silve Thalagh et piscature in fluvio Rapcha existentis reambulacio et metalis distinccio ob regium preceptum ad prefatas octavas festi Epiphanie domini per nos prorogata fuisse et ob hoc in dictis octavis beati Michaelis archangeli premissa fieri nequivisse reperiebatur, ideoque cum ad reambulandam dictam silvam et piscaturam regius et vester homines vice iterata transmitti debeant necessario, amiciciam vestram . . requirimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homines domini regis in eisdem prioribus literis nostris contenti in octavis beati Georgii martiris proxime venturis ad faciem dicte silve et piscature accedant, omnia ea que in predictis prioribus literis nostris sub capite sigilli nostri per partes vel earum procura-

tores inibi exhibendis continentur, prosequantur sine diminucione et augmento aliquali; et post hec seriem premisse reambulacionis silve et piscature .. ad octavum diem dictarum octavarum beati Georgii martiris dicto domino nostro regi fideliter rescribatis; in quo eciam termino, pro eo quia prefatus Reynoldus ad prefate silve et piscature reambulacionem in eisdem octavis beati Michaelis archangeli se accedere promtum et paratum fuisse, predictum vero magistrum Simonem illic non accessisse nec misisse asserebat, ideo quid de hoc fieri debeat determinemus iusticia svadente. Datum in Wissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo quadragesimo quarto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Tyrnav. 14. 3. dipl. lt. 3727. Közli: Kovács N.

274.

1344. Buda, oct. 15. Miklós mester I. Lajos király volt tanitója és kir. titkos kanczellár bizonyitványa a Zacha fia Miklós fiai és Tamás fia László kérésére teljesített vizsgálatról, melyből kitünt, hogy az Acsai Berend szolgái, Gyarman fián Petőn és ennek szolgáján minő hatalmaskodást követtek el.

Nos magister Nicolaus quondam informator domini Lodovici .. regis .. comes capelle et secretarius cancellarius eiusdem, damus pro memoria, quod cum nos ad .. peticionem Philippi et Johannis filiorum Nicolai filii Zacha et Ladislai filii Thome feria quinta proxima ante festum beati Galli confessoris anno in presenti preterita, unacum Mark filio Vyd et Nicolao filio quondam Petri bani, hominibus .. Nicolai regni Hungarie palatini et comitis Pauli iudicis curie regie, nostrum hominem Petrum videlicet filium Johannis de Thoty ad inquisicionem infrascriptam faciendam pro testimonio transmisissemus, tandem iidem .. retulerunt, quod sicut ipsi a nobilibus et ab aliis communibus hominibus specialiterque a civibus et hospitibus civitatis Vaciensis et villarum sancti Nicolai et Ratholth vocatarum diligenter inquirendo scire et investigare potuissent,

talem scivissent veritatem, quod Nicolaus dictus Ogh et Emericus filius Petri servientes magistri Berend filii Berend de Acha exeuntes, domino ipsorum licet tunc absente tamen de mandato et precepto eiusdem,quorum noticiam iidem nobiles et communes homines in illa provincia existentes habuissent, Petheu fratrem germanum proximum eorumdem Philippi et Johannis ac Ladislai predictorum et Bede famulum eorumdem, feria quarta proxima ante predictum festum beati Galli confessoris similiter proxime preterita ad execucionem causarum suarum in presenciam comitis et quatuor iudicum nobilium comitatus Neogradiensis exequendarum euntes, letalibus vulneribus sauciassent, tres equos eorumdem ab eisdem aufferendo, quorum duos Johannes officialis de predicta villa sancti Nicolai ab eisdem Nicolao et Emerico ablatos eisdem Petheu et Bede restituisset, residuum vero tercium equum idem Nicolaus et Emericus potencialiter abduxissent, eosdem tamen Petheu et Bede ad quoddam molendinum prope eandem villam sancti Nicolai situm effugassent, alta voce dixissent, quod neque latrones neque fures essent, sed eosdem Petheu et Bedę volentes interficere inimicos et emulos ipsorum insecuti fuissent, et quod eciam prenotati Philippus Johannes Ladislaus et Petheu cum eodem magistro Berend filio Berend amplius et de cetero in lite procedere deberent neque valerent. Datum Bude, feria sexta proxima ante festum beati Galli confessoris predictum, anno domini M° CCC^mo^ XXXX^mo^ quarto.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 375. 18. dipl. lt. 3729. kívül: »pro Petheu filio Garman«. Közli: Kovács N.

275.

1344. Visegrád, oct. 15. Miklós nádor a landeki szerzet és Miklós fia Denk között Meggyes Erdőfalva és Hanusfalva miatt folyt pert elhalasztja.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod causam quam frater Michael confrater ordinis sacri dominici sepulcri de Landek persona-

liter astans contra magistrum Denk filium Nicolai pro quo Johannes filius Pousa .. comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi sancti Michaelis archangeli super facto quarumdam possessionum Medyes et Erdeufolva vocatarum ac medietatis possessionis Hannusfolva nominate coram nobis movere habebat, de voluntate parcium ad octavas festi Epiphaniarum domini nunc venturas statu in eodem duximus prorogandam; eo modo, quod si partes intermedio tempore concordare possent, extunc nos iuxta qualitatem cause eorum placare teneantur, alioquin ipsam causam contra magistrum Denk ulterius nec literis regalibus reginalibus vel aliquibus aliis cautelis valeat vel racione exercitus prorogare, ut partes voluerunt. Datum in Wissegrad, decimo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 18. 4. dipl. lt. 3728. Közli: Kovács N.

276.

1344. oct. 16. A budai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy meghagyása következtében a Komló és Athan birtokok közt fekvő, s Rikolf fia László- úgy Makranczi Simon és László között vitássá vált földterület határát megjáratván, azt öt ekényivel többnek találták mint a mennyire Makranczi Simon és László az esküt letették.

.. Lodovico .. regi .. capitulum Budensis ecclesie .. literas .. comitis Pauli iudicis curie vestre, sue iudiciarie deliberacionis modum et formam exprimentes .. noveritis nos recepisse [1]) et suis peticionibus .. annuentes, cum Ladislao filio Michaelis de Olsouice pro parte magistri Ladislai filii Rykolphi parte agente, et Petro filio Fabiani pro parte magistrorum Simonis et Ladislai de Mocronch hominibus vestris per eundem iudicem curie vestre deputatis, nostros homines fidedignos, magistrum Laurencium socium et concanonicum

[1]) Pál országbirónak ezen igy felhivott oklevele megvan eredetiben az orsz. lt. depo kincst. oszt. N. R. A. 786. 32. dipl. lt. 3761.

nostrum et Michaelem presbiterum capelle sancte Margarete virginis et martiris, ad ea que in dictis literis iudicis curie vestre continentur prosequenda, pro testimoniis duximus destinandos, qui demum ad nos reversi nobis . . retulerunt, quod in quindenis festi beati Michaelis archangeli proxime preteriti ad faciem cuiusdam particule terre litigiose inter possessiones Kumlow et Athan vocatas existentis ad viginti aratra computate et sexaginta marcis estimate, vicinis et commetaneis eiusdem universis undique legitime convocatis, magistris Simone et Ladislao de Mocronch ac Ladislao filio Rikolphi presentibus, et ipsam particulam terre litigiosam iuxta continenciam literarum eiusdem iudicis curie vestre signa pro metis ponendo, super quam dicti magistri Simon et Ladislaus de Mocronch iuramentum deposuissent distingvendam . . accedendo isto modo distinxissent: primo et principaliter circa quendam monticulum qui vulgo Bolugpeturrholma nuncuparetur ex parte aquilonali eiusdem monticuli circa quandam viam magnam esset una meta terrea que distingveret possessiones Kumlou et Vezeken vocatas, deinde directe procederet prope dictam magnam viam versus occidentalem, per magnum spacium iret ad quandam arborem piri, deinde flecteretur ad partem aquilonalem, eundo per magnum spacium veniret ad aliam arborem piri, deinde procedendo veniret ad viam magnam dictam Heuesnoguth et transiret illam viam ad eandem partem, et iret per modicum spacium similiter ad quandam arborem piri, deinde ad eandem plagam ad aliam arborem piri, deinde ad eandem partem aliam arborem piri prope quendam monticulum Gortosholma vocatum, a parte possessionis Athan, deinde iret ad partem orientalem ad duas metas antiquas, circa quas dicti magistri Simon et Ladislaus de Mocronch depositis eorum iuramentis terciam metam de novo erexissent, deinde transiret ad partem meridionalem per bonum spacium ad unam metam terream de novo erectam per eosdem, deinde ad eandem plagam ad aliam metam terream de novo per eosdem erectam, deinde ad aliam metam novam, deinde ad aliam, deinde ad aliam, deinde ad aliam, postremo ad duos fontes Kethkuth vocatos pro metis assignatos, et ipsius particule terre super quam dicti magistri Simon et Ladislaus de

Mocronch iuramentum deposuissent mete terminarentur, circumquaque procedendo; demum deum et eius iusticiam pre oculis habendo, de eo, utrum sepedicti magistri Simon et Ladislaus ipsam particulam terre super quam iuramentum deposuissent, que per Ladislaum filium Michaelis hominem vestrum sub testimonio nostro Michaele presbitero prius reambulata ad viginti aratra computata et sexaginta marcis estimata exstiterat, vel alia in eadem quantitate aut maiori vel minori, in alio loco vel eodem existeret, considerare videre et conscienciose discutere ac de eo veritatem omnimodam scire accessissent, et metas seu signa metalia quibus procurator dictorum magistrorum Simonis et Ladislai de Mocronch dictam particulam terre prius recaptivaverat, scilicet in principio litis super eandem exorte; et signis metalibus distingverat, eadem signa metalia prius ut dictum est per procuratorem dictorum magistrorum Ladislai et Simonis posita a primo signo usque finalem distinxissent et reambulassent eo modo: primo incepissent prope quendam monticulum Hortosholma vocatum a parte possessionis Kumlow, procedendo ad partem meridionalem veniret ad quoddam signum pro meta positum, deinde ad eandem partem ad aliud signum, deinde ad terciam, inde ad quartam, et ibi Petrus filius Fabiani vester et magister Laurencius noster homines pro parte dictorum magistrorum Simonis et Ladislai per vocacionem eorumdem ab ulteriori processu cessassent et ab eis recessissent, ac tamen eo toto predicti Ladislaus filius Michaelis similiter vester et Michael presbiter noster homines inde ad partem orientalem procedendo, prout iidem nobis retulerunt, venissent ad quandam metam seu signum metale, deinde circumeundo directe venissent ad quendam monticulum Bolugpeturholma vocatum, et ibi terminarentur signa metalia prius per curam dictorum magistrorum Simonis et Ladislai de Mocronch posita; demum ibi stando visu considerando conscienciose discuciendo, iidem Ladislaus vester et Michael presbyter noster homines sepedictam terram litigiosam ad viginti aratra computatam et sexaginta marcis estimatam, per dictos magistros Simonem et Ladislaum tempore et die deposicionis eorum iuramenti, per particulam terre ad quinque aratra sufficientem ex parte possessionis

Kumlow applicatam et maioratam recepissent et cognovissent. Datum quarto die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije egykorú másolatával együtt az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1689. 4. és 786. 32. dipl. lt. 3730. és 3731. Közli: Kovács N.

277.

1344. oct. 19. Az egri káptalan I. Lajos király meghagyására Olaszi nevü birtokból az egri püspököt és a pataki plébánust illetö tized értékéről és mennyiségéről jelentést ad.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis . . literas vestre excellencie . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . cum nos de qualitate quantitate fructuositate, et quante sint proventus utilitates reditus exacciones et collecte possessionis Olasci vocate et specialiter de eo, ubi et qualiter decime episcopi ecclesie vestre Agriensis predicte prelati vestri a decimis plebani de Patak ab invicem debeant separari et distingi, per magistrum Onth, Johannem dictum Thaar castellanum nostrum de Geur et Jacobum magnum homines nostros fideles ad hoc specialiter per nos transmissos certitudinaliter velimus edoceri, volumus et fidelitati vestre . . mandamus, quatenus duos ex vobis viros idoneos in dignitatibus positos pro testimoniis transmittatis, qui una cum dictis nostris hominibus ad faciem dicte possessionis Olazy accedendo, qualitatem quantitatem eiusdem revidendo, et quante sint ipsius utilitates redditus proventus exacciones et collecte, tributum montis eiusdem, computatis enumeratis, et specialiter de eo, ubi quomodo et qualiter predicte decime episcopales de decima plebani de Patak separatur et distingitur . . investigacione prehabita . . inquirant omnimodam veritatem, et tandem tocius facti seriem . . nobis . . rescribatis. Datum in Wyssegrad, secundo die festi beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XXXX^mo quarto. Nos igitur . . cum prefatis magistro Onth, Johanne dicto Thaar et Jacobo magno hominibus vestris duos ex nobis . . videlicet dominum Johannem custodem et magistrum

David archidiaconum de Zabouch socios et concanonicos nostros transmisimus pro testimoniis ad premissa mandata vestra exequenda; qui quidem homines vestri et nostra testimonia ad nos reversi nobis concorditer retulerunt isto modo, quod ipsi feria sexta proxima post quindenas sancti Michaelis archangeli iam preteritas accessissent ad faciem pessessionis Olasci prenotate et eandem prius per suas veras metas et antiquas ac loca seu distincciones infra declarandas per quas decime eiusdem domini nostri episcopi a decimis dicti plebani de Patak separantur, presentibus . . iudicibus iuratis et pluribus hospitibus viris de eadem Patak ac Banatho fratre predicti plebani similiter de eadem Patak reambulassent, et visa qualitate ac quantitate eiusdem, utpote terris arabilibus, pratis silvis fluviis intra limites ipsius existentibus, ac eciam computatis collectis in eadem exigi consvetis, diligenti eciam consideracione prehabita et mature secum super hoc tractantes, quoad lucri estimacionem pretaxate possessionis Olazy hoc fore reperissent, quod si tributum dicti montis Hozyuheg vocati a plaga meridionali inter limites decimacionis eiusdem domini nostri episcopi remanentis super quo plures vinee et segetes haberentur, per possessores seu possessorem ipsius possessionis Olazy plene et integre ac sine aliqua alteracione exigi possent et valerent, extunc omnes utilitates sepedicte possessionis Olazy quocunque nomine vocitate, simul cum tributo prenominati montis ex vineis et frugibus provenire debenti singulis annis in toto ad trecentas marcas se extendere possent, et eedem trecente marce commodose exigi valerent de eadem per possessores seu possessorem eiusdem supradictos; cursus autem limitum seu distinccionum, per quas decime memorati domini nostri episcopi de decimis iamdicti plebani de Patak ut premissum est separarentur, prout ipsi ab omnibus a quibus licuisset et decuisset et specialiter a dictis hospitibus viris de Patak diligenti investigacione mediante rescire potuissent, hi essent et fuissent ab antiquo: quod primo egrederetur de fluvio Bugrug a plaga orientali et in quodam rivulo seu alveo in illis partibus Galychpata vocato versus plagam septemtrionalem currendo veniret ad finem quarumdam terrarum arabilium subtus dictum montem existencium et similiter inter limites decimacionis preno-

minati domini nostri episcopi remanencium, in quo quidem fine earumdem terrarum arabilium ad dictam plagam per longum spacium supra currendo annecteret alium fluvium Mathowpataka nuncupatum in quadam magna valle occidentali versus orientem ut dicitur currentem et ibi terminarentur. Datum feria tercia proxima post festum sancti Luce evangeliste, anno supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 11. 1. dipl. lt. 3722. Közli: Kovács K.

278.

1344. oct. 26. A budai káptalan előtt a garam-szentbenedeki apát és conventje, Chon nevü Csongrád vármegyei birtokukhoz tartozó két halászó helyet Kozma fiának Egyednek és társainak negyven márkáért két évre haszonbérbe bocsátnak.

Nos capitulum Budensis ecclesie . . significamus . . quod magister Petrus officialis monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron pro domino abbate et conventu eiusdem monasterii . . ab una, item Egidius filius Cosme, Georgius filius Andree dicti Fugas pro se et eodem Andrea patre suo, ac Hannus carnifex civis de civitate Pestiensi parte ab altera in nostri presencia personaliter constituti, per eundem magistrum Petrum propositum exstitit . . quod ipse vice et nomine predictorum domini abbatis et conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron, piscinas Nandurtow et Oztra vocatas ac alias quaslibet et quovis nomine vocitatas ad possessionem ipsius monasterii Chon vocatam in comitatu Chengradiensi existentem eprtinentes, absque ipsa possessione et terris arabilibus ad eandem Chon pertinentibus, a die Nativitatis domini proxime futuro usque terciam revolucionem eiusdem festi annualem, et sic per spacium duorum annorum integrorum, predictis Egidio filio Cosme, Georgio filio Andree dicti Fugas et eidem Andree ac Hannus carnifici cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis, pro quadraginta marcis compoti Budensis cum florenis solvendis in terminis infradeclarandis, videlicet viginti

marcas in festo beati Demetrii martiris anno in presenti, et in futuro anno in festo beati Michaelis archangeli sine crastinacione sub pena infradicenda et per partes sponte suscepta in Pest persolvendis, predictis domino abbati et conventui vel eorum procuratori . . locavit et dedit coram nobis; tali modo, quod si iidem Egidius et alii socii sui prenominati primam solucionem viginti marcarum non facerent, penam dupli, et si secundam non solverent similiter penam dupli ante litis ingressum secundum regni consvetudinem incurrerent eo facto, ad que omnia iidem Egidius et socii sui prenotati obligarunt se spontanea voluntate coram nobis; et idem magister Petrus predictos Egidium et suos socios prenotatos in possessionem manualem ipsarum piscinarum in dicto festo beati Demetrii martiris intromittere et introducere teneretur. Datum in festo beati Demetrii martiris, anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 24. 24. dipl. lt. 3723. Közli: Kovács N.

279.

1344. nov. 5. A székes-fehérvári káptalan jelentése Miklós nádorhoz, hogy a midőn ennek ítélete értelmében a mai Város-Hidvég szomszédságában fekvő Kapurév másképen Zaka és Pezye nevű birtokokat Ugali Pál, Tudbég unokája Remete Miklós és András fia Dezső özvegye között felosztották, Pezye nevű birtok felosztása a felek ellenkező kijelölése miatt nem sikerült.

. . Nicolao regni Hungarie palatino et iudici comanorum . . Albensis ecclesie capitulum . . noverit . . quod cum nos ad amicabilem postulacionem vestram literatoriam iuxta continenciam . . literarum vestrarum patencium, diffinitivam et adiudicativam sentenciam vestram exprimencium inter . . magistrum Paulum filium comitis Iwanka de Vgal prothonotarium . . comitis Pauli iudicis curie . . Nicolaum dictum Remethe filium Petri filii Tudbeyg ab una, item nobilem dominam Nuz vocatam relictam Desev filii Andree parte ab altera confectarum . . cum Anduch de Lulya homine vestro pro parte

predicti magistri Pauli, et Nicolao filio Andree de Chechy pro parte predicte domine relicte Desev filii Andree hominem nostrum . . feria tercia proxima post festum beati Bartholomei apostoli proxime preterita transmittere debuissemus, qui quidem homines vester et noster . . primo ad possessionem Zaka alio nomine Kapurew vocatam accedere et medietatem eiusdem a parte possessionis Veresvezew existentem . . iuxta concordiam inter predictum magistrum Paulum et Nicolaum filium Petri filii Dudbeyg factam eidem magistro Paulo et suis heredibus, aliam vero medietatem dicte possessionis Zaka alio nomine Kapurew nuncupate a parte possessionis Hydwyg . . existentem . . prefato Nicolao dicto Remethe . . statuere, et deinde ad faciem possessionis Pezie vocate accedere et possessionariam porcionem predialem in privilegio conventus Simigiensis contentam predicte nobili domine et filiabus suis premisso iure prediali quo ad easdem pertinere dignoscitur, a tribus particulis terrarum, videlicet a terra castri Simigiensis, scutiferorum regalium et Jacobi condam iobagionis castri Simigiensis et ab aliis porcionibus ipsius magistri Pauli et aliorum quorumlibet possessionariis in ipsa possessione Pezye existentibus separare distingvere et statuere, domine pluries annotate, et predictas tres particulas terre que quondam castri Simigiensis et scutiferorum regalium ac Jacobi iobagionis castri Simigiensis fuissent . . regni consvetudine exigente estimare et estimatas predicto magistro Paulo et suis heredibus iidem homines vestri presente testimonio nostro statuere perpetuo possidendas et habendas, qua estimacione facta idem magister Paulus iuxta quantitatem et numerum pecunie estimacionis ipsarum trium particularum terrarum in presencia eorumdem hominum vestrorum et nostri testimonii in facie eiusdem possessionis tercio die dicte ferie tercie proxime post festum beati Bartholomei apostoli ipsi domine relicte de sua dote, et filiabus suis de quartis earum puellaribus secundum regni consvetudinem solvere et satisfacere debuisset; ipso die occurrente cum predicto Anduch homine vestro magistrum Dominicum quondam decanum pro parte predicti magistri Pauli, et ad peticionem predicte domine relicte cum predicto Nicolao alio homine vestro magistrum Jacobum rectorem de

Tholnascengurg alium hominem nostrum socios et concanonicos ac homines nostros ad exequenda premissa pro testimonio duximus transmittendos; qui demum ad nos reversi . . retulerunt, quod ipsi in predicto die primo ad faciem possessionis Zaka alio nomine Kapurew vocata accessissent et medietatem eiusdem a parte possessionis Vereswezev existentem cum omnibus utilitatibus suis ad eandem pertinentibus, presentibus commetaneis et vicinis, magistro Paulo et suis heredibus, aliam vero medietatem eiusdem possessionis Zaka alio nomine Kapurew nuncupate a parte possessionis Hyvig (így) habitam et existentem similiter cum omnibus suis utilitatibus ad eandem pertinentibus universis, prefato Nicolao dicto Remethe et per eum suis heredibus . . statuissent possidendas, nullo contradictore penitus apparente et existente; deinde ad faciem possessionis Pezye populosam in qua ecclesia in honore beati Johannis Baptiste exstitit constructa accessissent, et predictam dominam relictam Deseu iidem homines cum Johanne filio Nicolai legitimo procuratore ipsius magistri Pauli de Vgal, presentibus commetaneis et vicinis eiusdem possessionis, que esset predialis possessio, interrogassent et ostendi peciissent, tunc dicta domina dictam possessionem populosam iam antenominatam dixisset esse possessionem predialem, et cum prememoratus legitimus procurator ipsius magistri Pauli ab eadem domina terram scutiferorum, terram castri Simigiensis et terram Jacobi iobagionis castri Simigiensis ostendi et dari peciisset, eadem domina eosdem ad finem ville Pezye remote ad locum cuiusdam cellarii adduxisset et dictum locum cellarii vacuum pro terra scutiferorum, terra castri Simigiensis et terra Jacobi iobagionis castri Simigiensis dixisset, quem locum cellarii demonstratum legitimus procurator magistri Pauli dixisset et dixit esse terram nobilium videlicet Petew fili Oliverii famuli magistri Thome de Choukakw et Nicolai filiii Mathie, et dum a procuratore sepefati magistri Pauli terram scutiferorum, terram castri Simigiensis et Jacobi pretacti demonstrari peciisset, idem procurator villam Pezye primitus per prememoratam dominam pro terra prediali ostensam terram scutiferorum, castrensium, et Jacobi esse asseruisset et demonstrasset, terram autem predialem ultra aquam versus plagam orien-

talem simul cum vineis et aliis utilitatibus ad eandem pertinentibus dixisset et demonstrasset; et dum a sepedicta domina estimacionem predictarum trium terrarum admitti et fieri postulassent, easdem eisdem sepefata domina estimare non permisisset, dicendo, quod ipsa dictam terram predialem a nobilibus teneret et esset terra nobilium, ideo estimare vel estimari facere non presummeret, propter racionem iam prenotatam; igitur propter controversiam et dissensionem parcium et quia eciam mete predialis possessionis in privilegio conventus Simigiensis non continebantur, easdem terras nec estimare nec statuere potuissent, sed vestre iudiciarie deliberacionis (így) decernendum commisissent de eisdem; retulerunt eciam iidem homines vestri et nostri, quod si quieta statucio et estimacio trium particularum fieri potuisset, sepefatus procurator magistri Pauli de dote et rebus parorphanalibus ac quartis puellaribus de eisdem terris in persona magistri Pauli in facie earumdem trium particularum tercio die in literis vestris assignato sepefate domine relicte Deseu et filiabus suis in promta pecunia promtus erat ad solvendum et satisfaciendum. Datum in festo beati ducis Emerici filii sancti regis Stephani, anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 571. 20. dipl. lt. 3733. Közli: Kovács N.

280.

1344. nov. 5. A pozsonyi káptalan Szalai Buda özvegyének Ilona asszonynak második férje Chuna Pál javára tett végrendeletéről bizonyságlevelet ad.

Capitulum ecclesie Posoniensis, significamus .. quod cum nos ad instantem peticionem nobilis domine .. Helene relicte magistri Buda vel Petri de Szala in lecto egritudinis decumbentis pro audienda sua disposicione testamentaria .. Thomam socium et concanonicum nostrum .. in testimonium misissemus, idem .. reversus retulit nobis, quod memorata domina Helena mente sospita langvida coram eo et aliis probis viris presen-

tibus in sue ultime voluntatis eulogio inter alia sua disposita vel testata dotem suam que ex porcionibus possessionariis Pauli dicti Chuna moderni nunc mariti sui eam de iure contingit et contingere posset, eidem Paulo marito et domino suo simpliciter pure penitus relaxando dimisisset. Datum feria secunda proxima post octavas festi Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XL^mo^ quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Olgyai cs. ltárában, Olgyán, Pozsony megyében. Közli: Géresi Kálmán.

281.

1344. Visegrád, nov. 25. Pál országbiró elött a Haraszt nemzetségből való Demeter fia és rokonai, Felsö-Adrián nevü birtokukat Bodrogh vármegyében, összes tartozmányaival s az ottani monostor kegyuri jogával együtt Magyar Pál gímesi várnagynak hatvan márkáért eladják.

Nos comes Paulus iudex curie . . memorie commendamus, quod magistro Paulo dicto Magyar castellano de Gymus personaliter ab una, item Stephano filio Demetrii et Michaele filio Balyar filii fratris eiusdem patruelis pro se similiter personaliter ac pro Gregorio et Pethe filiis Laurencii ac Andrea filio eiusdem Gregorii nobilibus de Tarnuk de genere Harazth eodem Stephano filio Demetrii cum . . literis procuratoriis . . capituli ecclesie sancti Laurencii de Hay parte ex altera coram nobis constitutis, per eundem Stephanum filium Demetrii et Michaelem filium Balyar in suis et dictorum Gregorii et Pethe filiorum Laurencii ac Andree filii eiusdem Gregorii personis propositum exstitit . . quod quia ipsi . . quadam necessitate ipsorum urgente aggravati exstitissent, ut se ipsos cum eorum facultatibus et rebus alleviare non posse se sperarent nisi mediante vendicione et tradicione possessionis eorum Fulseuadryan vocate, ob hoc eandem possessionem Fulseuadryan nominatam ipsos titulo iuris hereditarii contingentem in comitatu Budrugiensi iuxta fluvium Tycie existentem, cum patronatu ecclesie seu monasterii sancti Martini con-

fessoris et ecclesia processionali sancti Georgii in eadem fundati et constructe, necnon tributo fluvii in eodem fluvio Tycie exigere consveto . . et aliis omnibus utilitatibus quocunque nomine vocitatis ad eandem possessionem pertinentibus . . sub illis metis . . quibus ipsa possessio per predecessores ipsorum et per consequens per ipsos usa fuisset et possessa, feria tercia proxima post diem Strennarum proxime nunc affuturam in capitulo Bachiensi eidem magistro Paulo et per eum suis heredibus pro sexaginta marcis ad numerum Budensem . . assumserunt se perpetuaturos, ita quod nil iuris et proprietais . . in dicta possessione Fulseuadrian pro se ipsis reservare deberent, sed totum ius et dominium eiusdem in predictum magistrum Paulum dictum Magyar et eius successores transferre tenerentur tali modo, quod ipsa feria tercia occurrente, dicti Stephanus Michael Gregorius Pethe et Andreas in dicto capitulo Bachiensi propriis eorum in personis, aut si qui ex ipsis personaliter inibi comparere non posset . . extunc alter eorum cum literis procuratoriis sufficientibus pro eisdem comparere nequeuntibus, comparere deberet atque posset, ita videlicet, quod si ipsi Stephanus Michael Gregorius Pethe et Andreas idem facere nollent . . extunc in sexaginta marcis Budensibus convincerentur contra magistrum Paulum prenotatum; e converso vero idem magister Paulus dictus Magyar eisdem Stephano Michaeli Gregorio Pethe et Andree in eadem feria tercia in prenotato capitulo Bachiensi ipsas sexaginta marcas ad numerum Budensem deberet pro perpetuacione dicte possessionis Fulseuadryan solvere, videlicet partim in denariis et partim in estimacione condigna, et si res estimabiles statui facere non posset, tunc cum promta pecunia liberam solvendi haberet facultatem; qui si in ipso termino solvere non curaret, extunc in sexaginta marcis antedictis et non in pluribus convinceretur contra Stephanum filium Demetrii, Michaelem filium Balyar, Gregorium et Pethe filios Laurencii ac Andream filium eiusdem Gregorii ipso facto; hoc non pretermisso, quod si qui ex ipsis vel ipsorum generacionibus Harazth procreatis et procreandis eundem magistrum Paulum dictum Magyar et suos heredes racione pretacte possessionis Fulsevadrian in lite vel extra litem et specialiter racione dotis et rerum parorpha-

nalium ac quarte filialis in ipsa possessione proveniencium molestare et impetere niterentur, extunc ipsi Stephanus filius Demetrii, Michael filius Balyar, Gregorius et Pethe filii Laurencii ac Andreas filius eiusdem Gregorii, eundem . . Paulum et suos successores expedire . . ac insuper in prefata possessione Feulseuadryan indemniter conservare tenerentur; insuper eciam iidem Stephanus Michael Gregorius et Pethe ac Andreas filius eiusdem Gregorii omnia privilegia ac universas literas super dicta possessione Feulseuadryan confecta et emanatas quoquomodo, in dicto termino in capitulo Bachiensi annotato in manus ipsius magistri Pauli vel in persona eiusdem sui legitimi procuratoris statuere et assignare deberent, eo modo, ut si aliquas ex ipsis . . assignare . . nollent . . et contra ipsum magistrum Paulum et suos successores in lite sive extra litem . . temporis in processu exhiberent . . extunc easdem cassas . . ac exhibitoribus earumdem nocituras in dicto termino coram capitulo Bachiensi annotato esse committerent atque fieri . . Datum in Wyssegrad, in festo beate Katherine virginis et martiris, anno domini M° CCC° XL^mo quarto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Budens. 28. 10. dipl. lt. 3735. Felső-Adrián birtok később az ó-budai clarissák tulajdonába került, s abban őket I. Lajos király, átírván a föntebbi oklevelet, 1360. mart. 19-én kelt privilegiuma által megerősíti; ennek eredetije u. o. dipl. lt. 2689. Közli: Kovács N.

282.

1344. Visegrád, nov. 29. Miklós nádor a Bazini Sebes és a pozsonyi káptalan közt folyó ügyet elhalasztja.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod discussionem cuiusdam cause quam inter magistrum Sebus filium Abrae actorem pro quo Ladislaus de Challoukuz . . astabat ab una, et . . capitulum ecclesie Posoniensis pro quo Martinus prepositus Demesiensis . . astitit parte ex altera, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Martini confessoris facere tenebamur, de legitimorum procuratorum parcium voluntate ad octavas

festi Purificacionis beate virginis proxime venturas duximus prorogandam . . Datum in Wyssegrad, duodecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo quarto.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 393. 27. dipl. lt. 3738. Közli: Kovács N.

283.

1344. Visegrád, nov. 29. Lőrincz kir. tárnokmester és Nyitra vármegye főispánja előtt, Valter volt szedliczei soltész többek megöletéseért Mochk fiai: Miklós és Domokos részére kétszáz márka váltságdíj megfizetésére kötelezi magát.

Nos Laurencius magister tavarnicorum . . regis . . et comes Nitriensis memorie commendamus, quod Nicolaus et Dominicus filii Mochk ab una, item Walterus condam scultetus de Zedlyche parte ex altera coram nobis constituti, per eosdem dictum exstitit . . quod ipsi in causa quam iidem Nicolaus et Dominicus iuxta priorum literarum nostrarum continenciam in octavis beati Martini confessoris super facto mortis Johannis et Petri fratrum suorum, item Lack et Pauli filiorum Andree filii Mathie per eundem Walterum, qui propterea nostris vinculis mancipatus tenebatur, perpetrate, nostre iudiciarie potestatis licencia prius optenta, ut omnis inimicicia de medio ipsorum possit exstirpari, per amicabiles compositores . . taliter . . concordarunt coram nobis, quod predictus Valterus unacum omnibus suis sociis complicibus et huius rei participibus quorum onera et gravamina mortis prenotate omnino supra se recepit, ducentas marcas compoti Budensis partim in denariis et partim iuxta regni consvetudinem in estimacione condigna, eisdem Nicolao et Dominico in terminis infrascriptis dare . . assumsit coram nobis ; ita videlicet, quod quinquaginta marcas in octavis diei Cinerum nunc venturis, item alias quinquaginta marcas feria quarta quatuor temporum festi Pentechostes, item alias quinquaginta marcas feria quarta quatuor temporum festi beati Michaelis archangeli, residuas vero quinquaginta marcas feria quarta quatuor temporum festi Nativitatis domini solvere

teneretur; e converso autem iidem Nicolaus et Dominicus filii Mock sua et omnium aliorum fratrum et proximorum suorum in persona assumserunt, quod homines universi qui ob metum et timorem illate mortis prenotate de Zedlyche quoquam causa sue tuicionis confugissent et essent dispersi, secure redirent ad propria et libere manerent, nec persone nec rerum suarum periculum formidarent, nec super hoc literis domini nostri regis et nostris mediantibus assecurati timorem suum et ambiguitatem reiterent, et secure redeundo in prioribus et propriis suis habitacionibus morarentur, tali obligaminis vinculo interposito, quod si predictus Walterus primam secundam et terciam solucionem sua et dictorum suorum sociorum in persona preteriret non solvendo, extunc ipse Walterus ad manus eorumdem Nicolai et Dominici pro ultimo supplicio eidem inferendo debebit tradi et pariter assignari per fideiussores eiusdem Walteri, super quorum fideiussione iidem Nicolaus et Dominicus contenti medio tempore remanebit (így); et si dicti fideiussores ipsius Walteri ipsum Walterum die tercia solucionis simul cum precedentibus duabus solucionibus non factis, ad manus dictorum Nicolai et Dominici noluerint vel nequierint assignare, extunc in predictis ducentis marcis modo premisso persolvendis eisdem Nicolao et Dominico tenebuntur soluturi; si vero idem Walterus infra festum Epiphanie domini nunc venturum pro se fideiussores invenire non posset et eisdem Nicolao et Dominico dare non valeret, extunc infra terminum tercie solucionis ad tenendum et servandum sine alicuius lesionis vel mortis periculo dictis Nicolao et Dominico statui deberet et assignari in predicto tercio die solucionis prenotate nostro iudiciario conspectui producendum, ut tunc aut eum remitterent libertati, aut debitam ei pro meritis inferrent ulcionem. Nos autem utpote iudicem de iudicio habite pacis Nicolaus et Dominicus in quatuor marcis, ipse vero Walterus in omni residuo iuxta difficultatem et quidditatem cause prenotate placare assumserunt. Datum in Wyssegrad, duodecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo quarto.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltban, koloszmonostori conv. Colos. 11. dipl. lt. 26,978. Közli: Kovács N.

284.

1344. dec. 5. Az egri káptalannak I. Lajos királyhoz intézett jelentése a Tóthfalusi Illés fia Arnold és a lechnitzi carthauziak Ztragar és Feketeerdő nevü birtokaik között teljesített határjárásról.

.. Lodovico .. regi .. capitulum ecclesie Agriensis .. literas magnifici viri comitis Pauli iudicis curie vestre per eundem nobis destinatas recepimus inter cetera continentes, quod mitteremus homines nostros pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Laurencius filius Johannis de Hysfalwa pro parte Arnoldi filii Elye de Thotfalu actoris, et Arach filius Pauli de Zlauckfalva pro parte religiosi viri fratris Johannis prioris cartusiensis ordinis de Lehnich ad causam attracti aliis absentibus homines vestri in octavis festi beati Martini confessoris ad faciem quarumdam possessionis Ztragar et silve Feketheerdeu vocatarum in comitatu Scepsiensi ut dicitur habitarum .. accedendo, easdem exhibito primo per predictum Arnoldum vel suum procuratorem inibi privilegio domini Ladislai condam regis Hungarie .. in specie, per veras metas in eodem privilegio domini Ladislai regis contentas si bono modo et apparenter eodem mete inveniri possent .. reambularent et novis metis iuxta ipsas veteres erectis, possessiones ecclesie de Lapide Refugii Lehnich et Wyuagas vocatas ac dimidietatem possessionis Ofalu nuncupate cum duobus allogiis *(így)* et uno loco Monusturhel dicto, a prenominatis possessionibus Ztragar et silva Feketeerdeu vocatis separarent .. cuique parti sua iura possessionaria pacifice possidere relinquendo si partes concordes fierent in reambulacione .. si autem in aliqua particula discordes existerent, tunc eandem litigiosam particulam signis pro metis positis consignando et regali mensura si mensurari possent mensurando vel visu considerando .. estimarent .. viderent eciam .. inter cuius predictarum parcium possessionis metas ipsa particula litigiosa .. remanere dinosceretur; et post hec .. tocius facti seriem .. ad octavas festi sancti Andree apostoli iam venturas .. vestre fideliter rescriberemus maiestati. Nos igitur .. cum prefatis

Laurencio filio Johannis de Hysfalva et Arach filio Pauli de Zlauckfalva hominibus vestris nostros homines . . Nicolaum subnotarium nostrum pro parte eiusdem Arnoldi actoris, et magistrum Anthonium clericum de choro nostro pro parte annotati fratris Johannis prioris de Lehnich transmisimus pro testimoniis . . qui quidem . . ad nos reversi nobis . . retulerunt isto modo, quod ipsi unacum eisdem partibus in dictis octavis sancti Martini confessoris iam preteritis accessissent ad faciem possessionis Ztragar et silve Feketeerdew . . et easdem vicinorum et commetaneorum ipsarum universarum legitimis convocacionibus factis et eisdem presentibus, exhibito prius inibi dicto privilegio domini Ladislai condam regis Hungarie in specie, per metas in ipso privilegio contentas taliter reambulassent: quod primo incepissent in loco ubi quidam fluvius Egerpatak vocatus ab occidente versus orientem currens intraret in alium fluvium Poprad nuncupatum, et ibi olim meta terrea fuisset, sed per vehementem aque transitum ut dicitur nunc destructa haberetur, et deinde iuxta eiusdem domini Ladislai regis privilegii continenciam per dictum fluvium Egerpatak supra transivissent usque ad metas saxonum de villa Bela, et easdem metas post se invicem contiguatas declivo modo transeundo intraret in fluvium similiter Bela vocatum, in quo supra ascendentes et per adduccionem ipsius Arnoldi per magnum spacium usque ad quandam viam euntes, quam idem Arnoldus olim semitam versus montem Penyn ducentem fore asseruisset, predictus vero frater Johannes prior non ipsam viam pro dicta semita litigiosa versus Penyn ducente fuisse, sed annotatam semitam olim circa quoddam molendinum eiusdem Arnoldi et fratris sui multo inferius prenotate vie per ipsum Arnoldum ostense fuisse existere contradictorie asseruisset, ubi tamen ipsi nullam semitam vidissent pro nunc apparere, de qua quidem aqua ipsi ad eandem viam euntes et versus dictam silvam Feketeerdeu similiter per demonstracionem eiusdem Arnoldi transeuntes, in transitu ipsorum . . Nicolaus plebanus Budensis civitatis ipsis occurrendo dixisset, quod memorata via quam sepedictus Arnoldus pro annotata semita fuisse assereret, inter metas possessionis sue Berbarn vocate transiret et nunc ipse super metis dicte possessionis

sue in lite haberetur cum Arnoldo prenotato, unde adhuc in predicta via versus plagam septemtrionalem euntes venissent ad quandam metam terream de novo erectam, ubi . . Johannes et Ricolfus crucifer de Landek similiter personaliter comparendo dixisset, quod ipse et fratres sui non cum prenominato Arnoldo sed dicto Budensi plebano in ipso loco commetanei haberentur, et predictam novam metam terream cum annotato plebano nuperrime inter se erexissent; retulisset eciam dictus crucifer, quod prelibata via inter limites dicte possessionis ipsius plebani Berbarn transiret et ab antiquo transivisset, et abinde rursus in eadem via quendam excelsum montem quem idem Johannes prior Jawurhegye vocari asseruisset ascendissent, et ibi ipsi per dictum priorem requisiti fuissent, si series eiusdem privilegii nominaret montem supradictum, cuius quidem montis tamen nomen non haberetur in privilegio prenotato, quia idem Arnoldus ipsum montem non Jawurheg sed dictam silvam Feketeerdeu ibi nominasset ex adverso, de quo monte versus ipsam plagam septemtrionalem descendentes et de dicta magna via ad unam semitam intrantes, in eadem semita per magnam silvam euntes exivissent ad duas villas predictorum cruciferorum de Landek Kehhelho et Henus vocatas post se invicem positas, et easdem per medium transeuntes venissent ad metas cuiusdam possessionis vestre Matheyfalva nuncupate, ubi tamen dictus crucifer per modum protestacionis ipsius notificasset, quod dicte due ville ad eosdem devenissent sub federe concambii et permutacionis, predictus vero Arnoldus ad hec non aliud respondit, nisi quod ipse metas suas circumiret iuxta adiudicacionem iudicis ipsorum ordinarii, et licet ipsi per adduccionem dicti Arnoldi in ipsa semita predictam possessionem vestram Matheefalva transire voluissent, tamen Johannes literatus ut dicitur notarius magistri Nicolai dicti Berzethe castellani vestri de Palocha et de Danavich, ipsos tam a reambulacione quam a statucione quarumlibet possessionum ad eadem castra spectancium, imo et a transitu dicte possessionis vestre prohibuisset, ubi tamen memoratus Arnoldus retulisset similiter per modum protestacionis, quod ipse optime sciret eadem castra et possessiones ad ipsa castra spectantes apud manus vestras existere, pretextu quorum

castrorum et possessionum ipse nullam quescionem adversus vos movere vellet et attentaret, asserendo, quod ipse tam in possessionibus suis nunc sub dominio suo habitis quam forte in posterum per fidelissima servicia sua requirendis omnino ipse vestre maiestatis se submitteret et submisisset; et abhinc premissis recitatis per ipsam viam ad eandem plagam septemtrionalem euntes dictam possessionem Ofalu per medium transeuntes venissent usque ad fluvium Danavich nuncupatum nunc pro meta regnum Hungarie et regnum Polonie ab invicem separentem, et iuxta eundem fluvium in dicta via versus orientem regirando venissent usque ad locum Monusturhel prenotatum, quem quidem locum et possessiones a plaga meridionali et sic transeundo a dextra parte adiacentes idem Arnoldus prorsus et per omnia intra metas suas inibi adiacere asseruisset, et predictum locum Monosturhel circa ipsam plagam meridionalem per modicum spacium circumeuntes in preallegata via et iuxta aquam Lupnuc versus orientem supra euntes perstetissent in quodam loco, ubi dictus Johannes prior prius dictum suum replicando asseruisset, quod prefata semita quam ipse antea circa memoratum molendinum inchoari dixisset, per quandam possessionem ipsorum Hellyhwagasa vocatam transiret versus montem Penyn supradictum, unde ipsi per medium quarumdam aliarum duarum possessionum Lupnuk et Lupnuk vocatarum versus dictam plagam orientem transeuntes venissent ad quendam locum ubi quidam fluvius haberetur, et dictus Arnoldus dictam indaginem clausam et portam fuisse et nunc esse debere asseruisset, sed tamen inibi nunc aliqua indago, sed magni et multi exusti trunci stantes et iacentes haberentur, prelibatus vero fluvius omnino iuxta quandam magnam silvam curreret et in ipsam silvam intraret sic currendo; qui quidem Johannes prior tamen dictas portam et indaginem clausam non in loco per ipsum Arnoldum demonstrato esse et fuisse, sed in alio loco ipsis olim exstitisse demonstrasset, ubi tamen ipsi nec aliquem fluvium, predictam aquam Bela, nec eciam aliqua indicia aliquarum ndaginum et porte videre potuissent, a quo quidem eciam loco er ipsum Arnoldum quo supra pro ipsis indagine et porta demonstrato sepedictus Arnoldus actor cum ipsis ultra proce-

dere noluisset, hanc racionem pretendendo, quod iam ultra terre et possessiones per quas iuxta continenciam privilegii dicti domini Ladislai regis procedere deberet penitus erga manus vestras regias haberentur; sed quia prelibatus Johannes prior hoc admittere noluisset, quia ad finales metas attingeret, idcirco ipsi per adduccionem dicti Arnoldi in ipsa magna silva predictum fluvium procedentes duas villas ad castrum Liblyo pertinentes transivissent, transeuntesque in finem ville Genyzd a parte orientis intrasset in fluvium Poprad prenotatum, et in eodem fluvio Poprad versus plagam meridionalem contra meatum ipsius currendo venisset rursus ad primam metam ubi incepisset et ibi perstetissent. Retulerunt eciam iidem vestri et nostri homines, quod predictus frater Johannes prior super facie quorumdam fluviorum in illis partibus specialia nomina habencium, videlicet Prebych, Danavich, Lehnych, Lupnuk, Keny, Rusunbah, et Tuporch vocatorum ubique perstando ipsos requisivisset, si dicti fluvii in ipso privilegio nominatim inserti haberentur nec ne, cuius quidem privilegii tenor ut premissum est, nec fluvios nec eciam aliquos alios montes, predictas semitam et silvam Feketeerdew in se exprimeret nominatim; et quia dicte partes in reambulacione prefatarum metarum possessionum suarum prenominatarum sic inter se discordassent, ideo ipsi cum aliis probis viris per easdem partes tunc inibi adductis, ipsas particulas terre litigiosas, exceptis duabus capellis et duobus molendinis ac loco Monusturhel dicto, ad sex aratra sufficere posse considerassent consvetudine regni exigente, pro eo ipsi easdem litigiosas particulas terre simul cum eisdem duabus capellis ligneis et duobus molendinis pro quadraginta tribus marcis, deum et eius iusticiam pre oculis suis habentes estimassent, dictum autem locum Monusturhel in quo iam claustrum lapideum per eundem Johannem et fratres suos in honore beate Virginis et sancti Johannis Baptiste in maiori parte constructum haberetur sed nondum perfectum, ipsi estimare nequivissent, sed estimacionis eiusdem perfeccionem iusticiariis regni vestri in Wyssegrad distulissent; ad dictam autem ultimam clausulam, videlicet ad hoc, ut prefata litigiosa particula terre inter cuius predictarum parcium possessionis metas adiacere

dinosceretur, iidem vestri et nostri homines taliter re sponderunt et nobis eo similiter concorditer recitare curaverunt, quod si predicta via, per quam pretaxatus Arnoldus ipsos modo quo supra adduxisset circuire fecisset, olim semita versus Penyn ducens iuxta continenciam ipsius domini Ladislai regis privilegium per nos et regni vestri iusticiarios fore determinabitur, extunc eadem litigiosa particula terre inter metas dictarum possessionum Ztragar et silve Feketeerdeu procul dubio remaneret; si vero locus per ipsum dominum Johannem priorem pro semita demonstratus versus Penyn ducens affuerit et similiter per iusticiarios regni vestri determinabitur, extunc prenominata litigiosa terra inter metas possessionum eiusdem prioris et claustrum sui remaneret; scivissent eciam ipsi prius a quibusdam nobilibus et hospitibus vestris de Bela pro parte ipsius Arnoldi, quod dicta via per quam idem Arnoldus ipsos ut premissum est fecisset circuire, olim semita versus Penyn ducens affuisset, contra quorum dicta tamen seu asserciones idem dominus Johannes prior excipiendo dixisset, quod dicti nobiles fratres et proximi eiusdem Arnoldi haberentur, et postmodum ibidem ab eisdem plebano Budensi et fratribus Ricolfo ac Michaele cruciferis scivissent pro parte eiusdem domini prioris inquirentes, quod non preallegata via per ipsum Arnoldum demonstrata, sed locus per eundem Johannem priorem quo supra ostensa olim semita fuisset et nunc esse deberet ducens versus montem Penyn prenotatum; contra cuius quidem domini Nicolai plebani dicta idem Arnoldus excipiendo dixisset, quod ipse nunc cum eodem plebano super metis possessionum suarum, ut premissum est, in lite haberetur, et pro tanto idem plebanus in odium sui adversus ipsum protestaretur. Datum in dominica proxima ante festum sancti Nicolai confessoris, anno domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo quarto.

Pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 142. dipl. lt. 3741. Közli: Kovács N.

285.

1344. Visegrád, dec. 6. Pál országbíró Szkárosi Miklósnak és fiainak Pál fia János Gömör vármegyei alispán elleni ügyében halasztást ad.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod causam quam Nicolaus filius Nicolai de Scarus, Johannes et Nicolaus filii sui ex quibus idem Nicolaus pro se . . et pro prefato Johanne . . astiterunt, contra Johannem filium Pauli comitem Gumuriensem iuxta continenciam literarum citatoriarum conventus de Jazou in quindenis ferie secunde proxime post festum beati Martini evangeliste movere habebant coram nobis, ob regium preceptum ad quindenas beati Jacobi apostoli nunc venturas peremtorie duximus prorogandam. Datum in Wyssegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ quarto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije a N. Muzeumban a Hamvay cs. ltárában.

286.

1344. dec. 11. A sági convent előtt Nádasdi Moch fia Lukács és Demjéni Iburfi István fiai, az Egres és Demjén nevü birtokaikat elkülönítő határjeleket élő szóval elmondják.

Nos Stephanus prepositus et conventus fratrum ordinis premonstratensis monasterii beate virginis Marie de Saag . . significamus . . quod Lukasius filius Moch de Nadusd ab una parte, item Petrus Nicolaus et Stephanus filii Stephani filii Ibur de Demyen ab altera coram nobis . . constituti sunt confessi . . quod cum ipsi propter dilecciouem proximitatis quam in invicem inter se haberent, volentesque ut ipsi et ipsorum successores simul et in unum pacifice commorentur, pari voluntate inter possessionem ipsius Lukasii Egres vocatam et inter possessionem ipsorum Petri Nicolai et Stephani Demyen vocatam, metis secundum cursum antiquarum metarum suarum predictas possessiones ipsorum ab invicem separassent,

atque ibidem metas erexissent; et prout partes nobis oretenus affirmarunt, mete ipsarum possessionum hoc ordine destinguerentur ac procederent: prima igitur meta inciperetur a parte orientali ex parte terre Starchan super uno monte mons Heem vocato circa unam magnam viam que vadit de Demyen in Egegi, ibi essent due mete terree, indeque iret per ipsum montem versus occidentem ibique super ipso monte esset una meta terrea, deindeque per ipsum montem versus occidentem, et ibi in fine ipsius montis prope unum rivulum Egres vocatum super unum domb vulgo dictum essent due mete terree, deindeque iret penes ipsum rivulum ad unum magnum nemus quod vulgo berek vocatur, ibi essent due mete terree in fine ipsius nemoris, deinde iret semper versus occidentem super quoddam nemus penes rivulum et ibi in ipso nemore esset una meta terrea, et ibi eciam ubi exiret de ipso nemore in fine ipsius nemoris essent due mete, indeque infra penes arborem eger et sub ipsa arbore esset una meta terrea, ibique separarentur ipsa terra Egres de ipsa possessione Demyen, coniungerentur ipsa terra Demyen terre abbatis de Pylisio, et ibi terminarentur . . Datum sabbato proximo ante quindenas festi beati Andree apostoli, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} quarto.

Hátlapján pecsét-töredékkel; eredetije a N. Muzeum könyvtárában. Közli: Komáromy A.

287.

1344. dec. 15. Nógrád vármegye alispánja és bírótársai előtt Verebi János fia, Hartyán nevü birtokban a maga részét Balogh Miklós fiának Jánosnak zálogba adja.

Nos comes Johannes vice magistri Nicolai filii magistri Petri dicti de Zeech vicecomes Neogradiensis et quatuor iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod Johanne filio Nicolai dicti Bolug de Harakyan ab una, Georgio filio Johannis de Wereb parte ex altera, feria quarta proxima post festum beate Lucie virginis . . coram nobis constitutis, per eosdem nobis propositum exstitit . . quod predictus Georgius filius Johannis totam porcionem suam possessiona-

riam in possessione Harakyan predicta in vicinatu possessionis dicti Johannis filii Nicolai Bolug, iuxta continenciam literarum capituli Agriensis infra revolucionem trium annorum pro quinque marcis denariorum pignori condam obligaverat.. et iuxta continenciam priorum literarum nostrarum exstitit prorogata; predictus Georgius filius Johannis eandem porcionem suam totalem possessionariam in predicta possessione Harakyan existentem .. eidem Johanni filio Nicolai dicti Bolug statu et ordine literarum dicti capituli, pro summa pecunie predictarum quinque marcarum a predicto festo beate Lucie virginis usque feriam quartam proximam que fit post predictum festum beate Lucie, infra revolucionem tercie festivitatis eiusdem festi beate Lucie virginis sub eadem impignoracione prout Nicolao Bolug predicto patri ipsius Johannis quondam obligaverat, eidem Johanni filio Nicolai Bolug dedisset .. racione impignoracionis et nomine, et nunc statu literarum nostrarum mediantibus eidem Johanni commisit cōram nobis, ita tamen, quod in ipsa tercia revolucione feria quarta proxima post eundem festum beate Lucie virginis idem Johannes receptis ipsis quinque marcis coram nobis, eidem Georgio filio Johannis suam porcionem possessionariam reddere .. tenebitur .. Datum in die predicto, anni domini M° CCC^{mo} XL^{mo} quarto.

Zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 391. 27. dipl. lt. 3742. Közli: Kovács N.

288.

1344. dec. 21. A titeli káptalan előtt Magyar Pál kijelöli azon birtokokat, melyeket Buda, Esztergom, Visegrád városokban, továbbá Szabolcs, Bodrog, Keve, Temes, Esztergom és Pilis vármegyékben nejének és leányának végrendeletileg hagyományoz.

Capitulum Tituliensis ecclesie memorie commendamus .. quod magister Paulus dictus Magyar ad nostram personaliter accedens presenciam, confessus exstitit ministerio vive vocis, quod ipse consideratis gravibus infirmitatibus dominarum Mar-

garethe consortis sue et Helizabet filie sue, deum pre oculis habendo, matura deliberacione in semetipso prehabita, pro sublevaminibus infirmitatum ac necessitatum earumdem, talem eis per modum testamenti ultimi fecit donacionem: quod omnes possessiones suas in Soproniensi, Zaladiensi et de Waswar comitatibus emticias, item domos suos in Budensi, Strigoniensi, et fundum apotece in Wissegrad civitatibus habitas, simulcum una vinea in territorio de Veteri Buda Fenewmal vocato, relicte domine Margarethe consorti sue, item possessiones Biaach, Patruh, Byayul, Weressed, item Keek cum octo piscinis et dimidia, et Lopthelek simulcum suis piscinis ad ipsas pertinentibus in Zaboch, item ket Adrian in Bodrogh, item Modus Biaka et Beech in Kewew, item Dag in Temesiensi, item Saros in Strigoniensi comitatibus existentes, item equacias suas in prefata possessione sua Adrian habitas, ac unam vineam suam emticiam in territorio ville sancti Jacobi prope civitatem Budensem existente habitam, memorate domine Elizabet filie sue .. legasset, imo .. legauit ipsas possessiones modo quo supra, cum omnibus suis .. pertinenciis .. ipsis dominabus Margarethe consorti sue ac Elizabeth filie sue coram nobis iure perpetuo .. possidendas, totum ius et proprietatem ac dominium earumdem in ipsas dominas perenniter transferendo, dansque eisdem longam licenciam, liberam facultatem, predictas possessiones vel aliquam earumdem vendendi et alienandi, donandi et legandi ecclesiis secundum ipsorum voluntates disponendi, in vita pariter et in morte. In cuius rei memoriam presentes literas nostras patentes sigillique nostri munimine roboratas, si nobis reportate fuerint, in formam privilegii nostri redigendas, duximus concedendas. Datum in festo beati Thome apostoli, anno domini Millesimo tercentesimo quadragesimo quarto.

I. Lajos királynak 1369. évi mart. 23-án »Ladislaus literatus de Sancto Petro, religiosarum dominarum sanctimonialium claustri virginis gloriose de Veteri Buda in personis« kérelmére kibocsátott átiratának XV. száz. végéről való másolatából, mely megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. V. Budens. 29. 21. dipl. 3609. Közli: Kovács N.

289.

1345. jan. 13. A pécsi káptalan előtt Siklósi Péter fia István, Siklóson a sánczon belől való birtokrészét Seliber pécsi polgárnak hét bécsi márkáért elzálogosítja.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod magister Stephanus filius magistri Petri de Soklous . . est confessus . . quod ipse porcionem suam totalem in Soklous predicta intra fossatum habitam, cum . . locis sessionalibus . . magistro Seliberio civi de Peech pro septem marcis denariorum latorum Viennensium, marcam quamlibet cum sex pensis computando . . usque ad octavas festi Penthecostes nunc venturas pignori obligasset . . coram nobis, in eisdem octavis pro predicta pecunie quantitate ab eodem magistro Seliberio redimendam coram nobis; tali obligacione mediante, quod si ipsis octavis occurrentibus idem magister Stephanus dictam porcionem suam pro predicta pecunie quantitate ab eodem magistro Seliberio redimere non posset . . extunc ipsa porcio cum omnibus suis utilitatibus sepefato magistro Seliberio perpetuaretur ipso facto; assummens nihilominus insuper idem magister Stephanus eundem magistrum Seliberium ab omnibus pretextu predicte porcionis medio tempore inquietare volentibus expedire . . quod si expedire non posset . . extunc he quatuor sessiones, videlicet una ubi nunc habet descensum vel residenciam, secunda Johannis filii Areus, tercia Dominici fabri et quarta Thome filii Myke, devolverentur pro predicta porcione impignorate sub circulo predicto eo facto. Datum in octavis festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem Millesimo CCC° XL^mo^ quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1508. 46. dipl. lt. 3746. Közli: Kovács N.

290.

1345. Visegrád, jan. 17. Pál országbíró Rozgonyi Pétert és Lászlót a Kéri Tyba fia részére járó bírság megfizetéséről nyugtatja.

Nos comes Paulus iudex curie .. memorie commendamus, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum modum iudicii nostri exprimencium, Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Joannis de Rozgun iudicium regale sex marcarum in octavis diei Strennarum contra Thomam filium Tyba de Keer ante ingressum litis persolvere debuissent coram nobis, ipso termino adveniente, iidem Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Joannis ipsum iudicium regale nobis in duabus partibus, in tercia vero parte ipsi Thome filio Tyba parti adverse persolvere curarunt; racione cuius nos et idem Thomas eosdem reddidimus expeditos . . Datum in Wyssegrad, decimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo^ quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1698. 53. dipl. lt. 3748. Közli: Kovács N.

291.

1345. jan. 28. A budai káptalan előtt Margit asszony Lokocs Miklós özvegye, Kereködmálon férje által neki hagyott szőllejét Márton fia János ó-budai hospesnek eladja.

.. capitulum Budensis ecclesie .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod domina Margareta quondam relicta Nicolai dicti Lokoch, nunc uxor Johannis de villa Calidarum Aquarum ab una, item Johannes filius Martini hospes de Veteri Buda parte ab altera in nostri presencia personaliter constituti, eadem domina Margareta dixit .. quod quandam vineam suam per dictum Nicolaum dictum Lokoch tunc maritum suum sibi testamentaliter libere legatam, in Kerekudmal existentem, vineis Nicolai filii Chete ab una parte,

et fratrum de colendino sancte Marie virginis et altera vicinam et contiguam, cum omnibus . . pertinenciis . . loco scilicet torcularis, via et aliis quibusvis ab antiqua consvetis . . predicto Johanni filio Martini et per eum suis heredibus . . irrevocabiliter pro viginti quinque marcis . . vendidisset . . coram nobis, libere et pacifice . . possidendam; assummendo ipsum Johannem filium Martini . . ab omnibus molestare . . volentibus expedire . . Datum per manus discreti viri magistri Benedicti lectoris ecclesie nostre, sexta feria proxima post festum conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCC^mo XL^mo quinto; presentibus . . Michaele custode, magistris Posonio, Jacobo, Thoma, Petro et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

A pecsét vörös-zöld selyemszálakon függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Vet. Bud. 20. 4. dipl. lt. 3749. Megvan még »Lucas prepositus ecclesie Budensis secretariusque cancellarius domine Marie regine Hungarie« 1390. évi dec. 13-án kelt átiratában is, u. o. dipl. lt. 3750. Közli: Kovács N.

292.

1345. febr. 8. A váradi káptalan előtt Cheelfi Dániel fia Mihály comes, miután fiai elhaltak, Erdélyben Fehér vármegyében tíz falujá t hét leányaira hagyja.

Capitulum ecclesie Waradiensis . . declaramus, quod viro nobili comite Michaele filio Danielis filii Cheel de partibus Transsilvanis coram nobis personaliter constituto, confessum exstitit per eundem . . cum heredum masculinorum quos licet habuerit tamen divino iudicio asserebat decessisse ad presens careat, filiali ductus dilectione, universas possessiones suas et porciones possessionarias infrascriptas in eisdem partibus Transsilvanis in comitatu Albensi existentes, videlicet Sprengh, Drasow, Demeturpataka, Vinchench alio nomine Rohundorph per eundem Cheel avum suum olim acquisitas, necnon alias possessiones, scilicet Guga alio nomine Vengherskyrk ac Chacha alio nomine Byruun, Sahteluke alio nomine Benchench, Vereseghaz et Geregurfaya per ipsum Danielem patrem

suum precio comparatas, item medietatem cuiusdam possessionis Renghelkyrh per se ipsum et Nicolaum fratrem suum ab Alaard filio Alard emtam, cum iuribus patronatuum ecclesiarum in ipsis sub quibuslibet honoribus fundatarum, necnon locis molendinorum ac . . quibuslibet aliis utilitatibus earum . . sub certis metis terminis et signis . . iure donacionis contulit coram nobis dominabus filiabus suis, Clare videlicet, Katherine Elizabeth Margarethe Anych Agathe et Elene, quibus regni consvetudine exigente eciam ius quarte filialis in eisdem possessionibus debentur, ac heredibus earum . . perpetuo . . possidendas . . toto dominio tamen earumdem possessionum donec vixerit pro se reservato, ipso autem decedente, eis pleno iure et perfecto ut premissum est dictis possessionibus remanentibus; petens tamen easdem filias suas et committens ipsis, ut habita huiusmodi sollemni donacione, quamdiu viverent, tam pro anima sua quam pro animabus patris sui et predecessorum suorum salutares commemoraciones continue facerent proprie salutis ob respectum; adiecit eciam condicionem iure cautam, quod si adhuc vivente clemencia superne virtutis annuente filium vel filios procreaverit, extunc predicte possessiones filio vel filiis suis cui aut quibus ius naturale tribuit, iure hereditarie successionis succedant possidende, sine quescione aliquali. Datum feria tercia proxima ante diem Cinerum, anno domini M° CCC^mo XL^mo quinto; domino cardinali Bethrando prepósito ac discretis viris Ladislao lectore, Gregorio custode, Philippo cantore magistris canonicis ecclesie nostre salubriter existentibus.

A pecsét veres selyem szálakon függ, alúl chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Acta. Transsilv. 12. 29. dipl. lt. 3751. Közli: Kovács N.

293.

1345. Gömör, febr. 28. Cselénfi Sándor fia János gömöri ispán és bírótársai bizonyítják, hogy Domokos fia György pelsőczi nemes, azon hatalmaskodás dolgában, melyet Máté fia Bakó beleséri nemesen elkövetett, nem jelent meg.

Nos magister Johannes filius Alexandri filii Celen ex collacione domini regis Lodovici comes provincie Gumuriensis ac quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali per literas regias unacum magistro Nicolao famulo eiusdem domini regis ac Petro sacerdote canonico et homine .. capituli ecclesie Waciensis propter maiorem evidenciam veritatis ab eodem domino rege destinatis, universitati nobilium provincie memorate feria secunda proxima post festum Omnium Sanctorum in villa Gumur celebrata, Bakou filius Mathee nobilis de Beleser consurgendo proposuit in hunc modum, quod magister Georgius filius Dominici nobilis de Pelseuch feria secunda proxima ante medium Quadragesime cuius termini revolucio annualis iam preteriisset, in generali et proclamata congregacione omnium nobilium provincie memorate in villa Gumur facta, sine suis culpis exigentibus vulnerasset verberasset et turpiter multum pertractasset, quod factum per nostras inquisiciones omnes nobiles congregacionis iam dicte affirmarunt, ut coram ipsis omnia premissa idem magister Georgius super ipsum Bakou fecisset modo supradicto, et idem magister Georgius nec venit nec misit pro se comparentem. Datum in villa Gumur, termino antedicto, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} quinto.

Zárlatán a közepén egy nagyobb s e körül négy kisebb pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

294.

1345. febr. 28. A köi káptalan előtt a Csák nemzetségből való Pósfi Ugrin fia Miklós, Kurpe nevü birtokát Bács megyében, Ujlak város bírájának adományozza.

. . . capitulum ecclesie de Kw . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod magister Nicolaus filius Wgrini filii Pows de genere Chak ab una, item comes Stephanus filius Michaelis iudex de civitate eiusdem magistri Nicolai filii Wgrini Wylak vocata et compater eiusdem parte ex altera ad nostram personaliter accedentes presenciam, idem magister Nicolaus filius Wgrini terciam partem cuiusdam possessionis Kurpee vocate in comitatu Bachiensi existentis, per . . Belam . . quondam regem Hungarie illustrem mediantibus privilegialibus literis eiusdem progenitoribus suis generose . . donatam . . ecclesiam ad honorem Omnium Sanctorum constructam habentem, cuius due partes sunt Bartolomei Stephani et Demetrii filiorum Pangracii de Alpar, terciam partem scilicet a plaga meridionali ad plagam occidentalem adiacentem, cum tercia parte eiusdem ecclesie a tali parte adiacente, cum omnibus pertinenciis . . consideratis . . fidelibus obsequiis . . ipsius comitis Stephani filii Michaelis a multis temporibus retroactis magnis laboribus sumtibus et expensis sibi et dicto magistro Wgrino patri eius incunctanter exhibitis et impensis, eidem comiti Stephano filio Michaelis et per eundem suis heredibus . . ex permissione consensu et beneplacito vicinorum et commetaneorum suorum universorum, videlicet eorumdem Bartolomei Stephani et Demetrii filiorum Pongracii de Alpar, item Gregorii filii Barnabe et magistri Stephani dicti Saffar castellani de Wyssegrad nobilium de Tharaniani, item Johannis Martini et Gregorii filiorum Georgii nobilium de Egres, ac Petri filii Matheuka, Gregorii filii Barnabe, Stephani filii Briccii nobilium de Kurthmym, item Mathey filii Ipoliti, Petri filii Nicolai, Blasii et Benedicti filiorum Filippi filii eiusdem Ipoliti nobilium de Zybbathy, item Demetrii filii Martini, Thome filii Elye, Simonis Thome et Johannis filiorum Nicolai filii Heum de Puztascentmihal, confessus est . . donasse . . et coram

nobis . . donavit . . iure perpetuo . . possidendam, nullo penitus contradictore existente. Datum feria secunda proxima post dominicam Oculi, anno domini M° CCC^mo XL^mo quinto; Petro preposito, Johanne lectore, Nicolao cantore, Vrbano custode ceterisque canonicis ibidem deo famulantibus . .

A pecsét sárga és fehér selyem zsinóron függ; felül chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1711. 8. dipl. lt. 3753. Közli: Kovács N.

295.

1345. mart. 2. Az erdélyi káptalan előtt Miklós pókatelki nemes Pókatelek nevü birtok negyedrészét Keresztúri Apród Miklós fiának Tamásnak elzálogosítja.

Thomas filius Nicolai dicti Aprod de Kerezthwr presentavit quasdam literas (capituli ecclesie Transsilvane) patentes a tergo sigillatas anno domini M° CCC^mo XL^mo quinto in die medii Quadragesime emanatas, in quibus continebatur, quod Nicolaus filius Stephani filii Salomonis nobilis de Pokatelke quartam partem possessionarie porcionis sue in dicta possessione Pokatelke vocata habite, cum omnibus utilitatibus suis predicto Thome filio Nicolai pro quindecim marcis antiquorum banalium plene ab eodem Thoma receptis, usque octavas festi Penthecostes proxime tunc venturas pignori obligasset; tali condicione mediante, quod si in ipsis octavis festi Penthecostes idem Nicolaus dictam quartam partem possessionarie porcionis sue ab ipso Thoma redimere non posset vel non curaret, tunc eandem quartam partem possessionarie porcionis sue eidem Thome perpetuare et racione huius ipsum Thomam cum suis heredibus ab omnibus molestare volentibus expedire teneretur.

Az erdélyi káptalannak 1347. febr. 20-án kiadott bizonyságleveléből, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. lt. 26370. sz. alatt, s a mely szerint a kiváltás a kitűzött határnapon meg nem történvén, Kereszthúri János a káptalan előtt kijelentette, hogy az említett birtok elörökitéséhez jogát föntartja. Közli: Kovács N.

296.

1345. mart. 2. A váczi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Luchka és Herencher nevü Sáros vármegyei birtokokba Rikolfot és fiát, viszont ezeknek Wernelvágás nevü birtokába Péter fiát Lukácsot és fiait beiktatták.

..Ludovico.. regi.. capitulum ecclesie Vachiensis.. literas vestre excellencie . . recepimus in hec verba: Ludovicus.. rex . . capitulo ecclesie Vachiensis . . dicunt nobis Lucachius filius Petri suo et Stephani dicti Zomur, Georgii Anthonii Demetrii et Johannis filiorum suorum, item Jacobi Andree Petri et Georgii filiorum Pauli nominibus, item Nicolaus filius Nicolai famulus magistri Ricolphi vice et nomine eiusdem domini sui, quod ipse Lucachius cum dictis filiis suis et filiis Pauli quasdam possessiones eorum Luchka et Herencher vocatas in comitatu de Sarus existentes, pro redemcione capitum dictorum Lucachii et Stephani ac Andree filii Pauli, pro dimidietate cuiusdam possessionis eiusdem magistri Rikolphi et Ladislai filii sui Wernelwagasa nuncupate, eisdem in concambium iuxta continenciam literarum capituli ecclesie beati Martini de Scepus tradidissent . . in quas ipse partes legitime vellent introduci; super quo fidelitati vestre . . precipimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Mattheus filius Myke de Zygra, Ladislaus filius Michaelis de Chedin vel Theodosius de Troichan, Johannes filius Isep de Kwak aut (.....) s filius Johan de Secht aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum accedendo, vicinis et commetaneis suis.. legitime convocatis . . dictasque possessiones Luchka et Herencher statuat dictis magistro Rikolpho et Ladislao filio suo . . si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, contra ipsum Lucachium et filios suos antedictos ac filios Pauli supradictos, citet ad presenciam nostram ad terminum competentem; et e contra dimidietatem possessionis supradicte Wernelwagasa statuat dictis Lucachio et filiis suis ac filiis Pauli prelibati . . si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, contra dictum magistrum Rikolphum et Ladislaum filium

suum similiter ad nostram citet presenciam ad terminum competentem; et post hec tocius facti seriem . . nobis . . rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria sexta proxima ante dominicam Invocavit, anno domini Millesimo CCC^mo XL^mo quinto. Nos igitur . . unacum prefato Theodoro homine vestro nostrum hominem videlicet Benedictum presbiterum de choro ecclesie nostre ad premissa exequenda ad predictas statuciones faciendas pro testimonio . . duximus transmittendum, qui demum . . retulerunt . . quod idem homo vester presente iamdicto nostro testimonio, quarta feria proxima post predictam dominicam Invocavit ad facies dictarum possessionum Luchka et Herencher vocatarum in comitatu de Sarus existencium accedendo, vicinis et commetaneis suis universis ac omnibus quibus expedit legitime convocatis et proclamatis ad maiorem et firmiorem cautelam, dictas possessiones Luchka et Herencher statuisset dictis magistro Ricolpho et Ladislao filio suo iuxta continenciam literarum privilegialium capituli ecclesie beati Martini de Scepus supradicti perpetuo possidendas, et eosdem in easdem regni consvetudine introduxisset palam et manifeste; et e contra dimidietatem possessionis supradicte Wernelwagas statuisset dictis Lukachio et filiis suis ac filiis Pauli prelibati iuxta continenciam literarum predictarum, et eosdem nullo contradictore existente similiter introduxisset regni consvetudine requirente. Datum quarta feria proxima videlicet in die medii Quadragesime, anno domini supradicto.

I. Lajos királynak Visegrádon 1345. apr. 10-én »comes Johannes filius Pousa famulus magistrorum Ricolphi de Tarkw et filiorum eiusdem« kérésére kiadott átiratából, melynek eredetijét a N. Muzeumban őrzik. Közli: Komáromy A.

297

1345. Visegrád, mart. 11. Pál országbíró előtt Balkáni Fábián a Körtvélyes nevü Szatmár vármegyei birtok miatt Gúthi Jánossal folytatott perben egyezséget köt, és ezen birtokot a most nevezett felek egymás közt felosztják.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus, quod cum Fabianus filius Johannis de Balkan Johannem filium Sala-

monis de Guth, legitime citacionis modum observando contra se in regiam presenciam attraxisset in causam, et ipsa causa in facto possessionis Kurthweles vocate in comitatu Zathmariensi existentis per ipsum Fabianum contra prenominatum Johannem filium Salomonis coram nobis declarata diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus . . ad presentem diem medii Quadragesime scilicet feriam quartam dilative devenisset, tandem ipso termino occurrente, predictus Fabianus personaliter ab una, et pretactus Johannes filius Salamonis parte ex altera similiter personaliter ad nostram accedentes presenciam, se ad pacis reformacionem inter se fiendam per nos instanter admitti postularunt; cumque nos partes prenotatas iuxta earum votivam peticionem iudiciarie nostre potestatis auctoritate ad ipsius pacis reformacionem benigne admisissemus, mox partibus prenotatis in nostrum iudiciarium redeuntibus conspectum, per prenominatum Johannem filium Salamonis propositum exstitit . . quod quia ipse eandem possessionem Kurthwelyes Ladislao et Fabiano filiis Johannis de Balkan velut sibi communiter debere pertinere agnovisset, ideo et ex causa premissa rectam et equalem medietatem dicte possessionis Kurthwelyes a parte orientali habitam, prout eam per longitudinem quedam publica via distingeret, cum omnibus iobagionibus et locis sessionalibus, alia equali medietate eiusdem a parte occidentali existente pro se et suis successoribus reservata, eisdem Ladislao et Fabiano filiis Johannis suisque in posterum successoribus, licet cum eodem Ladislao fratre ipsius Fabiani in facto premisse possessionis Kurthwelyes in lite non existat . . resignasset, imo reliquit . . coram nobis pleno iure pacifice possidendam . . terras eiusdem arabiles universas, fenilia, ligna et alias utilitates suas . . in superficie dicte possessionis Kurthwelyes existentes . . pari voto communi usui ipsorum per modum pacificum relinquendo; voluerunt eciam partes, ut prenominati Ladislaus et Fabianus filii Johannis, Michaelem et Johannem filios Beud aliosque eorum fratres nunc in medietate dicte possessionis Kurthwelyes per resignacionem pretacti Johannis filii Salamonis in porcione eorumdem Ladislai et Fabiani cedenti commorantes, cum omnibus eorum rebus edificiis et domibus, si voluerint ad

aliam medietatem dicte possessionis Kurthwelyes, videlicet ad porcionem ipsius Johannis filii Salamonis libere et absque alicuius terragii solucione abire permittere tenerentur moraturos; ceterum si qui ex iobagionibus prefatorum Ladislai et Fabiani in medietate dicte possessionis Kurthwelyes, videlicet in porcione eorum prenotata commorantibus, ad ipsum Johannem filium Salamonis et ad aliam medietatem eiusdem possessionis Kurthwelyes, scilicet porcionem eiusdem antedictam, et e converso quicunque ex iobagionibus eiusdem Johannis filii Salamonis similiter in eadem alia medietate ipsius Johannis filii Salamonis perseverantibus ad eosdem Ladislaum et Fabianum ac ad porcionem eorum prenotatam commorandi causa se transferre voluerint, a die festi Pasche domini nunc venturo infra quindenas eiusdem festi una parcium ad aliam libere et absque omni impedimento ac terragio aliquali abire permitterent eosdem et tenerentur; ut partes voluerunt et sponte assumserunt coram nobis. Datum in Wyssegrad, decimo die diei medii Quadragesime prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo^ quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 92. dipl. lt. 3754. Közli: Kovács N.

298.

1345. Visegrád, mart. 13. I. Lajos király előtt Albert az anya királyné jegyzője és Tolcsvai Uza fia Imre egy részről, más részről Langeusfi János fia László az összes kártételeket egymásnak elengedik s a Tolcsvai János özvegyénél letett osztálylevél értelmében birtokaik felosztásába bele egyeznek.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magistro Alberto speciali notario domine regine genitricis nostre . . et Emerico filio Wza de Tolchua ab una, et magistro Ladislao filio Johannis filii Langeus de eadem Tolchua parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, propositum exstitit per eosdem . . quod ipsi iuxta compositivam ordinacionem prelatorum et baronum nostrorum, scilicet . . Petri . . episcopi Siri-

miensis et . . Nicolai palatini, Thome et Nicolai quondam woyvodarum Transsilvanorum, magistrorum Johannis filii Gyleti et alterius Johannis filii Briccii ac aliorum quamplurimorum nobilium, partes suas pro ipsis interponencium, super universis causis iniuriis damnis nocumentis turbacionibus inimiciciis et aliis quibuslibet malorum generibus quovis modo habitis et illatis . . concordassent et ad perpetue pacis unionem . . devenerunt in presencia nostre maiestatis, reddentes se super premissis et singulis premissorum mutua vicissitudine expeditos et perenniter absolutos; hoc adiecto, quod in octavis festi Penthecostes nunc proxime affuturis, cum testimonio conventus de Jazou ad nobilem dominam relictam Johannis filii Demetrii de eadem Tholchua accedere et literas divisionales inter ipsos emanatas apud dictam dominam habitas ab eadem repetere tenebuntur, et si ipsa domina dictas literas divisionales restitueret, iuxta continenciam earumdem, si autem restituere nollet aut apud se esse non assereret, prefati magistri Ladislaus et Emericus dum eorum placuerit voluntati in eorum possessionibus divisionem faciendi liberam habebunt facultatem regni consvetudine requirente. Datum in Wyssegrad, in dominica Judica, anno domini M° CCC^mo XL^no quinto.

Hátlapján a nagy kir. pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1726. 44. dipl. lt. 3755. Közli: Kovács N.

299.

1345. Nagyfalu, mart. 15. Kraszna vármegye ispánja és bírótársai, Rimai Mihály és Keczeli János között bizonyos keczeli zálogos birtok végett lefolyt peres dologban ítéletet hoznak.

Nos magister Ladislaus filius Donch comes de Karazna et iudices nobilium . . significamus . . quod cum magister Nicolaus de Ryma in persona fratris sui (magistri Michaelis cum) veris ac legitimis procuratoriis literis comparendo tercia feria proxima ante dominicam Ramispalmarum coram nobis, contra Johannem (filium Petri) de Kechul super quarta possessionarie porcionis in eadem Kechul habita et racione obla-

cionis rerum duorum iobagionum (.....) instrumentalem deponere assumsissent ac debuissent, ipso termino adveniente, pro eodem magistro Nicolao Bede serviens suus .. comparuit, exhibuit nobis quasdam literas patentes conventus ecclesie beate virginis de Clusmunustra, in quibus vidimus contineri .. quod idem Johannes filius Petri quartam partem porcionis sue in prelibata possessione habitam eidem magistro Michaeli iam prefato pro viginti marcis argenti usque ad sedecim annos impignorasset .. tali vinculo interserto, quod quia ipsa terra a multo tempore deserta .. existeret, idem magister Michael eandem appopulare ac populorum multitudine decorare .. teneretur, ipsumque Johannem prenotatum ab aliis vicinis suis a quibuslibet molestantibus secundum posse suum defensaret .. tamen nulla divisione seu distinccione inter se facta vel assignata; unde nos visis literis prescriptis instrumentalibus, cum universis scrutatoribus veritatis nobiscum assedentibus adiudicantes decrevimus, quod quia predicta particula terre sive porcio absque divisione sive distinccione aliquali exstitit obligata, ideo ipsa possessio preallegata cum iobagionibus in eadem constitutis, tamen sine diminucione illius quarte partis, sepedicto Johanni filio Petri pertinere dinoscatur donec divisio inter eos fiat et metis ac signis eligatur. Datum in Nogfolu, in termino prenotato, anno domini M° CCC° XXXX^mo^ quinto.

Hátlapján két nagyobb és egy kisebb pecsét nyomaival: eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Kolosmonostori conv. lt. cista Kolos. 4. 39. dipl. lt. 29136. Közli: Kovács N.

300.

1345. mart. 21. Az egri káptalan előtt a Ráthold nemzetségből való Loránt nádor fia vak Dezsőnek fia Péter, Gömör vármegyei három birtokát az ugyanazon nemzetségből való Kapolyai Dezső fiainak, Miklósnak és Lászlónak Somogy vármegyei birtokukért elcseréli.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus .. quod magister Petrus filius Deseu filii Lorandi condam palatini de

genere Ratolt, et Nicolaus ac Ladislaus filii alterius Deseu de Kapolya et de eodem genere . . coram nobis personaliter constituti, in quibusdam possessionibus et porcionibus ipsorum possessionariis specialiter infra declarandis, pari voto et per modum pacificum ac ob proximitatis dileccionem tale inter se concambium perpetuo duraturum fecisse nobis asseruerunt, quod idem magister Petrus rectam dimidietatem cuiusdam possessionis sue Barachcha vocate et aliam possessionem suam totalem Hamasyechkeye nuncupatam cum quadam particula terre Sumuswelge nominate ad eandem possessionem Jechke ut dicitur spectanti, excepta tamen quadam modica particula terre decem iugera terrarum vel citra hoc in se includente, in comitatu videlicet Gumuriensi ut dicitur existentes, cum omnibus pertinenciis earumdem ac sub suis metis .. coram nobis dedit et contulit eisdem Nicolao et Ladislao filiis Deseu consanguineis suis ac heredibus ipsorum perpetuo .. possidendas . . in quarum quidem possessionis et porcionum possessionariarum concambium .. predicti Nicolaus et Ladislaus filii Desew totam porcionem ipsorum possessionariam in possessione Patha vocata in comitatu Simigiensi ut refertur existenti habitam, que sexta pars eiusdem possessionis Patha et aliarum terrarum ad eandem spectancium ut partes retulerunt fore dinosceretur, cum omnibus . . pertinenciis ac dictis terris ad eandem quo supra spectantibus, necnon eo iure . . quo dicta porcio per ipsos et suos predecessores hactenus habita exstitisset . . coram nobis dimiserunt et contulerunt annotato magistro Petro filio Deseu et suis heredibus similiter irrevocabiliter possidendam . . nullum ius . . amplius pro se in eadem possessione Patha reservantes; et quia prefata porcio in ipsa possessione Patha quo supra habita . . in ius et proprietatem eorumdem filiorum Deseu ceci sub federe dicti concambii devolutis melior esset et utilior, idcirco sepedictus magister Petrus superaddidisset ac eciam persolvisset duodecim marcas grossorum compoti Cassensis Nicolao et Ladislao prenotatis . . insuper obligarunt sese dicte partes et suos heredes, ab omnibus specialiter a proximis et generacionibus suis pretextu dictarum possessionum et porcionum possessionariarum.. inquietare nitentibus, semper . . defendere et expedire . . ac in paci-

fico dominio earumdem . . conservare, quod si qua parcium alteram partem racione sui iuris in dictum concambium . . traditi in iudicio vel extra iudicium tempore sue inquietacionis expedire non posset . . pars hoc faciens contra partem damnum et molesciam incurrentem in decem marcis sine porcione iudicis ante litis ingressum deponendis convinceretur eo facto, et insuper tali parti . . offensam patienti de aliis possessionibus suis equivalentem possessionem ipsius oblate possessionis . . absque strepitu cuiuslibet iudicii . . perpetuare tenerentur; ad que premissa . . faciendum et tolerandum eedem partes se et suos heredes spontanea coram nobis obligarunt voluntate modo prenotato . . Datum feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum, anno domini Millesimo CCC° XL^mo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 194. 25. dipl. lt. 3757. Közli: Kovács N. — A Rátold nemzetség utódainak egy részéről közölt nemzedékrendet l. H. Okmánytár VII. 205. l.

301.

1345. apr. 6. Nógrád vármegye alispánja és szolgabírái bizonyítják, hogy Ambrus garabi prépost kérésére egy szolgabírót és egy várjobbágyot küldöttek ki, kik a prépost szomszédait annak Garab nevü birtoka használatától eltiltották.

Nos comes Johannes vice magistri Nicolai filii magistri Petri de Zech vicecomes Neugradiensis et quatuor iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod ad . peticionem domini Ambrosii prepositi de Garab comitem Demetrium unum ex quatuor iudicibus socium nostrum et *Benedictum iobagionem castri* homines nostros super facto prohibicionis ad eandem villam Garab et ad vicineas villas eiusdem possessionis Garab transmiseramus, qui igitur homines nostri predicti feria quarta proxima post octavas Pasche domini ad nos post hec reversi nobis . . retulerunt, quod ipsi sabbato proximo ante octavas predictas accessissent in predictam villam Garab et deinde accessissent in villam Zeuleus et inibi Nicolaum filium Nicolai filii Simonis Zolgou, item Dioni-

sium et Benedictum filios Elie et eciam iobagiones ipsorum de Zeuleus, et deinde accessissent in villam abbatis de Pastuh Tepke vocatam, abhinc vero in villam Echeg possessionem Hazzandarfar, deinde in villam domini voyvode Zun vocatam, abhinc vero in villam filiorum Oliverii Barkan vocatam accedendo, ipsos nobiles et iobagiones ipsorum ad ipsos pertinentes ab usu et percepcione possessionis sue predicte Garab, et alios vicinos et commetaneos suos cum hominibus nostris ipse prepositus, prout homines nostri nobis retulerunt, tam a silvis quam a fenilibus et ab aliis utilitatibus eiusdem possessionis Garab prohibuissent et prohibuit coram nobis, ne utilitates predicte possessionis Garab percipiant et recipiant in preiudicium eiusdem et gravamen. Datum in die supradicto, anno domini M° CCC° XL^mo quinto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccl. 52. 2. dipl. lt. 3759. Közli: Kovács N.

302.

1345. apr. 9. Az erdélyi káptalan Péter erdélyi alvajdának jelentést tesz azon kegyetlenkedésről és gyujtogatásról, melyet Körösi Péter és társai Almakereki Gegus fiainak és Appafi Jakab fiainak Újfalu és Rudal nevü birtokain elkövettek.

. . Petro vicevoyvode Transsilvano . . capitulum ecclesie Transsilvane . . literas vestre nobilitatis noveritis nos recepisse in hec verba . . capitulo ecclesie Transsilvane Petrus vicevoyvoda Transsilvanus . . dicit nobis Johannes filius Gegus de Almakerek sua, Nicolai et Gregorii fratrum suorum uterinorum, item Andree Jacobi et Johannis filiorum Jacobi filii Appa in personis protestando, quod Petrus de Kewrus, Georgius frater eiusdem, Petrus de Sybeerk, Petrus Nicolaus Johannes Zeuke et Wernelyus homines de Kyzdy, item Barthalyus, Andreas Thech, Petrus de Dalya, Johannes et Petrus de Boda cum fratribus suis, item Nicolaus de Hodwylag, Nicolaus et Johannes filii Nicolai filii Wyth ac Stephanus filius Stephani filii eiusdem Wyth et Petrus filius eiusdem Wyth

nobiles de Feyreghaz, excogitata nequicia et consilio, manibus armatis potencialiter supra possessionem ipsorum Wyfalw vocatam irruendo, omnibus edificiis ac sanctam capellam in honore beate Katherine virginis edificatam penitus et per omnia similiter cum omnibus eius attinenciis ac ornamentis combussissent et concremassent, in qua quidem capella seu ecclesia tres homines similiter cremassent, omnia bona eiusdem ville, res scilicet mobiles et immobiles abstulissent, per quam ablacionem rerum damna sexingentarum marcarum argenti intulissent; in hoc non contenti propriam domum ipsius Johannis filii Gegus cum suo molendino eodem modo combussissent, nobilem vero dominam consortem suam denudassent, cyfos argenteos, balteos ac arma cum aliis suis rebus mobilibus et immobilibus ad valorem quadringentarum marcarum argenti recepissent; in hoc non contenti domum seu curiam nobilis domine matris ipsius Gegus similiter combussissent et concremassent, et ipsam dominam ac sororem eiusdem et consortem Johannis filii Ipoch fratris dicti Gegus eodem modo denudassent, et omnia bona earumdem trecentas marcas argenti valencia abstulissent; item eciam adhuc non acquiescentes ad aliam villam ipsorum Rudal vocatam accessissent, res eiusdem ville penitus auferendo et in eadem quinque fundos ac unum molendinum concremassent et combussissent, per quod factum trecentarum marcarum argenti valencia recepissent; super quo amiciciam vestram petimus per presentes, quatenus ad videndam et audiendam rei veritatem vestrum mittatis hominem vice vestra pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus literatus notarius vel Stephanus filius Ladislai altero absente homo noster accedat ad universos vicinos et commetaneos eorumdem et ad faciem predictarum possessionum, videatque premissa facta et a quibuscunque decuerit sciat et inquirat omnimodam veritatem, si predicta iidem supradicti homines super eosdem filios Gegus et filios Jacobi fecissent nec ne; et qualitercunque per hominem vestrum et nostrum vobis de premissis veritas constiterit, nobis in vestris literis amicabiliter rescribatis. Datum in Sancto Emerico, feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo quinto. Unde nos . . unacum predicto Nicolao literato

homine vestro, hominem nostrum videlicet Michaelem sacerdotem chori ecclesie nostre vice nostra pro testimonio duximus ad premissa exequenda transmittendum; qui homines vester et noster . . retulerunt . . per nos requisiti, quod ipsi feria quinta proxima ante quindenas festi Pasche pariter accessissent ad universos vicinos et commetaneos predictarum possessionum Wyfalu et Rudal vocatarum, et ab eisdem vicinis et commetaneis, videlicet a parochianis sacerdotibus clericis ac senioribus et universis populis villarum Kapus Medyes Waldhid et Prepostfolva nominatarum . . inquirendo . . talem de premissis . . scivissent veritatem, quod predicti Petrus de Kewrus, Georgius frater eiusdem, Petrus de Syberk ac Petrus Nicolaus Johannes Zeuke et Wernerius homines de Kezd, item Barthalyus, Andreas Thech, Petrus de Dalya, Johannes et Petrus de Boda cum eorum fratribus, Nicolaus de Hoduilag, Nicolaus et Johannes filii Nicolai filii Wythk, ac Stephanus filius Stephani filii eiusdem Wythk, necnon Petrus filius eiusdem Wythk nobiles de Feyreghaz, potencialiter manibus armatis veniendo, predictam villam possessionem Johannis filii Nicolai ac Gregorii filiorum Gegus Wyfalu vocatam cum capella in honore beate Katharine virginis in eadem habita per omnia cremassent et combussissent, omnia bona et res mobiles et immobiles in eadem villa Uyfalu inventas auferendo et recipiendo, et in dicta capella tres pueri fuissent concremati; insuper propriam domum ipsius Johannis filii Gegus cum suo molendino eodem modo concremassent et combussissent, omnes res et bona sua in cyfis argenteis balteis armis ac in aliis in eodem domo inventa abstulissent . . nobilem dominam uxorem dicti Johannis filii Gegus denudando, et eciam domum nobilis domine matris predicti Gegus similiter . . combussissent, omnes res et bona sua auferendo . . et ipsam dominam matrem Gegus cum sorore eiusdem Gegus ac uxorem Johannis filii Ipoch similiter denudassent; et in his non contenti ad aliam villam eorumdem filiorum Gegus Rudal vocatam transivissent, et in eadem villa Rudal quinque curias et unum molendinum . . combussissent; dixerunt eciam iidem homines vester et noster, quod ipsi pro eo ut de premissis tucius possent informari, ad facies predictarum possessionum Wyfalu et Rudal vocatarum propriis

in personis accessissent et ipsam villam Wyfalu vocatam cum sua capella ut premittitur crematam et combustam, exceptis duntaxat quinque curiis seu mansionibus, et in vacuo altari dicte capelle ossa duorum puerorum crematorum et corpus unius puelle concremate in sepulto positum oculis vidissent, et in eadem villa Rudal quinque curias cum uno molendino crematas seu combustas vidissent, prout hec omnia premissa et singula premissorum tam idem Nicolaus literatus homo vester, quam ipse Michael sacerdos homo noster a predictis vicinis et commetaneis . . inquirendo . . se scivisse . . narraverunt coram nobis . . Datum sabbato proximo ante quindenas festi Pasche supradicti, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. lt. 3756. Közli: Kovács N.

303.

1345. Visegrád, apr. 9. I. Lajos király Csetneki László fiai panaszára Forgács Miklós özvegye és fiai ellen, a lekenyei határban egy malom elfoglalása dolgában a jászai conventet vizsgálatra küldi ki.

Lodovicus . . rex . . conventui de Jazou . . dicitur nobis in personis Nicolai et Ladislai filiorum Ladislai de Chythnuk, quod domina Anna relicta condam Nicolai dicti Forgach cum Nicolao et Andrea dictis Forgach filiis suis, quoddam molendinum ipsorum in possessione Lekenya vocata habitum propria ipsorum auctoritate occupassent, lite pendente inter ipsos; super quo . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Johannes filius Benedicti vel Bene de Boya altero absente homo noster ab omnibus, quibus decuerit, sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem; et post hec secundum quod vobis veritas constiterit premissorum, nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, sabbato proximo ante quindenas festi Pasche, anno domini M^{o} CCC^{mo} XL^{mo} quinto.

Papíron, zárlatán a pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 93. dipl. lt. 3760. Közli: Kovács N.

304.

1345. Visegrád, apr. 15. I. Lajos király előtt Veresi Tamás és Miklós, Hartyán nevü Nógrád vármegyei birtokukat Domokos comes fiának és leányainak további öt évre elzálogosítják.

Nos Lodovicus . . rex . . memorie commendamus, quod Thomas filius Corrardi filii Elie de Verus personaliter . . est confessus . . quod licet ipse ad redemcionem possessionarie porcionis sue in possessione Harkyan vocata in comitatu Neugradiensi existenti habite, ipsum et Nicolaum fratrem suum . . iure hereditario contingentis, per ipsum Dominico filio condam comitis Dominici filii Leunardi et filiabus eiusdem pro quibus . . magister Johannes filius Alexandri avunculus eorum astitit, mediantibus literis . . Karoli olim regis . . patentibus pro quinque marcis latorum wiennensium compoti Budensis in presencia eiusdem domini Karoli regis per quinque annorum spacia pignori obligate, in termino in eisdem literis dicti domini Karoli regis contento faciendam promtus exstiterit et paratus, tamen ipse Thomas ad instantem peticionem prefati magistri Johannis dictam redemcionem possessionariam iuxta . . tenorem . . earumdem literarum dicti . . Karoli regis a predicto die seu termino redemcionis eiusdem in ipsis literis expresso, usque revolucionem aliorum quinque annorum eisdem Dominico filio Dominici et filiabus suis duxisset prorogandam, imo prorogavit coram nobis. Datum in Wyssegrad, feria sexta proxima post quindenas festi Pasche domini, anno domini M° CCC^mo XL^mo quinto.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival, a pecsét alatt e szavak olvashatók: »assecuracio magistri Alberti qui dixit vicinum suum esse«; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 391. 20. dipl. lt. 3761. Közli: Kovács N.

305.

1345. apr. 17. A szepesi káptalan a Szepes vármegyei főispántizenkét esküdt bírák- és a szolgabírák tanúságára bizonyítja, hogy a Farkasfalvi nemesek nem az aranyt adózó tíz lándzsások közül valók, hanem mindig az ország nemeseinek kiváltságait élvezték.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod cum receptis literis . . Lodovici . . regis . . sigillo ipsius annulari consignatis, in quibus nobis firmis dabatur sub preceptis. quatenus alias literas ipsius domini nostri regis. nobilibus universis comitatus Scepusiensis specialiterque nobilibus aurum regie maiestati solventibus et sub decem lanceis militantibus directas, super inquisicione infrascripta, videlicet utrum nobiles de Farkasfalua de dicto comitatu vel eorum aliquis cum dictis nobilibus aurum regie maiestati solventibus tempore aliquo aurum consolvissent seu consolvere deberent, vel aliquas possessiones optinerent auridatorias nec ne, memoratis nobilibus de Scepusio in quadam congregacione magnifici viri Nicolai magistri dapiferorum sepedicti domini nostri regis, comitis de Sarus de Scepus et Neugrad, universitati nobilium dicti comitatus Scepusiensis sabbato proximo post quindenas festi Pasche domini ex mandato regio celebrata in suburbio castri Scepusiensis exhibere per nostrum testimonium fide dignum faceremus, et tandem quidquid iidem nobiles terre Scepusiensis super premissa responderent, inquisicione eidem domino regi fideliter rescriberemus, nostrum testimonium fide dignum, videlicet magistrum Paulum notarium nostrum ad premissa misissemus exercenda.. tandem idem nostrum testimonium . . nobis retulit . . quod ipse dicto die sabbati, supramemoratis nobilibus comitatus Scepusiensis specialiterque nobilibus auridatoribus et sub decem lanceis militantibus ad predictam generalem congregacionem magistri Nicolai congregatis, ipso magistro Nicolao cum duolecim assessoribus iuratis et iudicibus nobilium pro tribunali[illegible]ate, dictas literas regias exhibuisset et ab ipsis responsionem ipsarum *sibi* dari petivisset; qui quidem as[illegible]

res iurati iudices nobilium ac ceteri nobiles comitatus Scepusiensis predicti tam auridatores quam eciam sub decem lanceis militantes ac alii universi easdem literas reverentissime recipientes et tenoribus earum diligenter perlectis perrimatis et scrutatis, unanimi et pari voto et voce taliter respondissent coram magistro Nicolao prefato, quod dicti nobiles de dicta villa Farcasii seu aliquis ex ipsis, nullo unquam tempore cum dictis nobilibus aurum regie maiestati solventibus consolvissent aurum dicte regie maiestati vel comitibus aut castellanis comitatus Scepusiensis pro tempore constitutis, nec eciam ullo unquam tempore fuissent auridatores, nec eciam aliquas possessiones habuissent et haberent auridatorias, sed semper prerogativa nobilium regni Hungarie exemtorum gratulati fuissent et deberent gratulari . . Datum in crastino sabbati sepedicti, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ quinto.

A pecsét hártyaszalagon függ, felül chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 950. 3. dipl. lt. 3763. Közli: Kovács N.

306.

1345. máj. 7. A somogyvári convent előtt Acsai János egy rétjét Benethe fiának Andrásnak zálogba adja.

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio memorie commendamus . . quod Johannes filius Andree de Acha ab una parte, Andreas filius Benethe de eadem ex altera coram nobis personaliter constituti, predictus Johannes filius Andree, unum fenile suum in territorio eiusdem ville Acha, iuxta metam et terminum terre eiusdem Andree filii Benethe a parte orientali adiacens, usque quandam arborem pomi vulgariter theleleu alma vocatam, iuxta quoddam nemus existentem, exceptis terris arabilibus suis, pro tribus marcis denariorum numero Budensi computatis . . predicto Andree filio Benethe confessus est pignori obligasse. Datum sabbato proximo post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M^o^ CCC^o^ XL^mo^ quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. ltárában »Ignota Miscellanea« 43.

307

1345. máj. 8. A váradi káptalan átírja I. Károlynak 1341. ápr. 15-én kelt levelét, melyben a király Tamás erdélyi vajdának 1340. aug. 1-én a Feliczián fia Péter- Hennig fia Bertalan- és Nagy Péter nemzetségeihez tartozó kolozsvári polgárok ellen hozott ítéletét megerősíti, kiknek összes vagyonuk bírói kézre került azért, mert 1327-től fogva a Stark és Zekul nemzetségbeli kolozsvári polgárok ellen több rendbeli károsítást és emberölést követtek el, sőt 1338-ban a várost is felgyujtották s azt egészen összerombolni és elpusztítani szándékoztak, ekkor azonban Péter alvajda segítségével a polgárok őket megtámadták és mindnyájan halálukkal bünhödtek.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis significamus .. quod providi viri et honesti, videlicet comes Thomas, Bartholomeus filius comitis Stark ac David hospites de civitate Kuluswar, ad nostram accedentes presenciam, exhibuerunt nobis quasdam literas patentes sub sigillo . . Karoli quondam regis . . hunc tenorem continentes: Nos Karolus rex . . significamus . . quod comes Thomas filius Zekul civis de Kuluswar sua et Bartholomei filii Stark ac David concivium suorum de eadem in personis, ad nostre serenitatis accedendo presenciam, exhibuit nobis quoddam privilegium magnifici viri Thome woyvode Transsilvani comitis de Zonuk, gerentis officium magisterii tavarnicatus nostri, fidelis proximi nostri modum et formam sentenciarie deliberacionis eiusdem continens infrascripti tenoris, nostram exinde humiliter flagitando excellenciam, quatenus ipsum privilegium ratum habere et . . confirmare dignaremur, cuius tenor talis est: Nos Thomas woyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . significamus . . quod cum anno dominice incarnacionis M^{mo} CCC^{o} vigesimo septimo dissensiones et discordie inter generaciones Petri filii Feliciani, Bartholomei filii Hennig et Petri magni quondam civium de Kuluswar ab una, et inter generaciones comitis Stark Zekul et eorum affines cives videlicet de eadem parte ex altera mote fuissent et exorte, et nos eorumdem dissensionum materiam ne inter eos excidium sive mors vel quamquam peius dilatari potuisset et oriri,

sed unio pacis tranquilla pocius debuisset observari, mediantibus literis nostris obligatoriis, obligaminum seriem inferius declaratam partibusque mutuo et voluntarie in se receptam continentibus, in statum pacificum prout nostri regiminis incumbit officio, reduxissemus convertendo, ita scilicet, quod si temporis in cursu et processu per quempiam parcium predictarum, rixa vel zizania aliqualis verbo opere aut facto iterato oriri vel quoquomodo evenire contigisset, pars rixam provocans et amovens vel quilibet generacione de eadem ac earum posteritates ab eadem civitate Kuluswar imo de cuiushbet parte regni Hungarie, privatis omnibus suis possessionibus et rebus universis, non absque detrimento capitis vel capitum suorum, inregressibili ordine et reformabili exclusione, tamquam regis notorius infidelis, more proscriptorum in filios filiorum .. pati debuisset; qui quidem generaciones Petri filii Feliciani, Bartholomei et Petri magni modum obligaminum predictorum conservare obnuentes, eandem eciam concordiam multis actibus nephariis et illicitis multipliciterque illatis dirumpendo horisque quampluribus in nihilum revocarant, et sic ipsam concordiam vel obligamina premissa non curantes servare, in dominica Ramispalmarum ex inductu malivolo spiritu pro cogitanda malicia animoque indurato munitis manibus contra generaciones altere partis, scilicet comitis Stark et Scekwl et aliorum proximorum suorum subito in oppressionem eorumdem irruentes, innumerabilibus factis illicitis et damnosis illatis, quosdam vulnerando, quorumdam eciam membra fustibus conterendo, in medio predicte civitatis ex proximis iamdictarum generacionum duos homines morte crudeli iugulatos dimembrarunt, qui facta dimembracione iamdicta agnoscentes tam maliciose se egisse, extra eandem civitatem ob metum suorum excessuum et delictorum fuge presidio occultarant, reos et concordie premisse retractores causa in premissa semet ipsos committentes; sed nos hoc viso volentes iuxta mala merita earumdem generacionum Petri filii Feliciani, Bartholomei et Petri magni de premissis parti premisse iudicium et iusticiam exhibere, semel secundario et vicibus quampluribus in faciem nostri iudicii habitis proclamacionibus, communiter et de iure ipsas feceramus evocari, quas tandem eo quod premissa mala

et maleficia exercuerant, et in facie nostri iudicii accedere et de eorum malis actibus nostro iudicio comparendo satisfacere recusarunt, in sentencia capitali contra generaciones Stark et Scekwl et eorum cognatos generaliter facere commiseramus convictos, et eadem generacio cum quibusdam sibi adherentibus nihil advertentes de factis prioribus sed pocius in augmentum ulterioris mali et pravi facti et publici criminis, in anno domini M° CCC^mo XXX^mo VIII° sexta feria proxima ante festum beati Martini confessoris accedentes, viam infidelitatis non postergando in detrimentum civitatis predicte, ipsam occulte et dolose intrantes ignis incendio eam exusserunt, Nicolaum et Petrum filios Stark cum aliis proximis eorum bonis quampluribus acerba morte horribiliter oppresserunt, plurimorum civium et hospitum tam pociorum quam et aliorum simplicium confractis domibus ibidem potencialiter manu hostili bona eorum penitus aufferendo, sic cum preda non minima ipsam civitatem exeuntes fugierunt; de ultimo eedem generaciones infra spacium duorum annorum inter infideles notorios regis et regni commorantes et de eisdem infidelibus regis in collegium et cohortem suam colligentes, volentesque prelibatam civitatem Kulusvar funditus destruere, et desolare, quod peius prioribus fuerat, cum dictis infidelibus regis occupare et occupatam factis hominum interfeccionibus et vastacionibus, eandem intrando annihilare, prope ipsam civitatem auxilio divino favente Pethew vicewoyvoda noster eisdem in obviam occursus et cum predicte civitatis civibus et hospitibus advenientes homines dicte generacionis, pugnis altercativis cum aliis infidelibus protunc venientibus tunc eisdem casu morte universaliter condemnarunt; quarum generacionum possessiones sicut antea sic et posterius actum ipsarum infidelitatis ob preeminentem omnino et in toto manibus nostris iudiciariis de iure exstiterunt devolute. Datum in Wyssegrad, in octavis beati Jacobi apostoli, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo. Igitur nos peticionem dicti comitis Thome filii Zekul de gracia regia favorabiliter admittentes, pretactum privilegium sentenciarium dicti domini Thome woyvode eiusdem tenore transsumto, prout rite et legitime emanatum seu confectum fore dinoscitur, auctoritate regia perenniter valiturum approbantes confirmamus. Datum

in Wyssegrad, in octavis Pasche domini, anno eiusdem M^mo CCC^mo XL^mo primo. Petentes nos non parva cum instancia, quod quia propter discrimina viarum que in periculis literarum sepe contingunt et contingere possunt, ad probaciones causarum et ostensiones iurium secum in specie deferri non auderent, tenorem earumdem transscribi transsummi et nostro sub sigillo eis tradere ad cautelam dignaremur; nos enim peticionibus eorumdem comitis Thome, Bartholomei filii comitis Stark ac David racione consonis ac iustis et legitimis annuentes, predictas literas perlegi perlectasque diligenter examinari fecimus, et quia easdem non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte in sigillo vel carta viciatas reperimus, sed omni integritate pollentes, tenorem ipsarum de verbo ad verbum transscribi et presentibus inseri fecimus sigillo nostro consignantes. Datum in quindenis festi beati Georgii martiris, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo quinto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Komáromy A.

308.

1345. Visegrád, máj. 12. István erdélyi vajda kiküldi az erdélyi káptalant, hogy Kelnuki Salamon unokáit és Enyödi Mihályt Péterfalvi Hennyg s fia Miklós birtokaiba azon módon, a mint a felek a vajda előtt kiegyeztek, iktassa be.

. . capitulo ecclesie Transsilvane Stephanus voyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . noveritis quod Stephano et Salamone filiis Nicolai filii Salamonis de Kelnuk suo et Andree Michaelis et Nicolai fratrum suorum nomine et vice ab una, et Michaele de Enyeud propria in persona parte ab altera coram nobis constitutis, propositum exstitit per eosdem . . quod ipsi ob perpetue pacis pulchritudinem . . super quibusdam possessionariis iuribus, ut in nostro privilegio continetur, taliter concordassent . . imo ex nostra permissione concordarunt coram nobis, quod possessionaria porcio quondam Nicolai filii Hennyngh de Peturfolua in eadem possessione Peterfolua vocata in comitatu Albensi existente habiti, sub antiquis et veris suis

metis, et recta dimidietas omnium vinearum eiusdem Nicolai de Peterfolua in eadem possessione Peterfolua intra metas eiusdem existencium, exceptis fundo curie et domibus quondam ipsius Nicolai de Peterfolua propriis in eadem porcione habitis, in quibus olim prefatus Nicolaus de Peturfolua propriam residenciam habuisset, et exceptis terris arabilibus pratis seu fenilibus ad eundem unum fundum curie spectantibus, ac exceptis duabus partibus cuiusdam deserti fundi quondam Hennyngh de eadem Peturfolua in eadem Peturfolua habiti, item tercia pars trium molendinorum in eadem Peterfolva currencium, item fundus curie condam prefati Nicolai de Peturfolua in civitate Sebus existens, cum omnibus suis . . pertinenciis . . predicto Michaeli de Enyeud et suis heredibus . . cessissent perpetuo . . possidende . . e converso autem predictus fundus curie condam prelibati Nicolai de Peturfolua in eadem Peturfolua in sua porcione existens, cum domibus propriis eiusdem Nicolai in quibus olim propriam habuisset residenciam, terris arabilibus pratis seu fenilibus ad eundem unum fundum curie spectantibus, item due partes omnium vinearum quondam eiusdem Nicolai de Peturfolua intra metas eiusdem Peturfolua existencium, item due partes predicti deserti fundi quondam prelibati Hennyngh in eadem Peturfolua habiti, item possessio quondam prefati Hennyngh Nogolahfolu vocata in eodem comitatu Albensi iuxta fluvium Sebus in vicinitate et commetaneitate predicte possessionis Peturfolua existens sub antiquis et veris suis metis et terminis, et quedam sessio quondam eiusdem Hennyngh vacua et habitatoribus destituta Zyluas vocata in eodem comitatu Albensi habita similiter sub antiquis suis metis et cum omnibus earum . . pertinenciis, pretactis Stephano Salamoni Andree Michaeli et Nicolao filiis Nicolai filii Salamonis et eorum heredibus . . cessissent perpetuo . . possidende . . unde cum ad premissam possessionariam divisionem homines nostri et capituli existant necessarii, amiciciam vestram petimus per presentes, quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fide dignum, quo presente Petrus vicevoyvoda noster homo noster, tercio die festi nativitatis beati Johannis Baptiste nunc venturi ad faciem dictarum possessionum et possessionariarum porcionum, vicinis et commetaneis suis uni-

versis legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedat, et easdem prout inter predictas partes ut premittitur ordinatum exstitit, dividat et ab invicem novis metis erectis separet, et cuique parti suas porciones ut premittitur statuat et relinquat, sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidere, et post hec seriem ipsius possessionarie divisionis . . et separacionis cum cursibus metarum nobis in vestris literis rescribatis seriatim ad octavum diem possessionarie statucionis prenotate. Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum festi beati Georgii martiris, anno domini M° CCC^mo XL^mo quinto.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. lt. 29137. Közli: Kovács N.

309.

1345. máj. 26. A szepesi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy midőn Szepsi határát megjárták, annak a szomszéd Somogyibeli birtokosok ellent mondtak.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . literas excellencie vestre . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Scepusiensis . . per Nicolaum iudicem et Kunchmannum iuratum cives nostros fideles de Scepsy datur intelligi nostre maiestati, quod eadem civitas nostra Scepsy metarum reambulacionibus . . plurimum indigeret, quare . . mandamus, quatenus vestrum mittatis idoneum pro testimonio, quo presente Stephanus filius Nicolai dicti Kordas vel Nicolaus frater suus de Bozyta at Dionisius filius Mark Zaadelei sive Petrus filius Andree de Januk aliis absentibus homo noster ad facies universarum terrarum dicte civitatis nostre Scepsy, convocatis vicinis et commetaneis . . reambulet easdem . . reambulatasque . . relinquat easdem civibus et hospitibus nostris civitatis nostre Scepsy antedicte si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint citet eosdem contra ipsos cives et hospites nostros ad nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem tocius facti . . nobis . . rescribatis. Datum in Wyssegrad,

in vigilia festi Ascensionis domini, anno eiusdem M^mo CCC^mo XL^mo quinto. Nos igitur .. unacum Nicolao filio Nicolai de Bozyta homine vestro supradicto, nostrum misimus hominem .. pro testimonio, videlicet magistrum Paulum notarium ecclesie nostre predicte ad premissa exequenda .. qui demum .. retulerunt, quod in crastino octavarum festi Penthecostes proxime preteriti idem homo vester dicto homine nostro presente ad facies universarum terrarum dicte civitatis vestre Scepsy, convocatis vicinis et commetaneis earumdem legitime et presentibus accessisset, et a parte ville Somogy per cursus metarum infrascriptarum, quarum prima inciperet in fine cuiusdam intermedii sulci in una antiqua terrea meta, de qua directe ad occidentem transiens ad iactum sagitte perveniret ad unam metam dearatam, abinde ad eandem plagam currendo perveniret ad unam terream metam, unde reflectitur ad meridiem vergens ad iactum sagitte velocis perveniret ad terream metam, reambulasset eandem, sed cum idem homo vester dicto homine nostro presente ipsam particulam terre metis predictis obligatam, quam eciam terram quamplures ex hospitibus de dicta Somogy pertinuisse ad dictos cives de Scepsy et fructus eiusdem percepisse, per ipsosque anno presenti seminatam fuisse astruxissent, ipsis civibus relinquere voluisset, Markus villicus de dicta Somogi suo et hospitum de eadem nominibus in facie eiusdem prohibuisset statucionem supradictam, quare dictum villicum et universos hospites de dicta Somogy quam memoratos cives de Scepsy ad vestram presenciam citasset homo vester homine nostro presente predicto, eisdem octavas festi beati Joannis Baptiste nunc venturas pro termino comparendi assignando; adiecerunt eciam, quod in ipsa reambulacione Petrus dictus Vamos de dicta Somogy, ut crederent non sine preordinacione et subordinacione, manibus armatis in dictos cives de Scepsy, consencientibus hospitibus de eadem Somogy irruisset et plures ex eis percutere et verberare nixus fuisset, nulla penitus deferendo. Datum quinto die dictarum octavarum festi Penthecostes, anno domini prenotato.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 392. 21. dipl. lt. 3765. Ugyanott megvan a szepesi káptalannak a föntebbi napról egy másik bizonyságlevele arról, hogy a határ-

járáskor Pányi Demeter bizonyította, hogy a pányi erdő az ország királyának adománya következtében a szepsi polgárok tulajdonát képezi; dipl. lt. 3767. Közli: Kovács N.

310.

1345. máj. 27. A budai káptalan előtt a margit-szigeti apáczák Szentiván nevü puszta birtokot Fehér vármegyében, Egri Jakabnak husz évre átadják azon kötelezettséggel, hogy ez a birtokot benépesíteni és évenkint egy márkát fizetni tartozik.

Nos capitulum Budensis ecclesie . . significamus . . quod cum nos ad instantissimas peticiones . . sanctimonialium de Insula Leporum nostros homines, videlicet magistros Ladislaum et Jacobum socios et concanonicos nostros ad audiendas proposiciones ipsarum . . sanctimonialium pro testimoniis destinassemus, iidem socii nostri ad nos reversi, nobis presente Andrea literato procuratore magistri Jacobi dicti de Agria civis iurati Budensis pro eodem domino suo similiter coram nobis comparente, concorditer retulerunt, quod dicte . . sanctimoniales, ut ipsarum est modus in eorum presencia eo modo dixissent viva voce, quod quandam possessionem ipsarum populis nunc penitus desolatam Scenthyuan vocatam in comitatu Albensi existentem, cum omnibus suis pertinenciis . . a die datarum presencium in spacio viginti annorum post se se contigue subsequenter futurorum, sub suis metis . . predicto magistro Jacobo de Agria sub condicionibus infradicendis, absque preiudicio iurium quorumlibet aliorum . . tradidissent . . dantes eidem magistro Jacobo omnes fructus et utilitates dicte possessionis qualicunque nominis vocabulo vocitatas utendi et percipiendi ipsis viginti annis liberam facultatem, talibus condicionibus, quod idem magister Jacobus predictam possessionem populis decorare et singulis annis singulas marcas in festo beati Martini confessoris predictis . . sanctimonialibus solvere de eadem, et ipsis viginti annis elapsis, ipsis . . sanctimonialibus sine aliqua pecunia et absque occasione predictam possessionem populis decoratam reddere et reassignare tenerentur; ad que omnia idem Andreas literatus procurator ipsius magistri Jacobi ipsum

dominum suum obligavit coram nobis. Datum sexta feria proxima post festum Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC^mo XL^mo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 47. 8. dipl. lt. 3768. Közli: Kovács N.

311.

1345. Buda, jun. 2. I. Lajos király István erdélyi vajda kérésére, ennek rokonától Dániel fia Mihálytól származott leányait több erdélyi Fehér vármegyei birtokokban fiusítja.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magnificus vir Stephanus woyvoda Transsilvanie comes de Zolnuk dilectus et fidelis cum comite Michaele filio Danielis proximo suo ad nostre serenitatis accedentes presenciam, idem Stephanus woyvoda suas, fratrum suorum et dicti comitis Michaelis filii Danielis proximi sui fidelitates et servicia proponendo, a nostra humiliter pecierunt maiestate, ut quia dictus comes Michael filius Danielis volente gubernatore deo celi heredum virilis sexus solacio foret destitutus, ob hoc filias suas quas habet vel in futurum ipsum habere contingeret, possessionum et possessionariarum porcionum suarum universarum in partibus Transsilvanie in comitatu Albensi Transsilvanie constitutarum et existencium, que iuxta regni nostri ab antiquo approbatam consvetudinariam legem post obitum eiusdem comitis Michaelis filii Danielis tamquam hominis heredum solacio orbati manibus nostris regiis applicari et pervenire deberent, veras heredes preficeremus, easdem possessiones suas et porciones possessionarias ipsis filiabus suis ascribendo donandi remanendi et legandi concedendo facultatem; nos itaque serviciis fidelibus eiusdem Stephani woyvode et fratrum suorum ac eiusdem comitis Michaelis filii Danielis proximi eorum recensitis et animo mecientes pietatis, possessiones et possessionarias porciones suas in dicto comitatu Albensi Transsilvanie, scilicet Chybar nunc alio nomine Vengarth-Kerech, item Chatha alio nomine Byrbow, item Wereseghaz, item Gerigurfaia, item

Drason, item Regurkerth, item Sahtonteluk alio nomine Benchench, item Wynchench alio nomine Rohundoph et Demeturpataka vocatas, ipsum ut dicit contingentes in dicto comitatu Albensi Transsilvanie existentes, filiabus suis et per eas ipsarum heredibus et successoribus donandi concedendi et legandi, ut eedem filie sue anime eiusdem comitis Michaelis filii Danielis patris eorum ob remedium oraciones et alia bone opera caritativa facere possint atque valeant, de plenitudine regie pietatis dedimus et donavimus facultatem, presencium literarum nostrarum patencium per tenorem, dictas filias eiusdem comitis Michaelis et ipsarum heredes dictarum possessionum suarum et porcionum possessionariarum veras et legitimas heredes instituendo preficientes, sine preiudicio tamen iuris alieni . . Datum Bude, in octavis festis Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° XL^mo quinto.

Az erdélyi káptalannak 1346. évi dec. 1-én kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Transsilv. 12. 30. dipl. lt. 3812. Közli: Kovács N.

312.

1345. jun. 3. I. Lajos király a magban szakadt Orros Péter pozsonyi alvárnagy Pozsony vármegyei összes birtokait Morochuk mester Hont és Beregh vármegyei főispánnak adományozza.

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod magister Maruchuk filius Johannis aule nostre miles, comes Huntensis et de Beregh, dilectus nobis et fidelis, ad nostre serenitatis accedendo presenciam, suas fidelitates et servicia multipharia, primum tempore . . Karoli . . regis . . eidem patri nostro, ipso sceptra huius regni Hungarie laudabiliter gestante, et demum eodem genitore nostro volente gubernatore deo celi cuius nutui nil resistit ab erumnis huius seculi erepto regnique Hungarie regimine ad nos iure successionis paterno nobis debiti devoluto, nostre maiestati summa strennuitate et constanti fidelitate ac sollicitudine ferventi exhibitas et impensa proponens et declarans ac in memoriam nostre reducens et revocans maiestatis, universas possessiones quon-

dam magistri Petri dicti Orrus vicecastellani Posoniensis . . asserens ipsum magistrum Petrum dictum Orrus heredum solacio orbatum decessisse, et ex eo possessiones suas nostre regie collacioni pertinentes, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit; nos igitur qui ex debito regie nobilitatis que in beneficiis fidelibus suis largiendis continue increscere debet et singulorum nobis fideliter obsequencium merita diligenter prensare et prensata digne retribucionis premio confovere debemus volentes pro suis serviciis meritoriis et fidelitatibus eiusdem magistri Marochuk regia gracia occurrere donativa, licet pro eisdem ampliora antidotum premia mereretur, tamen ut suos magnos labores et servicia ac fidelitates aliqua mercede reficiamus et restauremus, pro eiusdem magistri Marochuk fidelitatibus et serviciis diversis nostris et regni nostri negociis plurimum opportunis et admodum necessariis, locis continuis et debitis temporibus cum summe fidelitatis constancia et promta sollicitudine diversis fortune casibus se submittendo exhibitis et impensis, universas possessiones eiusdem magistri Petri dicti Orrus . . specialiter . . possessionem Apka vocatam in qua ecclesia beati Michaelis archangeli existit constructa, quam idem magister Petrus dictus Orrus a nobilibus iobagionibus castri Posoniensis de Ilka pro sexaginta marcis denariorum viennensium, marcam cum decem pensis quamlibet computando, mediantibus literis capituli Posoniensis privilegialibus precio compararat, et demum dictam emcionem eidem prefatus . . Karolus rex . . privilegio suo duplicato mediocri cum sigillo suo consignato in partibus Transalpinis casualiter deperdito confirmarat, ut dictam emcionem in eisdem literis privilegialibus pretacti capituli Posoniensis, et pretactam confirmacionem patris nostri in eiusdem literis privilegialibus duplicatis nobis exhibitis vidimus contineri, item possessiones . . Dudwagzegh et Anya nominatas, quas similiter idem magister Petrus dictus Orrus a domina relicta condam comitis Kenez, Philippo et Petro filiis suis ac Simone genero ipsius comitis Kenez in eodem capitulo Posoniensi mediantibus literis privilegialibus eiusdem pro centum marcis argenti ut in dictis literis privilegialibus preallegati capituli Posoniensis nobis presentatis conspeximus, precio comparasse dinoscebatur, nec-

non . . possessionem Beel vocatam quam Gregorius maior filius Martini filii Bugar predicto magistro Petro dicto Orrus mediantibus literis patentibus sepedicti capituli Posoniensis pro septuaginta marcis denariorum viennensium, singulis decem pensis computatis, ut series pretactarum literarum sepefati capituli Posoniensis patencium nobis demonstratarum nos edocebat, impignorarat, ipsam possessionem Beel in eodem statu impignoraticio, iuxta seriem earumdem literarum quibus mediantibus exstitit impignorata permittendo, cum omnibus earum . . pertinenciis . . sub iisdem metis . . quibus per priores possessores suos exstiterunt . . possesse, eidem magistro Marochuk aule nostre militi et per eum suis heredibus . . de consilio et beneplacita voluntate . . Elizabeth regine . . genitricis, et domini Stephani ducis fratris nostrorum charissimorum, necnon prelatorum et baronum nostrorum consilio prematuro . . donavimus eo iure quo ad nostram collacionem pertinere dinoscuntur, titulo nove donacionis nostre, perpetuo . . possidendas . . presentis privilegii nostri patrocinio mediante, sine preiudicio iuris alieni; in cuius rei memoriam . . presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum per manus . . magistri Thatamerii Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC^mo XL^mo quinto, tercio nonas mensis Junii, regni autem nostri anno quarto . . Chanadino Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, Colocensi sede vacante, Dominico Spalatensi et Nicolao Jadriensi archiepiscopis, Ladislao Quinqueecclesiensi, Nicolao Agriensi, Andrea Waradiensi et altero Andrea Transsilvano, Colomano Jauriensi, Jacobo Zagrabiensi, Petro Syrmiensi, Michaele Wachiensi, Gallyardo Chanadiensi, Stephano Wesprimiensi, fratre Wyto Nitriensi et Laurencio Boznensi ecclesiarum episcopis . . Nicolao palatino et iudice comanorum, Stephano woyvoda Transsilvano comite de Zonuk, Laurencio magistro tawarnicorum nostrorum comite Nitriensi, comite Paulo iudice curie nostre, Nicolao tocius Sclavonie, Dominico de Machow banis, Paulo magistro tawarnicorum reginalium, Nicolao de Zech dapiferorum, Dionisio agazonum, Nicolao pincernarum nostrorum magistris et magistro Nicolao Treutul comite Posoniensi . .

A kettős pecsét veres és sárga selyemszálakon függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 8. 2. dipl. lt. 3772. Közli: Kovács N.

313.

1345. Komárom, jun. 20. Komáromi Dancs mester a bazini Sebestől zálogban bírt Sumberg nevü birtokot végrendeletileg leányának Klárának, a nevezett Sebes nejének hagyja.

Ego magister Donch de Kamarun memorie commendo . . quod quia domino vocante me senciens de hoc seculo transiturum, et cum laborarem in extremis et decumberem in lecto egritudinis, licet eger corpore tamen compos mee mentis, inter alios disposicionis mee articulos possessionem Sumberg vocatam cum omnibus suis utilitatibus . . mihi pro quingentis marcis denariorum pignori per magistrum Sebus obligatam, prout in literis capituli ecclesie Strigoniensis plenius continetur, domine Clare filie mee karissime, consorti predicti magistri Sebus et suis pueris, scilicet nepotibus et neptis meis ac ipsorum heredibus testamentaliter lego et dono perpetuo possidendam . . eo videlicet modo, quod quandocunque predictus magister Sebus ipsam possessionem redimere pro se ipsa pecunia quingentarum marcarum voluerit, extunc coram magistro Stephano filio meo dilecto, a domina filia mea vel suis pueris superius declaratis habeat liberam redimendi facultatem, alioquin sepedictus magister Sebus vel ipsius proximi et ab aliis consortibus suis procreati sui heredes se intromittere ad sepefatam possessionem nullo modo habeant auctoritatem; si qui eciam filiorum meorum huic mee donacioni contraire voluerit, in maledicione domini Jesu Christi et sue matris ac mea sit perpetuo condemnandus. Datum Kamarini, quarto die ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo CCC^{mo} XXXX^{mo} quinto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 357. 37. dipl. lt. 3773. Közli: Kovács N.

314.

1345. jul. 2. A somogyvári convent a királyné nemes hadviselő jobbágyai és a margit-szigeti apáczák Bécz nevű birtokának határjárásáról bizonyságlevelet ad.

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio memorie commendamus . . quod comes Nicolaus de Kasuk officialis . . sanctimonialium ecclesie beate virginis de Insula Leporum, in persona earumdem dominarum . . ab una parte Michael filius Damiani, Georgius filius Bodya, Gregorius filius Petheuch, Paulus filius Clementini et Blasius filius Bas nobiles iobagiones domine regine exercituare solentes de villa Belch ut dixerunt ab altera, coram nobis personaliter constituti, propositum per eosdem . . exstitit . . quod in causa quam racione metalium separacionum inter possessionem ipsorum nobilium Belch vocatam et possessionem ipsarum . . sanctimonialium similiter Belch nuncupatam fiendam, usque ad diem datarum presencium contra sese movissent vel movere voluissent, propter debitum pacis proborum virorum composicione et ordinacione mediante plenarie concordassent . . ac easdem possessiones tam nobilium predictorum quam dominarum premissarum metis et terminis infrascriptis perpetua stabilitate duraturas ab invicem separassent . . quarum prima meta incipit in una magna via a parte orientali, progreditur ad occidentalem et pervenit ad angulum horti Gregorii filii Petheuch ad metam terream, de qua progreditur in eadem via ad eandem plagam occidentalem et pervenit ad arborem kottani et ad tres metas terreas, de quibus divertitur ad partem septemtrionalem et pervenit ad duas metas terreas antiquas, deinde reflectitur ad occidentem et pervenit ad pratum seu rivulum vulgariter Serefelhida nuncupatum et in meatu eiusdem rivuli declinatur ad partem meridionalem saliendo unam magnam et pervenit ad aliam magnam viam, et saliendo ipsam pervenit ad unam arborem pomi sub qua sunt due mete terree, et ibi terminantur, que mete ad partem septemtrionalem separant dominabus predictis, ad partem vero meridionalem nobilibus memoratis, tali moderaminis vinculo interiecto et per prenominatos

nobiles voluntarie in se assumto, quod si qui ipsorum racione possessionis vel metarum ereccionis contra premissas religiosas dominas in forma litis insurgeret, non audiretur in sua accione nisi prius tribus marcis ante litis ingressum persolutis. Datum sabbato proximo post octavas nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XL^mo^ quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 57. 12. dipl. lt. 3774. Közli: Kovács N.

315.

1345. Kalkochfői táborban, jul. 16. I. Lajos király a horvát lázongók elleni hadjáratában a vele volt Torna vármegyei nemesek megkérdezése után a Nagyvárad nevű hegy alatt elterülő Tapolczafő nevű birtokot Torna vármegyében, melyet a Görgő falubeli lakosok elfoglaltak, Méhesi Péternek és Móricznak ítéli.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod licet Johannes filius Petri de Mehes dudum in antea nostre super eo, ut quedam particula terre ipsius hereditaria Thapolchafeu dicta in comitatu de Torna sub monte Noghwarad vocato adiacens, ad duo scilicet aratra sufficiens, per populos ville Gergew nuncupate indebite occupata detineretur, querimoniam porrexerit maiestati, et nobis hactenus in eo ut ipsa particula terre eidem Johanni dicto iure hereditario pertinere debeat veritas suffragari non valuerit, tamen quia nunc in presenti nostro exercitu in quo divino nutu mediante esse dinoscimur, ex diligenti et fideli requisicione fidelium nobilium nostrorum antedicti comitatus de Torna et eciam aliorum quamplurimorum nobilium in dicto nostro exercitu adherencium super eo, ut prefata particula terre ad ipsum Johannem filium Petri hereditario iure pertinere debeat et per ipsos populos prefate ville nostre Gergew indebite occupata sit et existat, veritate omnimoda fuimus informati, ob hoc habita matura deliberacione baronum nostrorum nobiscum existencium, advertentes quod ex debito suscepti regiminis nostri officio quemlibet nostrorum regnicolarum in suis iuribus illese conservare debe-

mus, consideratis eciam et pariter circumspectis fidelissimis serviciis annotati Johannis filii Petri, quibus ipsum in diversis nostris et regni nostri expedicionibus adfuisse adesse et servivisse ex certa sciencia agnovimus, predictam terre particulam ad duo scilicet aratra sufficientem, cum omni plenitudine sui iuris et utilitatum integritate, a populis prescripte ville nostre Gergew presencium literarum nostrarum serie mediante auferentes, sub suis veris metis et antiquis quibus ab antiquo habita exstitit et possessa, iamdicto Johanni filio Petri et per eum Nicolao filio Mauricii fratri scilicet suo patrueli eorumque heredibus . . reddidimus et restituimus . . Datum in descensu nostro in Kalkochfeu, sabbato proximo post festum divisionis apostolorum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo quinto.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; a pecsét alatt, valamint belől az oklevél alsó szélén e szavak olvashatók: »relacio Andree filio Lachk ex parte regis presentibus voyvoda et baronibus«. Eredetije a N. Muzeumban, a Hamvay cs. ltárában.

316.

1345. Byhygh (Bihács) melletti táborban, jul. 22-én. I. Lajos király előtt Komáromi Dancs fia László Sumberg nevü birtokban zálogos részét Bazini Sebes mester sógorának visszabocsátja.

Nos Lodovicus . . significamus . . quod magister Ladislaus filius magistri Donch de Kamarun ab una, et magister Sebus de Bozyn parte ab altera coram nobis constituti, idem magister Ladislaus . . est confessus, quod ipse suam porcionem in quadam possessione impignoraticia Sumberg vocata, quam prefatus magister Sebus dicto magistro Donch patri suo pro quadam summa pecunie impignoraverat, ob stricte fraternitatis et proximitatis amorem eidem magistro Sebus, salvis porcionibus fratrum suorum, cum omni sui iuris plenitudine et utilitatum integritate . . resignavit coram nobis magistro Sebus et suis heredibus perpetuo possidere, nullum ius et dominium sibi et suis heredibus in dicta possessione impignoraticia pro sua porcione ipsum tangente reservando. Datum in descensu nostro iuxta Byhygh, in festo beate Marie Magdalene, anno domini M^o CCC^o XXXX^mo quinto.

Hátlapján a nagy királyi pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 357. 24. dipl. lt. 3775. Közli: Kovács N.

317.

1345. Sáros, aug. 1. Sáros vármegye ispánja és szolgabírái előtt Sóvári László, Sinka fiát Pétert Sóvár nevü birtok használatától tiltja.

Nos magister Johannes vicecomes et quatuor iudices nobilium de Sarus damus pro memoria, quod comes Thomas unus ex nobis quatuor iudicibus et Beke de Delne quos ad peticionem magistri Ladislai dicti Sows de Sowar cum nostro sigillo ad faciendam prohibicionem transmiseramus, ad nos reversi sigillumque nostrum reportantes dixerunt, quod predictus magister Ladislaus magistrum Petrum filium Sinca et ad ipsum pertinentes ab usu et percepcione omnium utilitatum possessionis sue Sowar vocate et ad ipsam pertinentis, prohibuisset iuris ordine mediante coram ipsis. Datum in Sarus, feria secunda proxima ante festum beati Sixti pape, anno domini M° CCC° XL^mo^ quinto.

Papíron, zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a sóvári Soós cs. ltárában.

318.

1345. aug. 2. A vasvári káptalan bizonyítja, hogy Mesteri Herrand fia Móricz a Héderváry Miklós fiát Istvánt illető tíz márka fizetésére a királyi hadbaszállás megszüntének tizenötöd napjáig halasztást nyert.

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castro Ferreo damus pro memoria, quod cum magister Mauricius filius Herrandi de Mestur magistro Stephano filio Nicolai de Hedruhuar iuxta continenciam literarum nostrarum domino regi rescripcionalium in octavis festi sancti Jacobi apostoli proxime preteriti in villa Kald coram nostro testi-

monio decem marcas solvere debuisset, ipso termino adveniente, ipsam solucionem decem marcarum sicut nobis Bartholomeus clericus chori nostri ad id transmissus reversus recitavit, prefatus magister Mauricius per literas regias tandem nobis exhibitas, ad quindenas residencie presentis exercitus domini regis prorogari procurasset, sicut eciam in eisdem literis regis conspeximus contineri. Datum secundo die octavarum prenotatarum, anno domini M° CCC° XL^mo quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Amade cs. marczaltői ltárában őriztetik.

319.

1345. Kompolth, aug. 10. Heves vármegye ispánjai és szolgabírái bizonyságlevele Kemén mesternek és fiának: Rédei Demeter fia Olivér részére történt megintéséről.

Nos Stephanus et Compoldus magistri comites de Heweswyuar et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod feria quarta proxima in die beati Laurencii martiris magister Kemin de medio universorum nobilium exsurgendo, proposuit in personis Petri filii sui cum procuratoribus literis conventus ecclesie beate Margarete virginis de Hotwan, qui coram nobis prohibuit faciat faciem (így = facie ad faciem) Oliverium filium Demetrii de Rede deportacione vicinorum suorum utilitatum ad predictam sessionem usque quindenas datarum presencium, et coram nobis prohibuit. Datum in Kump(olth), in termino prenotato, anno domini M° CCC^mo XL^mo quinto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1098. 50. dipl. lt. 3776. Ugyanott megvan ezen ispánoknak és szolgabíráknak 1345. jul. 27-én kelt bizonyságlevele is arról, hogy Rédei László fiainak, Lászlónak és Miklósnak, rédei hidvégi és fancsali birtokrészeik elfoglalásától Rédei Dezső fiát Jakabot intették. dipl. lt. 26979. Közli: Kovács N.

320.

1345. Visegrád, aug. 12. Miklós nádor a Jánok és Magyar nevü Pozsony vármegyei birtokok között fekvö hatszáz hold vitás földterületböl négyszáz holdat Magyari Farkasnak és Tábor fiainak, kétszáz holdat pedig Jánoki Domokos fiának Miklósnak ítél.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod cum super facto cuiusdam particule terre quam Johannes filius Farcasii sub anno domini M° CCC^mo XL^mo primo, in congregacione . . Willermi Drugeth condam palatini et iudicis comanorum predecessoris nostri, universitati nobilium comitatuum Posoniensis et Musuniensis feria tercia proxima post festum Omnium Sanctorum in civitate Posoniensi celebrata, de possessione sua Magyar vocata occupatam et ad possessionem Nicolai filii Dominici Januk nominatam applicatam fuisse proposuerat, ipse vero Nicolaus filius Dominici nullam particulam de ipsa possessione Magyar se habere asserendo, super ipsa possessione sua Januk efficacia se habere instrumenta allegarat, et ipsa sua instrumenta in terminis per ipsum palatinum legitime sibi datis, nunc per regiam benignitatem nunc eciam parcium voluntate interveniente dilatatis, assumserat exhibere, per eundem Johannem filium Farkasii litigionarie quescionis materia contra eundem Nicolaum filium Dominici mota et suscitata ac diucius primo coram eodem Wyllermo palatino et demum coram nobis, prout in prioribus literis nostris privilegialibus diffinitive nostre sentencie modum continentibus exinde confectis cunctis intuentibus evidencius declaratur, ventilata exstitisset, et demum in ultimo ipsius instrumentalis exhibicionis termino, videlicet in octavis diei Strennarum, sub anno domini M° CCC^mo XL^mo tercio transactis, quia procurator ipsius Nicolai filii Dominici non super ipsa possessione Januk ut assumserat, sed super ipsa possessione Magyar per totum processum ipsius cause denegata quedam literalia instrumenta modici roboris, imo omni vigorositate destituta presentarat, ex eoque in valore et in quantitate estimacionis ipsius particule terre exstiterat aggravatus,

et licet iam dictus Nicolaus filius Dominici in valore dicte particule terre ab eo iuris ordine reobtente legitime convictus exstiterit, verum tamen quia eiusdem particule terre valoris quantitas nobis tunc non constarat . . capitulo Jauriensis ecclesie scripseramus, eorum amiciciam . . postulantes, ut hominem eorum . . transmitterent, quo presente Andreas filius Gregorii serviens noster specialis et Elias filius Nicolai extraneus, homines nostri, sexta feria proxima post diem Cinerum tunc proxime venturum, ad faciem ipsius particule terre litigio reobtente . . accedendo, eandem particulam terre . . reambulando et . . a vicinariis possessionibus sequestrando, eidem Johanni filio Farkasii statuerent, contradiccione ipsius Nicolai non obstante, perpetuo possidendam, visa eciam ipsius particule terre qualitate quantitate et utilitate, estimarent . . premisse autem particule terre statucioni contradiccio aliorum propter longivam ventilacionem ipsius litigionarii processus obstare non valeret, sed si qui in ipsa particula terre aliquod ius habere se sperarent, ordine iuris prosequentur a Johanne supradicto; post hec . . tocius processus seriem ad octavas diei Cinerum tunc venturas . . rescribendo nobis remandarent. Quod quidem capitulum . . nobis . . rescripserat eo modo, ut cum ipsum capitulum cum prenominatis Andrea filio Gregorii et Elia filio Nicolai hominibus nostris . . magistrum Nicolaum archidiaconum Supruniensem socium et concanonicum ipsorum . . ad premissa exequenda destinassent, demum ipsi . . recitassent, quod ipsi feria sexta proxima post prefixum diem Cinerum ad faciem ipsius particule terre litigio reobtente Magyar nominate, vicinis et commetaneis suis universis convocatis, presentibus partibus accedendo, talibus metarum distinccionibus eam reambulassent . . quod primo incipiendo a plaga meridiei iuxta loca duarum antiquarum metarum a parte possessionis Gwmba, deinde tendendo ad partem occidentis pervenissent primo ad unam metam antiquam a parte possessionis Chakan, iuxta quam quidem antiquam metam aliam novam metam erexissent, abhinc per eandem plagam occidentis in vallem Tekeregweuleg dictam pervenissent ad tres metas antiquas, iuxta quas alias tres novas erexissent, deinde per eandem plagam tendendo ad occidentem, a parte possessionis Januk

Johannis filii Farkasii metam angularem possessionis sue Magyar fuisse et destructam seu abolitam exstitisse asseruisset, et ibi unam metam novam erexissent angularem, cuius ereccioni ipse Nicolaus filius Dominici contradixisset, eo puod in sua possessione erectam fuisse indicasset, abhinc ad partem eiusdem possessionis Januk ulterius procedendo, sepedictus Johannes filius Farkasii metas possessionis sue Magyar olim fuisse, sed tunc destructas seu abolitas esse affirmasset, et ibi septem novas metas erexissent, quarum septem metarum ereccioni dictus Nicolaus filius Dominici contradixisset, quia in sua possessione erectas fore allegasset, deinde pervenissent ad fluvium Kasekyn nominatum, quem transeundo iuxta metas possessionis Gwr, nullo contradictore existente tres metas novas erexissent, abhinc ulterius procedendo iuxta metas Chenkezfeuldé duas metas novas erexissent, quarum quidem duarum metarum ereccioni Nicolaus filius Hermani personaliter ibi adherendo nullo contradictorio obstaculo obviasset, predictus autem Nicolaus filius Dominici easdem septem metas novas et unam angularem tunc de novo erectas in possessione sua Kukenzorm dicta, Johannes vero in particula possessionis sue Magyar predicte esse contrariose asseruissent, ipse eciam Nicolaus filius Dominici possessionem Magyar ab eo reobtentam in latitudine quatuor iugerum usque brachium Danobii Nogvyz vocatum protendi dixisset, huiusmodi tamen terre metarum ereccioni non contradixisset, sed idem Johannes filius Farkasii dictas metas in sua possessione fore erectas affirmasset, deinde brachium Danobii transeundo usque lacum Holtwyz pervenissent, et eandem terram usque ipsum lacum cum insulis dictus Johannes suam fore allegasset, Nicolaus vero filius Dominici predictus in possessione sua Kukenzorm esse affirmasset, et postmodum intra metas ipsius possessionis Magyar simul cum pascuis sexcenta iugera terrarum mensurassent, silvam vero visu considerando ad quinque iugera, pratum autem et fenilia ad decem iugera estimassent, et dum eandem terram Magyar estimari facere voluissent, nobiles comprovinciales non more comprovinciali sed regni consvetudine exigente estimare voluissent, sicque estimacio earumdem terrarum reambulatarum fieri nequivisset, et quia ab inicio

inchoacionis dicti litigionarii processus usque eiusdem consummacionem quantitas ipsius terre per eundem Johannem filium Farkasii a prelibato Nicolao filio Dominici reobtente nullas declarata fuisse reperiebatur, dum eundem Nicolaum filium Dominici nostra, baronum nobiliumque regni iudiciaria sentencia in estimacione dicte particule terre condemnasset et in reambulacione eiusdem ambe partes eandem particulam terre maiorem et minorem esse asserendo contradictorio obstaculo sibi invicem obstitissent, sicque super quantitate eiusdem particule terre ad litigii discrimina et litigionarie quescionis materiam coram nobis denuo devenissent, et ipse litigionarius processus coram nobis diversis cautelis intervenientibus usque octavas festi beati Georgii martiris proxime preteritas iuxta diversarum literarum nostrarum exinde confectarum continencias et tenores dilatorie fuisset prorogata, et in iamdictis octavis ipse Johannes filius Farkasii contra eundem Nicolaum filium Dominici de Januk agere voluisset, Michael filius Jacobi famulus eiusdem Nicolai filii Dominici ad nostram veniendo presenciam, literas domini nostri regis prorogatorias pro eodem Domino suo nobis presentarat, per quas regia benignitas causam eiusdem Nicolai ad quindenas residencie sui exercitus precipiebat prorogari; quia vero tenor literarum nostrarum prorogatoriarum ad iamdictas octavas festi beati Georgii martiris confectarum expresse declarabat, ut si cum eodem Johanne filio Farkasii ipse Nicolaus filius Dominici usque easdem octavas festi beati Georgii martiris concordare non posset, extunc eandem causam literis regalibus, reginalibus, racione eciam exercitus vel aliqua alia cautela adinventa ulterius nullatenus valeret prorogare; adhuc eciam ipsa regalis benignitas volens quemquam potiri suo iure, literatorie nobis edixerat in mandatis, ut spontaneas litigancium obligaciones ulterius nullatenus differemus, sed secundum quod quisque se obligasset, iuxta exigenciam ipsius obligacionis debitum finem imponeremus equitate svadente; pro eo predictus Michael famulus dicti Nicolai percipiens, ut ipsam causam tam ex premissa obligacione in dictis literis nostris prorogatoriis contenta, quam eciam ex speciali regie maiestatis commissione et edicto amplius non valeret prorogare, mox cum patentibus

procuratoriis literis capituli ecclesie Nitriensis pro eodem domino suo astando, prescriptum Joannem filium Farkasii, utrum ipse in causa prenotata pacem et concordiam cum eodem domino suo se habuisse recitaret vel ne, cum prefate pacis concordiali federe ipsam causam fuisse solidatam inter ipsos nomine domini sui predicta procuratoria auctoritate asseruerit, duxerat requirendum, qui quidem Johannes ad requisicionem procuratoris dicti Nicolai filii Dominici nullam concordiam in premissa causa cum eodem Nicolao se habuisse recitarat, et aliquam pacem se fecisse cum eodem penitus abnegarat; ad cuius quidem facte pacis concordialis unionis comprobacionem pretactus Michael procurator eiusdem Nicolai filii Dominici quasdam literas privilegiales dicti capituli Nitriensis ecclesie anno in presenti sabbato proximo ante dominicam Oculi emanatas nobis presentarat, quarum series inter cetera expresse declarabat, quod Johannes et Nicolaus filii Farcasii, Dauid Emericus et Andreas filii Tabur de Magyar comitatus Posoniensis ab una, item Nicolaus filius Dominici nobilis de Januk eiusdem comitatus parte ab altera coram ipso capitulo Nitriensi personaliter constituti exstitissent, prescriptique filii Farkasii et filii Tabur quandam particulam terre de possessione Januk memorata, inter metas villarum Chakan et Wyuasar vocatarum adiacentem, quam ad possessionem Magyary eorum prenotatam diucius lite ventilante applicare conati exstitissent, cum utilitatibus eiusdem universis, per veteres suas metas sub quibus predictus Dominicus pater ipsius Nicolai et sui predecessores ipsam particulam terre possedissent, ut omnis litis et contencionis materia pretextu particule terre memorate de ipsorum medio penitus evelleretur, propter bonum pacis et concordie unionem, interveniente eciam ordinabili composicione proborum virorum comprovincialium parcium utrarumque, receptis triginta quinque marcis, marcam quamlibet cum decem pensis computando, ab eodem Nicolao filio Dominici coram ipso capitulo eis plene persolutis, dicto Nicolao filio Dominici et suis heredibus . . resignassent perpetuo possidere . . totum ius et dominium in ipsum Nicolaum filium Dominici et suos successores transferendo, tali obligacione mediante, quod si ipsi vel eorum heredes . . ipsum Nicolaum vel suos heredes . .

racione dicte particule terre temporis in processu impetere attentarent, in succubitu duelli facti potencialis convincerentur eo facto; si vero alii quicunque pretextu sepefate particule terre ipsum Nicolaum vel suos posteros impedire niterentur, extunc prefati filii Farcasii et filii Tabur propriis eorum laboribus et expensis expedire tenerentur; et quod literas seu privilegia si que vel quas in fraudem ipsius Nicolai et suorum heredum sepefati nobiles de Magyar reservarent, vigore carerent firmitatis cum contra dictum Nicolaum vel suos heredes in facto dicte particule terre ad lucem fierent demonstrate. Adhuc eciam dictus procurator ipsius Nicolai filii Dominici quasdam literas clausas eiusdem capituli Nitriensis super quadam inquisicione inferius exprimenda rescripcionales ad firmius stabilimentum iamdicti composicionalis privilegii presentarat, in quarum tenoribus idem capitulum ad nostram requisicionem literatoriam, super eo, utrum Nicolaus filius Dominici de Januk in causa quam Johannes et Nicolaus filii Farkasii, David Emericus et Andreas filii Tabur de Magyar super quadam particula terre in dicta possessione Januk nominata habuerant, coram eis ad plene pacis et concordie unionem devenerint vel ne, eis transmissam, nobis responderant eo modo, quod Nicolaus filius Dominici de Januk ab una, Johannes et Nicolaus filii Farkasii, David Emericus et Andreas filii Tabur de Magyar parte ab altera, super quadam particula terre in dicta possessione Januk habita, ad plene pacis unionem coram ipsis devenissent, de quo litere ipsorum super ipsa pace inter partes memoratas emanate nos ad plenum possent informare. Visis itaque dictarum literarum privilegialium et clausarum composicionis et super dicta inquisicione responsionis modos declarancium tenoribus, sepedictus Joannes filius Farkasii tali contradiccionis obstaculo obviarat, ut ipse litere privilegiales composicionem declarantes non per suam et fratrum suorum predictorum confessionem, sed nequiciose et falsa suggescione fuissent emanate, nam si ipse cum eodem Nicolao aliquam concordiam habuisset, tunc eandem in presencia nobilium infrascriptorum ad quorum arbitrium se submisissent, fecissent cum eodem; adhuc eciam si premissa composicionaria unio ad ipsorum confessionem iuste facta exstitisset, et ipsum com-

posicionale privilegium veritate fulceretur, extunc ipse Nicolaus filius Dominici post emanacionem dicti composicionalis privilegii, predictis literis nostris prorogatoriis et obligatoriis postremo emanatis, ad hoc, ut ab ipsis octavis premissis cautelis ulterius ipsa causa non valeret prorogari, se nullatenus obligasset, insuper eciam idem Michael procurator dicti Nicolai filii Dominici, qui ad ulteriores prorogaciones faciendas eundem Nicolaum premissa procuratoria auctoritate nulla caucione adinventa posse habere facultatem obligasset, in regia presencia comparendo ad arbitrium trium nobilium acceptandum, sub pena viginti marcarum absque iudiciaria porcione ei persolvendarum eundem Nicolaum innodasset, et ad huiusmodi verborum suorum cerciorem declaracionem, ad ipsiusque composicionalis privilegii maioris falsitatis apparenciorem comprobacionem, quasdam clausas literas . . Lodovici . . regis . . feria quarta proxima ante dominicam Judica anno in presenti in Wyssegrad emanatas, et tempore nobis exhibicionis nondum abcisas, nobis presentarat expresse declarantes, quod Johannes filius Farkasii de Magyar ab una, et Michael filius Jacobi famulus dicti Nicolai filii Dominici de Januk pro eodem domino suo parte ex altera in regali presencia legitime comparentes, astantibus ipsis Andych fratre Fako, Andrea filio Nicolai et Ladislao filio Petri coram domino nostro rege prenotato confessi exstitissent, quod ipsi se in causa quam dictus Johannes filius Farkasii contra ipsum Nicolaum filium Dominici habuisset, arbitrio eorumdem Andree Andych et Ladislai submisissent isto modo, quicquid iidem tres homines quandocunque ante festum beati Georgii martiris tunc venturum circa ecclesiam Magyary arbitrarentur inter ipsos, utraque parcium teneretur acceptare, iudicia viginti marcarum absque iudiciaria porcione ante litis ingressum ipse Nicolaus filius Dominici contra eundem Johannem persolvendarum supportaret si arbitrium dictorum arbitrorum acceptare non curaret, ad quod nec ipsum Nicolaum dominum suum obligare debuisset, si premissa composicio non sub falsa suggescione et suggesta falsitate fuisset emanata. Quarum quidem literarum regalium ad premissum arbitrium sub pretacto vinculo faciendum obligatoriarum tenoribus suo modo explicatis, et altercatoriis alle-

gacionibus dicti Johannis filii Farkasii indicium falsitatis ipsius composicionalis privilegii coram nobis contra ipsum privilegium propositis, cum nos eundem Michaelem procuratorem dicti Nicolai filii Dominici, qui et dictas literas obligatorias domini nostri regis et nostras sub premissis tenoribus fecerat emanari, et tunc eciam legitimi procuratoris fungens officio pro eodem comparendo, dictum composicionale privilegium cum ipsis literis inquisicionalibus eandem composicionem non confirmantibus sed pocius infirmantibus exhibuerat super eo requisivissemus, ut si dictus Johannes filius Farkasii et alii predicti cum eodem Nicolao filio Dominici composicionem fecissent prenotatam, et ipsa composicio legitime processisset inter ipsos, cur ipse predictas literas obligatorias regias et nostras post emanacionem prefati composicionalis privilegii procurator existens fecisset emanari nomine ipsius domini sui in contrarium composicionis prenotate, qui dictas literas obligatorias regales et nostras de voluntate et precepto dicti domini sui se emanari fecisse pluries per nos requisitus affirmarat, sed de non exhibicione dicti prius emanati composicionalis privilegii tempore emanacionis dictarum literarum obligatoriarum nullam pretenderat racionem, et licet ipsius composicionalis privilegii falsitas suggesteque falsitatis emanacio cunctis sane intuentibus primum in eo, quod ipse idem Nicolaus plenam confidenciam suo composicionali privilegio non adhibens literis inquisicionalibus ipsum suum privilegium firmare anhelarat, adhuc eciam in eodem composicionali suo privilegio maximam habens diffidenciam in termino sue cause ipsum ausus non fuerat exhibere, sed causam et dictum privilegium continebat plena concordia terminatam et decisam diversarum obligacionum vinculis superius declaratis prorogarat, et tunc eciam in octavis festi beati Georgii martiris idem composicionale privilegium exhibere et suam concordiam adhuc amplius queritaret occultare, dilatorias cautelas ipsius sui composicionalis privilegii non exhibicionis supterfugia queritando, satis manifesta declaracione apparuerit, ex eoque finem debitum imponere debuissemus, volentes tamen ob maioris iusticie evidenciam ad finalem ipsius cause sentencionalem discussionem absque ulteriori prorogacione per nos imponenda eundem Nico-

laum filium Dominici propria in persona de prelatorum baronumque regni et nobilium consulti consilio comparere, vigesimum secundum diem festi Corporis Christi coram nobis personaliter comparendi utrisque partibus pro termino assignaramus eo modo, ut tam ipsi filii Farkasii et filii Tabur, quam eciam dictus Nicolaus filius Dominici finali discussioni ipsius cause in ipso vigesimo secundo die festi Corporis Christi coram nobis personaliter deberent comparere, nam si quis ipsorum personaliter non compareret procuratorem pro se mittendo, vel simpliciter non veniret, extunc ipsum iuxta ipsius cause exigenciam sentencialiter convinci committeremus in premissis. Quo quidem termino finalis decisionis dicte cause occurrente, partibusque ex utraque parte personaliter coram nobis comparentibus, licet ipsam causam moderamine sue equitatis decidere voluerimus, ad instantem tamen peticionem . . Chanadini . . archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui et aliorum regni nobilium, de parcium voluntario consensu, ad pacis federa ibidem facienda easdem partes duximus transmittendas; que quidem partes tandem ad nos reverse, corda conciliantes turbata, ut omnis litis rancoris invidie et cuiuslibet discolositatis materia hactenus inter ipsos habita et exorta sincere pacis pulchritudine et perfecte unionis tranquilitate de medio ipsorum penitus eradicaretur, seque sincero pacis favore in posterum absque cuiuslibet discordie fomento valerent amplexari . . in talem pacis unionem perpetuo inter ipsos durabilem devenerant coram nobis, quod omnia damna nocumenta iniurias cedes et vulnera, verum damna, possessionariasque destrucciones et incendia, ac quelibet alia malorum genera inter ipsos usque modo habita illata et exorta, utrinque sibi invicem relaxantes, se invicem et heredes ipsorum super omnibus hactenus inter ipsos illatis reddiderant penitus expeditos; adhuc eciam ut ipsa pacis tranquilitas inter ipsos sincerius inviolabiliter perseveraret, omnia iudicia et iudiciorum quelibet gravamina estimacionesque dictorum sexcentorum iugerum terrarum et aliarum necnon et onus exhibicionis dictarum falsarum literarum composicionalium prememorati filii Farkasii et filii Tabur eidem Nicolao filio Dominici in perpetuum indulgentes et remittentes omnino relaxarant; insuper eciam terciam par-

tem predicte terre sexcentorum iugerum inter prenominatos metarum cursus in presentibus superius declaratos et per prenominatos homines nostros et testimonium, capituli ecclesie Jauriensis reambulatarum et renovatarum adiacencium, videlicet a metis possessionis Chakan et magna via per quam iretur ad civitatem Posoniensem usque brachium Danobii Nogwyz vocatum in longum se protendentem a parte possessionis Januk adiacentem, cum ligatura mensurando, ab eodem Nicolao filio Dominici requisite, eidem Nicolao filio Dominici et per eum suis heredibus . . remiserant cum omnibus utilitatibus . . in ipsa tercia parte dicte requisite terre habitis et contentis perpetuo possidendam . . duas vero partes eiusdem terre, predictas particulas terre Kukenzorm et Tekeregzegh nominatas in se includendo, similiter cum fune mensurando, a parte possessionis Magyar eisdem filiis Farkasii et filiis Tabur ac per ipsos ipsorum heredibus . . ipse Nicolaus filius Dominici nomine iuris ipsorum . . remiserat similiter perpetuo possidendas . . obligarant eciam se iidem Nicolaus filius Dominici et Ladislaus filius Petri sororius eiusdem Nicolai, ut amodo et deinceps prememoratis filiis Farkasii et filiis Tabur racione omnium hactenus illatorum, vel pretextu ipsius litigionarii processus per eosdem filios Farkasii et filios Tabur contra eundem Nicolaum filium Dominici moti et habiti, et eciam gravaminum predictorum, nulla damna nocumenta et iniurias aut mala aliqua in rebus eorum vel personis irrogarent, sed eosdem absque cuiuslibet controversie et inimicicie discolositate in eorum iuribus pacifice permitterent gratulari, tali vinculo interposito, quod si ipsi vel alter eorum prefatis filiis Farkasii et filiis Tabur . . racione quorumlibet premissorum hactenus inter se illatorum . . quelibet mala in rebus ipsorum vel personis irrogarent, extunc ipsi talium malorum irrogatores vel alter ipsorum illator malorum aliquorum in succubitu duelli facti potencialis contra eosdem filios Farkasii et filios Tabur convincerentur eo facto, ut se ad hec omnia sponte obligarant coram nobis. Et quia ad premissarum possessionariarum particularum reambulaciones distincciones et statuciones premisso modo utrisque partibus iuxta novarum metarum erecciones faciendas . . homo noster transmitti erat necessarius, pro

eo . . capitulo Strigoniensis ecclesie scripseramus . . eorum amiciciam . . postulantes, ut eorum hominem . . transmitterent, quo presente Beke parvus homo noster specialis, sexta feria videlicet in octavis festi beate Marie Magdalene proxime tunc venturis ad faciem dictorum sexcentorum iugerum terrarum ac aliarum utilitatum ab eo Nicolao filio Dominici per ipsos filios Farkasii et filios Tabur requisitarum accedendo . . iuxta cursus predictarum metarum superius declaratarum reambulando, terciam partem earumdem terrarum sexcentorum iugerum . . eidem Nicolao filio Dominici, duas vero partes earumdem terrarum sexcentorum iugerum . . eisdem filiis Farkasii et filiis Tabur statueret perpetuo possidendas . . salvis iuribus alienis, porciones parcium novarum metarum ereccionibus ab invicem sequestrando; post hec autem ipsius reambulacionis distinccionis et statucionis ac novarum metarum ereccionis seriem . . ad octavas earumdem octavarum festi beate Marie Magdalene nobis in ipsius capituli literis partes reportarent; tandem iamdicto termino reportacionis seriei premissorum occurrente, partes ad nostram personaliter presenciam accedentes, nobis literas sepedicti capituli ecclesie Strigoniensis ex premissis rescripcionales presentarunt, expresse inter cetera declarantes, quod cum ipsum capitulum . . cum predicto Beke homine nostro . . magistrum Jacobum socium et concanonicum ipsorum ad premissam possessionariam reambulacionem et divisionem pro testimonio transmisissent, demum iidem . . retulissent in hunc modum, quod ipsi in predictis octavis festi beate Marie Magdalene ad faciem prenominate terre litigiose accedentes, eandem . . reambulassent et reambulando fune mensurassent . . ex quibus quidem terris mensuratis ducenta iugera cum omnibus suis . . pertinenciis a parte predicte possessionis Januk predicto Nicolao filio Dominici statuissent in filios filiorum suorum . . perpetuo possidenda, duas vero partes videlicet quadringenta iugera similiter cum suis utilitatibus a parte possessionis Magyar sub metis infrascriptis similiter in filios filiorum eorumdem . . perpetuo possidere, simulcum quadam particula terre Kukenzorm dicta, insula et aliis utilitatibus suis sine divisione aliquali, et alia quadam particula terre Tekeregzegh dicta in divisione et mensura posita, statuissent

prenominatis filiis Farkasii et filiis Tabur supradictis; quarum quidem terrarum inter predictas partes premisso modo divisarum mete per easdem partes concorditer erecte hoc ordine distingerentur: quod primo a parte possessionis Chakan ubi dividere incepissent, erexissent duas metas terreas, quarum una a parte possessionis Januk separaret Nicolao filio Dominici, alia vero a parte possessionis Magyar filiis Farkasii et filiis Tabur supradictis, abinde transivissent ad quendam locum Aranyassegh et ibi similiter duas metas erexissent, inde tendendo ad partem orientalem venissent ad unam viam venientem de Januk ad Magyar, iuxta quam similiter duas metas erexissent inter terras arabiles, deinde ad eandem partem tendendo ad unum locum venientes Zelus dictum, ubi eciam duas metas erexissent, item in alia parte eiusdem terre Zelus similiter duas metas erexissent, abhinc transivissent ad Chekewlgh et iuxta eandem vallem similiter duas metas erexissent, item in terra Tatsere similiter duas metas erexissent, deinde transivissent ad terram Kukenzorm et ibidem iuxta fluvium Nogwyz vocatum duas metas intra ipsam villam Kukenzorm sub quadam arbore nyrfa erexissent et alias duas extra illam villam; que quidem mete sic erecte a parte possessionis Januk existentes separarent eidem possessioni Januk, mete vero a parte possessionis Magyar distingentes separarent eidem possessioni Magyar, et sic predictam terram inter predictas partes divisam eisdem partibus reliquissent pacifice possidendam. Visis itaque premissarum literarum rescripcionalium tenoribus, partibusque suo modo seriatim explicatis, premissam possessionariam divisionem distinccionem et metarum erecciones iam in presentibus iuxta tenorem predictarum literarum capituli ecclesie Strigoniensis declaratas, ad nostram iuridicam requisicionem ratam se habere et acceptam inviolabiliterque et invariabiliter absque quavis mutacione se firmiter perpetuo observare promittentes, ad perpetuam rei cautelam inviolabilemque dicte possessionarie divisionis perseveranciam, nostrarum literarum privilegialium patrocinio pari voluntate per nos petierunt confirmari; nos itaque . . prememoratas possessionarias divisiones distincciones et perpetuales statuciones partibus factas, ratificamus approbamus et presencium literarum

nostrarum patrocinio confirmamus auctoritate palatinatus, porciones parcium premissarum metarum limitacionibus ab invicem separatas et distinctas iuxta distincciones prenotatas partibus et earum heredibus . . adiudicantes perpetuo possidendas, salvo iure alieno . . Datum in Wyssegrad, octavo die quindenarum festi beate Marie Magdalene predictarum, anno domini Millesimo CCC^mo^ quadragesimo quinto.

Szécsi Miklósnak »Johannes filius Emerici filii Tabor et Petrus filius Andree de Eghazasmagyar« kérésére, 1357 dec. 3-án kiadott okiratából, melyet ismét Bebek István országbíró 1367. máj. 26-án »Thomas filius Pauli procurator sanctimonialium in Ord. B. Clare Veter. Bud.« kérésére írt át; ennek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Poson. 10. 5. dipl. lt. 3777. Miklós nádornak föntebbi ítéletét ugyancsak Szécsi Miklós országbíró 1358. máj. 27-én kelt ítéletében kivonatilag találjuk felemlítve; ennek eredetije u. o. dipl. lt. 4714. Közli: Kovács N.

321.

1345. szept. 28. A pozsonyi káptalan előtt Görgetegi János, tejfalusi birtokrészét Jakab fia Miklós pozsonyi polgárnak zálogba adja.

. . literas impignoraticias capituli Posoniensis presentarunt, quarum una feria quarta proxima ante festum beati Michaelis archangeli anno domini M^mo^ CCC^mo^ quadragesimo quinto, et secunda secundo die festi undecim milia virginum anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo edite continebant, quod primo idem Johannes filius Petri de Gwrgetegh totalem et quamlibet partem suam possessionariam in Villa Lactis in Challokwz cum universis utilitatibus et pertinenciis Nicolao filio Jacobi civi Posoniensi pro novem marcis latorum denariorum Wiennensium, et tandem quinque medios laneos suos in una latitudine in possessione Theifalu ipsum contingentes a parte superiori possessionum ville Marie et Bodolasamoch existentes, quos Nicolaus circa portam civis Posoniensis usque tunc tenuisset, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis Nicolao filio Stephani et fratri eiusdem per decem annos integros pro sexaginta marcis latorum denariorum wiennensium in pignus posuisset.

Garai Miklós nádornak 1413. dec. 5-én kelt s azon perben hozott ítéletéből, melyet »Jacobus filius Nicolai filii Petri de Gurgetegh contra nobilem dominam Margaretham filiam Stephani filii Nicolai filii Stephani dicti Gwoth, item alias dominas Annam et Katharinam nominatas filias annotati Nicolai filii Stephani dicti Gwoth« azért indított, mivel ezek »porciones possessionarias condam Johannis et Dionisii filiorum antedicti Petri in possessionibus Gwrgetegh predicta, item Theifalw et Morthfalva habitas per eosdem Johannem et Dionisium antedicto Nicolao filio Stephani dicti Gwoth impignoratas uterentur« a nádor előtt az alperes nők még a következő később kelt s a pozsonyi káptalan által kiállított zálogos leveleket mutatták fel: 1347. mart. 25-ről, melyben »Johannes filius Petri de Gergetegh duos medios fundos lehen dictos cum medietatibus hortorum caulium et horreorum in eadem Gwrgetegh ex opposito existentes Nicolao filio Stephani de eadem pro triginta talentis denariorum latorum viennensium cum sex pensis computatis« húsz évre elzálogosítja. 1351. jul. 15. és oct. 21-ről: az ezen napokon kelt oklevelekben »Dionisius filius Petri medium laneum in possessione Theyfalw Nicolao et Sandrino filiis Stephani Gwoth« 30 márkáért, továbbá »medium laneum suum in eadem Theyfalw in inferiori parte a parte Bodolosamoch existentem« 32 márkáért 20 évre; majd »idem iamdictus Dionisius duos medios laneos suos, unum in villa Morth a parte inferiori domus sacerdotis, secundum vero in villa Theifalu similiter a parte inferiori possessionis Bodolosamoch existentes Nicolao Johanni Alexandro et Ladislao filiis Stephani« 30 bécsi márkáért 40 évre; végre »ipse Dionisius medietatem sessionis sue in dicta Gwergetegh cum sex iugeribus terrarum« ugyanazoknak »pro decem libris viennensibus« zálogba adja. Az 1353. máj. 10-ről kelt oklevél pedig arról szól, hogy »Johannes filius Petri porcionem suam in loco allodii in possessione Theyfalw a parte Bodolosamoch videlicet in superiori parte ville Marie existentem cum 13. iugeribus terrarum« a föntnevezett Gwoth István unokáinak 10 évre két márkáért elzálogosította. 1357. mart. 14-ről: ebben a pozsonyi káptalan azt bizonyítja, hogy »Dionisius filius prefati Petri de Gwrgetegh totam porcionem suam in eadem Gwrgetegh intra et extra eandem villam sive in villa et in campis cum loco suo sessionali« hasonlókép Gwoth István fiainak »pro 20 libris denariorum viennensium 30 évre zálogba adta. 1359. nov. 20-ról: ezen oklevél szerint »Johannes filius Petri duos medios laneos suos in possessione Wyfolu habitos in inferiori parte ipsius ville a parte possessionis Gwrgetegh existentes pro 12 libris per 6 pensas computando« ugyancsak Gwoth István fiainak elzálogosította. 1368. aug. 30-ról: ebben a káptalan előtt »Nicolaus (....) filius Petri de Gwrgetegh« előadta, hogy »propter defectum pecuniarum septem laneos suos, sex in villa Theyfalw et septimum in villa Merth existentes, Petro filio Sebes de Sancto Georgio et suis heredibus impignoratos ab eisdem redimere non posset, ideo annuisset ut Nicolaus et Alexander filii Stephani« azokat 50 bécsi márkáért kiválthassák és zálogban megtarthassák. Végre 1372. máj. 7-ről; ebben »Johannes filius Petri

de Gwrgetegh et Petrus filius suus in suis ac Georgii fratris eiusdem Petri personis totam porcionem ipsorum cuiusdam silve Swath pro duabus libris Nicolao Alexandro et Ladislao filiis Stephani ac Stephano filio Nicolai« 11 évre elzálogositják; a nádor ítélete megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 359. 41. dipl. lt. 10,006.

322.

1345. oct. 5. I. Lajos király jeles alakban átírja és megerösíti I. Károly királynak 1340. apr. 24-én kelt oklevelét, melyben ismét át van irva Miklós macsói bánnak 1338. nov. 22-én kelt ítélele Csötörtökhely nevü és több Valkó vármegyei birtokokról, melyeket a bán Apor fiai Gergely és Jakab, s István fia Bertalan ellenében Lekchei Miklós fia András macsói várnagynak ítél.

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod magister Andreas filius Nicolai filii Iwan de Lekche castellanus castri nostri Machow nominati dilectus nobis et fidelis miles, nostre maiestatis presenciam adeundo, exhibuit nobis quasdam literas . . Karoli olim . . regis . . cum tercio et ultimo suo sigillo autentico consignatas . . supplicans . . ut easdem . . eidem nostro dignaremur privilegio confirmare, quarum tenor talis est: Nos Karolus . . rex . . significamus . . quod Nicolaus filius Gregorii pro Andrea proximo suo ad serenitatis nostre agrediendo presenciam, exhibuit nobis duo paria privilegiorum, unum videlicet quondam Nicolai bani de Machow iam defuncti . . et aliud capituli ecclesie de Kw . . petens nos . . quatenus ipsorum tenores . . transscribi facere dignaremur; cuius quidem privilegii dicti Nicolai bani de Machow tenor incipit hoc modo: Nos Nicolaus banus de Machow comes Sirmiensis Bachiensis de Wolkow de Bodrugh et de Barana, per . . Karolum . . regem . . iudex in eisdem in persona sua regia et palatini deputatus . . significamus . . quod cum magister Andreas filius Nicolai filii Iwan de Lekche, Gregorium et Jacobum filios Apor ac Bartholomeum filium Stephani super facto tercie partis omnium possessionum Johannis filii Ampud vicibus quampluribus legitime citacionis

modum observando in causam ad nostram attraxisset presenciam, ipsaque causa per tempus prolixum coram nobis exstitisset ventillata, et tandem per nos et regni nobiles secundum iuris exigenciam adiudicata et determinata, ut inferius declaratur, et facta finali decisione ipsius cause, nos literis nostris mediantibus . . capitulo ecclesie de Kw per hanc formam scripsissemus . . capitulo ecclesie de Kw Nicolaus banus de Machow . . vestre discrecionis amicicie volumus fieri fore notum, quod magister Andreas filius Nicolai filii Ivan de Lekche iam sepius Gregorium et Jacobum filios Apor ac Bartholomeum filium Stephani mediantibus legitimis citacionibus factis pretextu tercie partis omnium possessionum Johannis filii Ampud in causam ad nostram attraxit presenciam, et hoc quod tercia pars omnium possessionum ipsius Johannis filii Ampud sibi attineat, specialiter autem tres ville videlicet Chuturtukhel Purbyssafolua et Hursynafolua vocate ultra fluvium Baza existentes, mediantibus literis privilegialibus capituli ecclesie sancti Irinei martiris et domini nostri regis . . confirmatoriis coram nobis exhibendo . . comprobavit, ipsique Gregorius et Jacobus filii Opor ac Bartholomeus filius Stephani ipsam terciam partem omnium possessionum dicti Johannis filii Ompud iamdicto magistro Andree reddere et resignare mediante homine nostro et testimonio dicti capituli sancti Irenei martiris assumserant coram nobis; et tandem quia iidem id quod facere assumserant opere minime adimplere curaverunt, pro eo iudicia singularum sex marcarum deponendarum super se merito accumularunt; et cum nos peractis iam quampluribus citacionibus, secundario per ipsos filios Opor et Bartholomeum filium Stephani ipsam terciam partem omnium possessionum dicti Johannis filii Ompud memorato magistro Andree tamquam suum ius reddi et resignari adiudicassemus, seriemque ipsius restitucionis.. possessionum antedictarum in literis vestris partibus premissis nobis reportare commisissemus, magister Andreas iam predictus in presentibus octavis sancti Michaelis archangeli . . literas vestras super facto prenotato ac citacionis nobis demonstravit, in quarum tenoribus . . conspeximus contineri, quod cum in octavis festi Nativitatis virginis gloriose proxime preteritis ad faciem tercie partis omnium possessio-

num dicti Johannis filii Ampod homo noster presente vestro testimonio . . accedere voluisset, et primo ad faciem tercie partis cuiusdam ex ipsis Lyzka vocate accessisset, et huiusmodi terciam partem dicto magistro Andree . . statuere voluisset, extunc predictus Bartholomeus filius Stephani suo et ipsorum filiorum Opor predictorum nomine . . ipsum hominem nostrum sub vestro testimonio a tali possessionaria statucione eidem magistro Andree . . fienda prohibuisset, propter quod nunc iidem filii Opor et Bartholomeus . . similiter iudicia sex marcarum deponendarum super se agregarunt, pro eo quia de premissa prohibicione ipsorum nullam evidentem per nostram trinariam inquisicionem reddere potuerunt racionem; et cum iidem filii Opor ac Bartholomeus . . contra predictum magistrum Andream, mediante homine nostro et vestro testimonio ut nobis rescribebatis, ad prefixas octavas sancti Michaelis archangeli ad nostram presenciam legitime fuissent evocati, in ipsisque octavis partibus coram nobis comparentibus, nosque ipsam causam super facto tercie partis omnium possessionum dicti Johannis filii Ompud inter partes predictas iam diucius coram nobis ventillatam ad congregacionem nostram generalem nobilibus et ignobilibus ac aliis cuiusvis status et condicionis hominibus in comitatu de Wolkow existentibus universis, pro exercenda iusticia, feria quinta proxima post festum beati Luce evangeliste in villa Wolkouar celebratam, ad evidenciam pleniorem prorogassemus fine debito determinandam, et partibus premissis in ipsa nostra congregacione in qua eciam iura palatinalia iudicabamus coram nobis, et universis nobilibus in ipsa congregacione nostra existentibus comparentibus, idem magister Andreas primo . . exhibuit nobis quoddam privilegium . . capituli ecclesie sancti Irinei martiris in anno domini M° CCC° nonagesimo quinto emanatum, in quibus comperimus contineri, quod Johannes filius Ompud coram dicto capitulo sancti Irinei martiris personaliter comparendo confessus exstitit, quod terciam partem omnium possessionum suarum ubicunque existencium, et specialiter tres villas Chyturtukhel Purbysfolua et Hursynafolua vocatas ultra fluvium Baza existentes, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis dedisset et donasset domine sorori sue, uxori videlicet Nicolai

filii Iwan de Lechke et per eam ipsi Nicolao genero suo tam sibi quam per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam et habendam . . Post hec autem idem magister Andreas exhibuit nobis quasdam literas privilegiales et confirmatoriales mediocri sigillo, et quandam patentem literam latam et maximam cum sigillo moderno dicti domini nostri regis consignatas, quarum vigore mediante ipse dominus noster rex terciam partem omnium possessionum memorati Johannis filii Ompud ubilibet existencium, et nominatim . . dictas tres villas domine consorti prefati Nicolai filii Iwan et per eam ipsi magistro Andree filio suo perpetuo possidere et habere confirmasset . . Exhibuit eciam nobis idem magister Andreas quoddam privilegium sigillo vestro pendenti consignatum in anno domini M° CCC° tercio emanatum, in quibus reperimus, quod Opor filius Myxse et Stephanus filius Andree frater eiusdem Opor de comitatu de Wolkow coram nobis comparentes dixissent, quod sicut Johannes filius Ompud frater ipsorum terciam partem omnium possessionum suarum ubicunque existencium, et specialiter tres villas Chuturtukhel Purbysfolua et Hursynafolua vocatas ultra fluvium Baza existentes, cum omnibus utilitatibus suis dedisset donasset, ita et ipsi easdem domine sorori sue, uxori Nicolai filii Iwan de Lekche et per eam ipsi Nicolao genero ipsorum tam sibi per eosdem suis heredibus . . huiusmodi collacionem per eundem Johannem filium Ompud fratrem suorum factam roborantes et confirmantes dedissent et contulissent iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas et habendas . . Demonstravit adhuc nobis idem magister Andreas quoddam privilegium capituli Bachiensis in anno domini M° CC° XL^mo VI° emanatum, in quo continebatur, quod Ompud filius Ledeger partes suas quas de terra Zakan et Nyulas habere debuisset, in commutacionem possessionum infrascriptarum dedisset et relinquisset Myxse filio Lothardi fratri suo, e converso autem idem Myxse (reliquisset) fratri suo Ompud villam Kamar cum suis pertinenciis et aliam Kamar que remansisset eidem de Kuken, sicut plura continencia eiusdem privilegii plenius manifestat. Quorum omnium predictorum privilegiorum et literarum vigorem et firmitatem attendentes et circumspicientes, iidem-

que filii Opor et Bartholomeus filius Stephani contra easdem nihil penitus obiicere et dicere valentes, nos unacum nobilibus videlicet magistris Mortunus filio Endree bani, Nicolao filio Vgrini, Nicolao filio Gregorii, Blasio filio Mauricii, Thoma filio Mortunus, Johanne filio Nicolai dicti Bakow, Stephano fllio Johannis de Sancto Salvatore, Nicolao filio Galus, Dominico filio Stephani dicti Cymba, Johanne dicto Botus quondam de Gara, Stephano filio Alexandri, Johanne filio Paur filio Emerici, Michaele et Thoma filiis Andree de Ruch, Johanne filio Bur, Ladislao filio Demetrii bani et Dominico filio Nicolai ac aliis quampluribus nobilibus nobiscum in ipsa congregacione nostra existentibus, terciam partem omnium possessionum prememorati Johannis filii Ompud ubicunque existencium cum omnibus suis . . pertinenciis, ac prenominatas tres villas ut superius est expressum, magistro Andree filio Nicolai memorato et per eum suis heredibus . . iure perpetuo . . adiudicavimus tenere et habere . . quo circa vestram amicicium . . petimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, cum quo Valentinus filius Peturke vel Laurencius de Bodun altero absente homo noster ad faciem omnium possessionum ipsius Johannis filii Ompod ubilibet existencium, in octavis Omnium Sanctorum proxime nunc venturis accedendo, vicinorum et commetaneorum earumdem legitimis convocacionibus factis, provideant confiderent et requirant iuxta bonam conscienciam ipsorum que et quante erunt tercie partes omnium possessionum ipsius Johannis filii Ompud annotati, et quantam ex possessionibus ipsius Johannis . . iidem filii Opor et Bartholomeus . . hactenus titulo vendicionis ac impignoracionis vel alio quovismodo alienarunt, provideant nihilominus iidem homo noster et vester quantam habet et possidet nunc ex tercia parte omnium possessionum sepefati Johannis . . ipse magister Andreas prenominatus, et si ipse magister integram terciam partem dictarum possessionum apud se non habuerit, extunc ad ea que nunc ex ipsa tercia parte ipsarum possessionum idem magister Andreas apud se habet et possidet, integram terciam partem ut prescribitur de possessionibus ipsorum Gregorii et Jacobi filiorum Opor antedictorum et Bartholomei filii Stephani, quas nunc ipsi utuntur

et tenent, supplere et assignare sub certis metis undique.. distingendo iidem homo noster et vester, eidem magistro Andree et suis heredibus perpetuo debeant et teneantur, contradiccione autem sive prohibicione ipsorum filiorum Opor et Bartholomei antedicti neque aliorum quorumcunque non curando in hac parte; et post hec tocius facti seriem . . nobis.. rescribere velitis; volumus tamen ut partes predicte cum literis vestris relatoriis et nostris presentibus, vicesimo secundo die predicti festi Omnium Sanctorum iterato coram nobis comparere teneantur; dicimus eciam quod si partes voluerint, liberam habeant in premissis se reformandi facultatem, prout ad hec se eedem partes permitti pecierunt ex nostra iudiciaria licencia et permissione. Datum die et loco prenotatis, anno domini M°CCC°XXX° octavo. Tandem idem capitulum de Kw ad ipsum vicesimum secundum diem festi Omnium Sanctorum nobis rescripsit in hec verba . . Nicolao bano de Machow.. inter cetera comiti de Wolkow, capitulum ecclesie de Kw.. literis vestre magnificencie . . receptis, unacum Laurencio de Bodun pro parte magistri Andree filii Nicolai, et cum Valentino filio Peturke pro parte Gregorii et Jacobi filiorum Opor ac Bartholomei filii Stephani hominibus regiis . . Johannem custodem ecclesie nostre antedicte et Gallum presbiterum chori nostri, ad ea exequenda que in eisdem literis vestris vidimus contineri, pro testimoniis duximus destinandos; iidem deinde . . retulerunt, quod licet ipsi in octavis festi Omnium Sanctorum proxime preteritis ad faciem omnium possessionum Johannis filii Ompud ubilibet existencium, vicinorum et commetaneorum earumdem universorum legitima convocacione facta accedentes, terciam partem omnium talium possessionum eiusdem Johannis . . sicut in predictis literis vestris habetur, ab eisdem Gregorio et Jacobo filiis Opor et Bartholomeo filio Stephani iudiciarii ordinis processu mediante, contradiccione eorumdem et aliorum quorumlibet non obstante, iuxta sentenciariam diffinicionem vestram aufferendo, eidem magistro Andree . . in filios filiorum suorum . . perpetuo . . resignare debuissent; tandem ipse magister Andreas . . cum ipsis Gregorio et Jacobo . . et Bartholomeo . . pretextu linee affinitatis, qua ad invicem sunt annexi, mediantibus probis et nobilibus viris

pacem inter eos formantibus, Stephano videlicet filio Alexandri, Thoma filio Mortunus et Blasio filio Johannis vicinis et commetaneis suis necnon aliis quampluribus personis idoneis, taliter concordassent, ut iidem Gregorius et Jacobus . . et Bartholomeus . . de omnibus possessionibus ipsius Johannis filii Ompud ubilibet existentibus solummodo possessiones aliquas, videlicet Chuturtukhel, Purbyssafolua, Hursynafolua, Dabanafolua, Debrynere, Zelezenzad vocatas ultra fluvium Baza, item alias Wrus et Okamar nuncupatas in comitatu de Wolkow existentes, dicto magistro Andree . . in filios filiorum suorum propter pacis pulchritudinem perpetuo pacifice quiete et irrevocabiliter, sicut per eosdem Johannem filium Ompud et Opor patrem ipsorum et Stephanum patrem ipsius Bartholomei date et assignate fuissent, dedissent . . et coram nobis dederunt et assignarunt; et licet idem magister Andreas . . multo plures de possessionibus ipsius Johannis . . pretextu huiusmodi tercie partis earumdem habere potuisset, tamen in eisdem possessionibus ob favorem proximitatis contentatus exstitisset, et easdem iidem homines regii sub testimonio ipsorum hominum nostrorum, universis vicinis et commetaneis suis convocatis et presentibus, eidem Andree . . et per eum suis heredibus . . ex permissione . . vicinorum suorum antedictorum cum omnibus . . pertinenciis sub eisdem metis . . quibus per ipsum Johannem . . possesse exstitissent, statuissent iure perpetuo . . possidendas, contradictore nullo penitus existente; quarum quidem possessionum in Bazakuz existencium quibuscunque nominibus vocitatarum, sicut ab eisdem regie maiestatis et nostris hominibus percepimus nobis referentibus, cursus metarum taliter distinguntur: quod prima incipit iuxta fluvium Zawa in duabus metis terreis, quarum una a plaga orientis distingit possessioni ipsius Andree filii Nicolai Dubunafolua vocate, secunda a plaga occidentis distingit possessioni ipsorum filiorum Opor et Bartholomei filii Stephani Lyzkafolua vocate, inde versus aquilonem quampluribus metis cursualibus interpositis venitur ad quendam locum Drobrynamellyk nominatum, circa quem due mete terree, et exinde exit ad alias duas metas terreas et per eandem plagam septemtrionalem multis metis cursualibus interpositis pervenitur ad quendam alium locum vulgariter

Zumakzegh nuncupatum ad tres metas angulares, ex quibus una ipsorum filiorum Opor et Bartholomei . . alia ipsius Andree . . per modum prenotatum, tercia videlicet ille locus pro meta situs filiorum Stephani de Moroth, qui quidem locus transit per magnas silvas ibique separatur a possessione ipsorum filiorum Opor et Bartholomei . . prenotata, et cum possessione ipsorum filiorum Stephani de Maroth Boych vocata tendit, et exinde tali loco pro metali distinccione posito, silvas magnas ex utraque parte scidenti, sub antiquis metis et terminis quibus per eundem Johannem filium Ompud habite fuerunt . . venitur ad fluvium Zurkhaza nuncupatum, cuius dimidietas ipsius Andree . . et in eodem fluvio per longum spacium transit ad fluvium Baza ad portum eiusdem Andree . . Nogrev nominatum, et ibi adiungitur ad terras predictorum Stephani filii Alexandri, Thome filii Mortunus et Blasii filii Johannis Bazakuz nominatas, et iuxta tales terras sub antiquis metis . . quibus per ipsum Johannem filium Ompud habite fuerunt et possesse, pervenitur ad fluvium Zawa circa villam ipsorum Stephani filii Alexandri et Thome filii Mortunus Kedhel nuncupatam, plaga orientali ipsis Stephano filio Alexandri et Thome filio Mortunus, plaga occidentali ipsi Andree . . remanentibus, ibique cursus et distincciones metarum talium possessionum terminantur; item possessiones Wrus et Okamar antedictas sub uno ambitu metarum existentes, similiter sub eisdem metis . . quibus per Johannem filium Ompud sepissime nominantur, habite fuerunt et possesse. Datum in octavis beati Martini confessoris, anno domini M° CCC° XXX° octavo Itaque ipso vicesimo secundo die festi Omnium Sanctorum occurrente, predictis Gregorio et Jacobo filiis Opor ac Bartholomeo filio Stephani ab una, et magistro Andrea filio Nicolai tamquam actore parte altera coram nobis personaliter constituti, cumque nos perlectis tenoribus et expositis literarum reclamatoriarum dicti . . capituli de Kw predictarum e per eundem magistrum Andream coram nobis exhibitarum, antedictos Gregorium et Jacobum . . ac Bartholomeum . . de eo utrum prenominate possessiones Chuturtukhel, Purbyssafolua, Dabanyafolua, Debryne et Zelezenzad vocate ujtra fluvium Baza, item alie Wrus et Okamar nuncupate de Wol-

kow existentes, sicut in predictis literis relatoriis dicti capituli de Kw continentur, ex consensu et bona voluntate ipsorum fuerint statute et assignate dicto magistro Andree et suis posteritatibus et nunc existant vel ne, trina vice interrogassemus, iidem Gregorius Jacobus et Bartholomeus supradictas possessiones in literis predicti capituli de Kw superius expressis . . insertas, cum omnibus earum . . pertinenciis quibuslibet et sub metis pretitulatis ex confessione et propria bona voluntate eorum propter venustatem pacis prenotate, antedicto magistro Andrea et suis posteris fuisse et nunc esse statutas et assignatas confessi sponte exstiterunt coram nobis; nos vero unacum nobilibus regni nobiscum in sede iudiciaria consedentibus, hiis auditis et tenorem supradictarum literarum dicti capituli de Kw perceptis et intellectis, prenominatas possessiones Chuturtukhel, Purbyssafolua, Hursynafolua, Dabanyafolua, Debryne et Zelezenzaad, Wrus et Okamar nuncupatas cum omnibus earum . . pertinenciis sub metis in literis superius nominatis capituli de Kw (. . . . .) possessiones idem magister Andreas tam mediante iuris tramite finaliter et sentencialiter, quam in forma composicionis et pacis . . sibi perpetuo ut suum ius requisitum et reoptentum, eidem magistro Andree filio Nicolai et per eum suis heredibus . . de plenitudine nostre iudiciarie potestatis . . adiudicamus (. . . . .) tenere possidere et habere pleno iure . . Datum in Sancto-Demetrio, vicesimo secundo die festi Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XXX° octavo. Item sequitur tenor privilegii dicti capituli de Kw per hunc modum . . Capitulum ecclesie de Kw ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod cum iuxta continenciam . . literarum . . Nicolai bani de Machow comitis Sirmiensis Bachiensis Bodrugiensis Wolkoviensis et de Barana per . . Karolum . . regem . . iudicis in eisdem in persona sue regie maiestatis deputati, unacum Laurencio de Bodun pro parte magistri Andree filii Nicolai castellani de Machow, et cum Valentino filio Peterke pro parte Gregorii et Jacobi filiorum Opor ac Bartholomei filii Stephani hominibus regiis . . magistrum Johannem custodem ecclesie nostre antedicte et Gallum presbiterum chori nostri, ad ea exequenda que in literis eiusdem Nicolai bani de Machow vidimus conti-

neri, pro testimonio destinassemus, iidem deinde cum utrisque partibus . . reversi . . retulerunt (stb. szóról szóra ugyanaz privilegialis alakban a mi föntebb a kői káptalannak Miklós macsói bánhoz intézett jelentésében foglaltatik egész végig.) In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instantem peticionem parcium predictarum, presentes literas nostras privilegiales concessimus sigilli nostri munimine roboratas et alphabeto intercisas. Datum in octavis beati Martini confessoris, anno domini M° CCC° XXX° octavo; discretis viris Johanne preposito, lectore vacante, Nicolao cantore, Johanne custode ceterisque canonicis ibidem deo famulantibus iugiter et devote. Nos autem earumdem literarum tenores uberiorem rei ad cautelam transscribi fecimus. Datum in Wyssegrad, in festo beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XXXX^mo. Nos itaque supplicacionibus eiusdem magistri Andree filii Nicolai dilecti et fidelis nostri favorabiliter inclinati, accepta quoque servicia et fidelitatum laudabilia merita eiusdem magistri Andree per que primum iamdicto domino Karolo regi . . et demum . . nostre maiestati ac per consequens nostro regno predicto multipharie . . in multis obsequiorum generibus, que singula ad narrandum presentibus prolixa esset inseri tediosum, meruit complacere et se utique reddere graciosum et acceptum, licet ipse pro suis strennuis actibus que contradiccionis caligine nequeunt aliquatenus effuscari, alia ampliora a nobis mereretur, tamen ut aliquantisper voti eiusdem ad presens annuere videamur, prescriptas literas paternas simulcum tenoribus dictorum duorum privilegiorum in se transscripcionaliter modo premisso continentibus, de verbo ad verbum presentibus nostris literis privilegialibus insertas, quoad omnes sui continencias, de beneplacita voluntate serenissime domine . . Elizabeth regine Hungarie nostre genitricis charissime et de consilio prelatorum et baronum nostrorum, eidem magistro Andree filio Nicolai et per eum suis heredibus . . in perpetuum valere presentis privilegii nostri patrocinio, sine tamen preiudicio iuris alieni confirmamus. In cuius rei memoriam . . presentes eidem concessimus literas privilegiales, sigilli nostri authentici munimine roboratas. Datum per manus . . Thatamerii Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii . . anno domini

Millesimo CCC⁰ quadragesimo quinto, tercio nonas Octobris, regni autem nostri anno quarto. *)

Vörös és sárga selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

323.

1345. oct. 11. A garam-szentbenedeki convent Erzsébet királynénak jelenti, hogy Mangya község vendégnépeit, Gyula fia Gergely ellen megidézte.

.. Elizabeth . . regine . . conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta fluvium Goron .. literas citatorias Pauli magistri thavarnicorum vestrorum pro Gregorio filio Gyule .. recepimus . . et secundum continenciam earumdem unacum Petro de Wolkouch homine vestre excellencie, fratrem Andream sacerdotem unum ex nobis ad citacionem infrascriptam faciendam pro testimonio nostrum hominem duximus transmittendum; qui .. retulerunt, quod feria quinta proxima ante festum beati Michaelis archangeli, Bernardum iudicem, iuratos et universos cives et hospites de Mangya, contra predictum Gregorium filium Gyula ad quindenas predicti festi beati Michaelis archangeli proxime nunc venturas ad vestre reginalis excellencie presenciam citavissent. Datum feria tercia proxima ante festum beati Galli confessoris, anno domini M^mo CCC^mo quadragesimo quinto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1698. 54. dipl. lt. 3784. Közli: Kovács N.

---

*) Az oklevél berekesztésében felsorolt egyház- és országnagyok ugyanazok, mint föntebb azzal a különbséggel, hogy a váradi, szerémi, csanádi és veszprémi püspökök, és az országbíró nevei nem említtetnek, és hogy a kir. főpohárnok Miklós, Lőrincz fiának neveztetik.

324.

1345. Esztergom, oct. 12. Tamás prépost az esztergomi érsek vicariusa, Forgács Miklós özvegyének Csetneki László fiai ellen folyó ügyét elhalasztja.

Nos magister Jacobus decretorum doctor ac prepositus sancti Thome martiris de promontorio Strigoniensi, necnon .. Chanadini .. archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui vicarius in spiritualibus generalis damus pro memoria, quod causam que vertebatur inter nobilem dominam Annam relictam Nikolai dicti Furgach actricem ab una, item nobiles viros videlicet Nicolaum et Ladislaum filios Ladislai de Chitnic defensores parte ab altera, in qua secundum continenciam priorum literarum nostrarum in octavis beati Michaelis archangeli proxime preteritis coram nobis comparere debebant, ipso termino adveniente, de parcium predictarum bona voluntate secundum eandem continenciam priorum literarum nostrarum ad octavas beati Georgii martiris proxime venturas duximus prorogandam. Datum Strigonii, feria quarta proxima post festum beati Dionisii, anno domini M° CCC° XL^mo^ quinto.

Papíron, zárlatán a pecsét nyomaival; eredetije az orsz lt. kincst oszt. N. R. A. 1536. 95. dipl. lt. 3785. Közli: Kovács N.

325.

1345. oct. 27. A budai káptalan előtt Bacha fia Miklós ó-budai hospes, Ó-Budán a Kovács-utczában egy telket Gallicus Andrásnak és nejének négy márkáért elárusít.

.. capitulum Budensis ecclesie .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Nicolaus filius Bacha hospes de Veteri Buda unacum domina Annus uxore sua filia videlicet Dominici filii Thyddo ab una, item domina Nesta uxor Andree Gallici filii Johannis pro se et pro eodem Andrea marito suo parte ab altera in nostri presencia personaliter

constituti, idem Nicolaus presente predicta domina uxore sua consenciente et permittente confessus exstitit . . quod quandam sessionem suam cum predicta domina uxore sua habitam in Veteri Buda in vico Kuachulcha vocato, in vicinitatibus sessionum Michaelis filii Iwanch ab una parte, et domini prepositi ecclesie nostre ex alia existentem, cum omnibus pertinenciis . . cum horto et aliis quibusvis . . Andree et domine Nesta uxori eiusdem ac eorum heredibus . . irrevocabiliter pro quatuor marcis denariorum . . vendidisset . . et vendidit coram nobis . . assummendo ipsos Andream et dominam Nestam pretextu predicte sessionis per ipsum vendite, ab omnibus molestare . . volentibus expedire propriis laboribus et expensis . . Datum per manus discreti viri magistri Benedicti lectoris ecclesie nostre, in vigilia beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini M° CCC^mo XL^mo quinto; presentibus viris . . Michaele custode, magistris Posonio, Jacobo, Thoma, Petro, Michaele, Ladislao, Emerico et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

A pecsét vörös és szederjes színű selyem sodraton függ; felül chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Budens. 18. 4. dipl. lt. 3786. Közli: Kovács N.

326.

1345. nov. 1. A buda-felhévizi convent előtt Vecherchi Mátyás fiai Vecherch nevü birtokbeli részeiket Peterman fia Jakabnak elzálogosítják.

Nos frater Bartholomeus prior et conventus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis memorie commendamus, quod Nicolaus et Jacobus filii Mathie de Vecherch coram nobis . . sunt confessi . . quod ipsi totam possessionariam porcionem eorum in eadem Vecherch habitam ipsos tantummodo iure paterno seu hereditario contingentem, cum terris arabilibus . . ac medietate ecclesie in honorem Omnium Sanctorum constructe, cum pomerio, arboribus fructiferis et aliis utilitatibus quibuslibet in superficie terre existentibus, a data

presencium usque decimam revolucionem annualem inclusive, pro tribus marcis numeri Budensis plene a Jacobo filio Peturmanni cive Pestyense receptis, eidem Jacobo pignori . . obligarunt coram nobis ex integro utendam . . usque terminum annotatum tali modo, quod si dicti filii Mathie usque ipsos decem annos cum pretactis tribus marcis ab eodem Jacobo redimere non . . curaverint, extunc ipsis decem annis revolutis, quandocunque poterint, absque aliquo gravamine et pondere dictam possessionariam porcionem eorum cum suis pertinenciis universis ab eodem Jacobo redimendi liberam habebit facultatem; sed interim ipsam possessionariam porcionem eorum cum suis utilitatibus et ipsis decem annis retrocessis totive percipiet Jacobus memoratus . . Datum in festo Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XL^mo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 12. 22. dipl. lt. 3787. Közli: Kovács N.

327.

1345. nov. 13. A nagyváradi káptalan előtt Tárnok Mihály testvére János, a váradi határban egy szőllőt László presbiternek 40 budai márkaért elad.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis . . significamus . . quod accedentibus ad nostram presenciam Johanne germano Michaelis dicti Tarnuk ab una parte, ex altera vero . . Ladislao presbitero prebendario ecclesie nostre ac rectore capelle sancti Andree apostoli, idem Johannes dixit . . quod ipse vineam suam in territorio Waradiensi existentem, cui ab una parte vinea magistratus sancti Nicolai, ex altera vero vinea Nicolai dicti Fogyas vicinatur, ipsis vicinis suis presentibus et iure vicinali permittentibus, eidem Ladislao sacerdoti et per eum iis quibus ipse donaverit legaverit aut quoquomodo alienaverit, pro quadraginta marcis racionis Budensis . . vendidisset . . cum omnibus . . pertinenciis eiusdem . . iure perpetuo . . possidendam . . Datum in festo beati Briccii confessoris, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 50. 6. dipl. lt. 3790. Közli: Kovács N.

328.

1345. Visegrád, nov. 15. Pál országbíró Zelenchi Zala fiai keresete alól Tárnoki Chuna Pált, miután ez bizonyos zálogos birtok dolgában hetedmagával az esküt letette, fölmenti.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudicii nostri significancium Paulus dictus Chuna de Tarnuk septimo se nobilibus sibi similibus in eo, quod quatuor decim marcas super quibus quedam particula possessionaria Adam et Johanni filiis Zala de Zelench per quosdam impignorata, et demum mortuo patre eorumdem Adam et Johannis, feria tercia proxima ante festum beati Martini confessoris cuius nunc quarta proxime preteriisset revolucio annualis, ab eisdem Adam et Johanne per impignoratores redemta exstitisset, ad se racione proximitatis ad servandum non receperit, et ex eo in recepcione ipsarum quatuordecim marcarum innocens sit penitus et immunis, contra eosdem Adam et Johannem in octavis festi beati Michaelis archangeli nunc proxime preteritis coram capitulo ecclesie Jauriensis sacramentum prestare seriemque eiusdem iuramenti ad octavas festi Omnium Sanctorum predicte partes in literis ipsius capituli ecclesie Jauriensis reportare debuissent, tandem ipsis octavis festivitatis Omnium Sanctorum adherentibus, prefatus Paulus dictus Chuna ipsis Adam et Johanne non venientibus nec mittentibus, ad nostram personaliter accedens presenciam, literas iamdicti capituli Jauriensis nobis presentavit, in quibus ipsum iuramentum per predictum Paulum dictum Chuna cum suis coniuratoribus evidenter depositum contra ipsos Adam et Johannem reperimus exstitisse; unde nos eundem Paulum dictum Chunacontra ipsos Adam et Johannem super premissis.. auctoritate nostra iudiciaria testimonio presencium reddidimus expeditum . . Datum in Wissegrad, octavo die octavarum festivitatis Omnium Sanctorum predictarum, anno domini M° CCC° XL° quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Olgyai cs. ltárában Olgyán, Pozsony megyében. Közli: Géresi Kálmán.

329.

1345. Új-Bécs, dec. 2. Miklós nádor a margit-szigeti apácákat és ezek czinkotai tisztjeit azon ellenük intézett vád alól, hogy egy budaváraljai polgárt elfogtak és egy felkeszői nemest megöltek, fölmenti.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod nos ea gravamina in quibus .. sanctimoniales de Insula Leporum vel officiales ipsarum de Scynkota pro eo, quia iidem officiales quendam hominem nomine Nicolaum filium Olyverii de suburbio castri Budensis in ipsa Scynkota captivarant, et super interfeccione Johannis filii Martini nobilis de Fewlkezew ex parte eiusdem iudicium fecerant, quod tamen iudicio eiusdem non attinebat, convinci poterant, duximus eisdem relaxanda, reddentes easdem et officiales earumdem super premissis expeditos, tenore presencium mediante. Datum in Wybech, tercio die festi beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° XL^mo^ quinto.

Papíron, hátlapján pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Budens. 32. 20. dipl. lt. 3791. Közli: Kovács N.

330.

1345. dec. 3. A budavári káptalan előtt Henchfi János fia Miklós budavári rector, Choth nevü Pest vármegyei birtokát Alagi Demeter fiának Miklósnak ajándékozza.

Capitulum ecclesie Budensis . . ad universorum noticiam . . innotescat, quod magister Nicolaus filius Johannis filii Hench rector castri Novi Montis Pestiensis ab una, parte vero ab altera Cosmas filius Demetrii nobilis de Olog famulus eiusdem coram nobis personaliter constituti, per eundem magistrum Nicolaum propositum exstitit . . quod ipse quandam possessionem suam Choth vocatam in comitatu Pestiensi habitam cum omnibus suis . . pertinenciis . . sub iisdem metis . .

sub quibus ipse hactenus possedisset, prefato Cosme filio Demetrii pro suis fidelibus serviciis olim sibi factis et impensis perpetue . . donavisset . . iure perpetuo . . per filios filiorum eiusdem Cosme possidendam . . ob cuius iuris signum eundem Cosmam vigore quarumdam literarum ragalium, vicinis et commetaneis eiusdem possessionis Choth undique legitime convocatis . . nemine contradictore existente in dominium eiusdem possessionis personaliter introduxisse nobis recitavit . . Datum per manus . . magistri Benedicti lectoris ecclesie nostre antefate, die sabbati post festum beati Andree apostoli, anno domini Millesimo CCC^mo^ quadragesimo quinto; presentibus . . magistris Michaele custode, Posonio, Jacobo, Thoma, Petro, Michaele et aliis canonicis in eadem ecclesia deo iugiter famulantibus et devote.

I. Lajos királynak »Cosma de Olog« részére, a ki »paria quarumdam literalium instrumentorum super possessionibus Olog Choth Wsa Boyta vocatis« kiadását kérelmezte, 1372. apr. 11-én kibocsátott parancsára átírta a budai káptalan 1372-ik évi május 5-én azon oklevélből, mely mint »par cuiusdam privilegii per comitem condam Bathow de Olog confecti« a káptalan ltárában őriztetett; ezen átirat eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 694. 30. dipl. lt. 3792. Közli: Kovács N.

331.

1345. dec. 13. Az egri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy midőn István mestert a király jegyzőjét Szilvaegyház nevü Heves vármegyei birtokba iktatták volna, annak több szalóki nemesek és Ugrai Balázs ellent mondtak.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis . . literas vestre excellencie recepimus . . in hec verba: Lodovicus . . rex . . fidelibus suis capitulo ecclesie Agriensis . . dicit nobis magister Stephanus specialis notarius noster, quod possessio sua Zyluaeghaz vocata ad aliam possessionem suam Bura vocatam pertinens in comitatu de Heueswyuar existens, a vicinariis possessionibus novarum metarum ereccionibus . . separari deberet . . super quo . . mandamus, quatenus vestrum

mittatis hominem . . coram quo Egidius de Weych aut Johannes rufus de Erdeutelek vel Michael filius Sykusd de Mise sive Michael filius Pauli de Sar aliis absentibus homo noster accedat ad faciem dicte possessionis Zylvaeghaz et . . reambulet eam . . reambulatamque . . sub eodem ambitu et cursu metarum antiquo et legitimo, sicut condam Leustachius magnus de Welpret eam tenuit, statuat eidem magistro Stephano iure perpetuo possidendam . . Et post hec seriem reambulacionis ipsius possessionis cum cursibus metarum, vel si contradictum fuerit tunc diem et locum ipsius citacionis, nomina citatorum et terminum assignatum cum serie tocius facti nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, in festo sancte Cecilie virginis et martiris, anno domini M° CCC° XL^mo quinto. Nos igitur . . cum prefato Michaele filio Sykusd de Mise homine vestro nostrum hominem . . Jacobum sacerdotem de choro nostro transmisimus pro testimonio ad premissa mandata vestra exequenda, qui quidem homo vester . . presente et audiente dicto testimonio nostro nobis retulit isto modo, quod ipse unacum eodem testimonio nostro sabbato proximo post octavas festi sancti Andree apostoli iam preteritas, accessissent ad faciem possessionis Zyluaeghaz ad possessionem ipsius magistri Stephani Bura pertinentem, et cum eandem vicinorum et commetaneorum ipsius universorum legitimis convocacionibus factis et eisdem presentibus per suas veras metas et antiquas sub quibus olim ipsam Leustachius magnus de Welpret possedisset, reambulare incepissent, tandem in duabus primis metis Lepenye in illis partibus vocatis, Nicolaus filius Dominici et Thomas dictus Foyus de Zolouk personaliter, pro Andrea vero filio Lorandi et Nicolao filio Demetrii de eadem Zolouk famuli sui inibi comparentes contradictores apparuissent; in aliis autem metis iam dicte possessionis Zyluaeghaz omnino intraspecificandis nullus contradictor apparuisset; propter quod ipsi ipsam possessionem cum suis . . pertinenciis ac sub circuicione earumdem metarum dicto magistro Stephano ut suum ius perpetuo possidendam statuissent; et quia preallegatas duas metas memorati Nicolaus filius Dominici, Thomas dictus Foyus, Andreas filius Lorandi et Nicolaus filius Demetrii tam a renovacione quam occupa-

cione modo quo supra prohibuerunt, ideo ipsos annotatos quatuor contradictores contra pretaxatum magistrum Stephanum eodem die et loco ad vestram citassent presenciam octavas diei Strennarum iam venturas eisdem pro termino coram vobis comparendi assignando; et prefatus homo vester similiter personaliter coram nobis comparendo, premissa sic sicut dictus homo vester nobis consequenter affirmavit. Cursus autem metarum predictarum et non contradictarum, quibus prefata possessio a vicinariis possessionibus distingitur et separatur, prout iidem vester et noster homines nobis expresserunt, hoc ordine protenduntur: prima enim meta incipit a plaga meridionali in quadam piscina Myrh vocata, et deinde ad plagam occidentalem currendo annectit quendam alveum vulgo Kuzeper dictum, deinde versus eandem plagam procedendo pervenit ad quandam piscinam Karazustou vocatam, abindeque ad plagam septemtrionalem regirando currit et iungit quendam meatum aque Mechleuele nominatum, et inde procedit ad montem Borsahalma dictum, de quo monte descendit ad vallem Feketekorauelge nominatam, unde versus eandem plagam currendo annectit quandam terram vacuam Kyulak vocatam, ab indeque per longum spacium eundo iungit metas terre Kompolteleke vocate et ibi terminantur. Et cum nos premissa iuxta eorumdem vestri et nostri hominum relacionem notario nostro rescribi facere mandassemus, tandem Blasius filius Cheley de Vgra ante presencium literarum sigillacionem personaliter ad nos veniendo, eosdem vestrum et nostrum homines a statucione dicte possessionis Zyluaeghaz predicto magistro Stephano quo supra facta et facienda prohibuit coram nobis, ubi dictus homo vester eundem Blasium similiter adversus dictum magistrum Stephanum ad easdem octavas diei Strennarum ad vestre citavit presenciam maiestatis. Datum in festo beate Lucie virginis et martiris, anno domini M° CCC° XL^mo quinto ut supra.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 441. 5. dipl. lt. 3789. Ugyanott megvan I. Lajos király oklevele 1347. oct. 5-ről, mely szerint Ugrai Cheley fia Balázs ellenmondását visszavonta; a királynak ugyanazon évi oct. 19-én kelt rendelete következtében azután az egri káptalan nov. 28-án István kir. jegyzőt

beiktatta, s az erről szóló jelentést I. Lajos király dec. 19-én megerősítette. Dipl. It. 3938. és 3942.

332.

1345. dec. 16. A bácsi káptalan előtt Csanád esztergomi érsek és unokaöcscsei óvásukat jelentik az ellen, hogy Csanád vármegyei hat örökbirtokukat Besenyő Gergely adományul kérte oly módon, hogy azok a hadviselő besenyők földjéhez csatoltassanak.

Nos capitulum ecclesie Bachiensis damus pro memoria, quod Blasius magnus in personis . . Chanadini . . archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui ac Johannis et Thome filii Laurencii et Stephani filii Nicolai nepotum eiusdem venerabilis patris in nostri presencia personaliter constitutus, . . per modum protestacionis nobis significare curavit, quod cum possessiones infranominate, videlicet Veresdub, Kocha, Demeuar, Kengelus, Sulumus, Keralyfaya vocate in comitatu Chanadiensi existentes, predictorum venerabilis patris et suorum nepotum hereditarie existant et eis pleno iure tamquam proprii m ius et possessio hereditaria pertineant . . nunc Gregorius Bysenus filius Johannis tacita veritate et suggesta falsitate, a . . Lodovico . . rege . . nomine terrarum byssenorum ad terras byssenorum antiquo more exercituare debencium recaptivare et ad alias terras byssenorum applicare postulavit, in ipsorum non modicum preiudicium . . quare per modum protestacionis modo quo supra predictum Gregorium ab occupacione et perpetuacione sub quovis colore et instrumentis cuiuslibet capituli vel conventus seu aliorum personatuum et dignitates tenencium, quocunque nomine censeantur vocarentur, prohibuit, asserens et dicens, cum vigilantibus et non dormientibus iura subveniant, propter talem indebitam occupacionem et si foret sub quovis colore indebitam et iniustam perpetuacionem eis taciturnitas temporis vel prescripcio racione occupacionis detencionis seu si contingeret quovis quesito colore perpetuacionis allegari et obiici, contra ipsos vel ipsorum successores per ipsum Gregorium occupatorem vel alios obiici non possit nec valeat,

quin predictas possessiones tamquam ipsorum hereditarias ad proprium usum ipsorum repetere et requirere valeant, loco et tempore opportunis iusticia svadente et iuris moderamine requirente. Datum feria sexta proxima post festum beate Lucie virginis, anno domini M° CCC^mo XL^mo quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Cista Kolos. 5. 14. dipl. lt. 29,138. Közli: Kovács N.

333.

1346. Visegrád, jan. 2. I. Lajos király a magban szakadt Chakan fia Ivánnak a szlavoniai bánságban fekvő birtokait Bölcsi Dénes unokájának Péternek, udvari apródjának adományozza.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod Petrus filius Dominici filii Dionisii de Bulchy aule nostre parvulus fidelis ad serenitatis nostre accedendo presenciam sueque fidelitatis servicia nostre maiestati impensa proponens . . possessionem Iwan filii Chakan sub banatu tocius Sclavonie existentem, quovis nomine vocatam, asserens dictum Iwan filium Chakan sine herede decessisse, ex eoque possessionem suam predictam nostre regie collacioni de iure pertinere, a nobis sibi . . conferri perpetuo postulavit; nos itaque secundum quod nostre regie maiestatis expostulat et requirit officium, ut unius cuiusque merita animo meciamur pietatis, et iis quos opera sue virtutis regali remuneracione dignos efficiunt, grata debemus reddere premia meritorum, propositis peticionibus ipsius Petri dilecti et fidelis parvuli nostri regia pietate inclinati, accepta quoque fidelia servicia eiusdem que ipse continue in domo regia residendo exhibuit et impendit, per que erga nostram maiestatem studuit se reddere graciosum et acceptum, prenominatam possessionem prefati Iwan filii Chakan, quovis nomine vocatam, sub banatu tocius Sclavonie existentem, cum omnibus suis pertinenciis . . sub eisdem metis . . quibus per suos priores possessores habita exstitit . . prout nostre collacioni pertinere dinoscitur, eandem iamdicto Petro filio Dionisii de Bulchy aule nostre parvulo fideli et per eum suis heredibus

donavimus . . perpetuo possidendam . . sine preiudicio iuris alieni . . Datum in Wyssegrad, feria secunda proxima post diem Circumcisionis domini, anno eiusdem M° CCC^mo XL^mo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival, mely alatt »Nicolaus Laurencius Tot« és »innovata propter fraccionem sigilli« szavak olvashatók; ugyanez íratott az oklevélnek belső, felső és alsó szélére is; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 96. dipl. lt. 3813. Közli: Kovács N.

334.

1346. jan. 17. A szepesi káptalan előtt Farkasfalvi Frank fiai Mihály és Jakab, Alchnói Fejér Detre fiainak özvegyeit valamint ezeknek és Arnoldnak leány utódait, Kis-Tamási vagy Arnoldfalva nevü birtokból járó hitbéri járandóságukra nézve kielégítik.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod nobilibus dominabus Kathus relicta Jordani filii albi Detrici de Alchno, ac Therus filia Petri filii dicti Detrici, item domicellabus Els Imus et Katharina filiabus Jordani antedicti, necnon domina Els consorte Hankonis filii pretacti Detrici albi et domina Soldus filia predicti Hankonis filii Detrici sepedicti, item dominabus Imus filia magistri Arnoldi, necnon Sela Oleyth et Katus filiabus Hermanni filii iamdicti Arnoldi ab una, et magistris Michaele Jacobo filiis Frank de Farkasfalua parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per easdem dominas Katus et Therus, Els Imus et Katherina filias Jordani, necnon dominam Soldus filiam Hankonis, item Imus Sela Oleyth et Katus propositum exstitit . . quod prenominati magistri Michael et Jacobus ipsis de iure earum dotalicio ipsas de possessionariis porcionibus quondam Detrici Jordani Petri et Hank filiorum pretacti Detrici Arnoldi et Hermanni in possessione Kysthomasy alio nomine Arnoltfalua vocata nunc apud manus eorumdem magistrorum Michaelis et Jacobi filiorum Frank habita, iure regni et alio quovis modo contingente, plenam . . impendissent satisfaccionem; quapropter eosdem magistros Michaelem et

Jacobum ipsorumque heredes . . racione premissorum dimisissent expeditos .. et dimiserunt coram nobis .. Datum in festo beati Anthonii confessoris, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quadragesimo sexto.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. lt. 3875. Közli: Kovács. N.

335.

1346. Visegrád, jan. 25. I. Lajos király előtt a vasvári káptalan Sári Márk fiával Petővel, Sár vagy Pizd nevű birtok felett egyezkedik, s azt hübér gyanánt bizonyos szolgáltatás mellett ennek átadja.

Nos Lodovicus . . rex . . memorie commendamus . . quod magistro Johanne canonico ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo pro eisdem capitulo scilicet Castriferrei cum procuratoriis literis eorumdem causalibus ab una, item parte ex altera Deseu filio Stephani pro Peteu filio Mark de Saar cum procuratoriis literis magnifici viri comitis Pauli iudicis curie nostre similiter causalibus coram nobis constitutis, propositum exstitit per eosdem . . quod ipsi scilicet capitulum Castriferrei et Peteu filius Mark in causa per eundem Peteu contra dictum capitulum racione alienacionis cuiusdam possessionis ipsius capituli Saar seu alio nomine Pizd vocate in vicinitate eiusdem Peteu existentis mota, eo modo concordassent, quod idem capitulum Castriferrei predictam possessionem eorum Saar seu Pizd vocatam predicto Peteu nomine feudali eo modo conservandam contulissent . . ut ipse de quolibet iugere terrarum arabilium eiusdem possessionis sata in se habenti, unum cubulum bladi cum cubulo civitatis Castriferrei, et de singulis falcaturis feni singulos decem denarios annis singulis dare teneatur capitulo prenotato; de molendino autem in loco molendini in eadem possessione habito, cum ipsum idem Peteu propriis suis expensis et laboribus edificari fecerit, medietatem proventuum eiusdem pro se percipiet ex integro, alia medietate eius amministrata capitulo antedicto; et quod

amodo idem Peteu quoslibet qui de dicta possessione eorum tempore impacato quoquomodo occupassent vel propter suam vacuitatem usurpassent, usque terciam revolucionem annualem in causam attrahere, et cum eisdem propriis suis expensis et laboribus usque decimam revolucionem annualem, si infra dictos *decem* annos recuperare occupata de eadem nequierit, litigare teneatur; ita tamen, ut si factum dicte possessionis ex consensu eiusdem capituli et consilio ad duelli dimicacionem vel iuramenti deposicionem devenerit, tunc idem capitulum factum dictorum duorum articulorum tenebuntur expedire; condicione tali inserta, quod idem capitulum Castriferrei prefatam possessionem post recuperacionem premissam per prefatum Peteu factam, nemini alteri extraneo si ipsimet conservare noluerint, et dictus Peteu sub prescripta condicione servare et tenere intenderit et voluerit, locare valeant atque possint; si vero idem Peteu in premissis vel aliquo premissorum perseverare et persistere recusaverit, tunc ipsemet ius suum quod in eadem racione vicinitatis et commetaneitatis habere se sperasset, amittet et perdet eo facto; nec de eadem quitquam amplius loqui poterit capitulo antedicto; dictumque capitulum ipsam alteri cui voluerint conferendi habebunt facultatem . . Datum in Wyssegrad, in festo conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCC^mo XL^mo sexto.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival: eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában. Castr. 31.

336.

1346. Visegrád, jan. 27. I. Lajos király Ferenczfi Tamás kiskorú fiának Csirke István fiai elleni folyó ügyét további három évre elhalasztja.

Nos Lodovicus . . rex . . memorie commendamus . . quod magister Pangracius aule nostre miles fidelis unacum Demetrio filio Thome filii Ferench puero proximo suo sub sua procuracione constituto, ad nostram et domine regine genitricis nostre . . presenciam accedendo, in persona eiusdem Demetrii

filii Thome pueri secum adducti nobis dixit, quod . . Karolus . . rex . . causam ipsius Demetrii pueri contra Johannem Nicolaum et Thomam filios Stephani dicti Cherke, tunc in presencia domini Willermi Drugeth . . condam palatini et iudicis comanorum ventilatam, propter sue etatis teneritatem, licet ipse Demetrius in ipsa causa actor fuisset, ad sextam revolucionem annualem diei Stennarum tunc preteriti, iuxta continenciam literarum eiusdem . . Wyllermi condam palatini iussisset prorogari . . nunc autem occurrente ipsa sexta revolucione annuali dicti diei Strennarum, idem Demetrius similiter propter suam puericiam in causa sua predicta respondere non valeret, supplicans . . ut ipsam causam prefati Demetrii pueri ad terminum ulteriorem prorogari facere dignaremur; nos itaque . . habita deliberacione cum . . domina regina genitrice nostra predicta, prelatisque et baronibus nostris in nostra curia existentibus, prefatam causam ipsius Demetrii pueri, licet idem actor in ipsa fore dignoscatur, propter suam puericiam a die Strennarum proxime preterito incipiens ad terciam revolucionem annualem diei Strennarum eiusdem duximus prorogari faciendam, statu priori permanente; vobis igitur . . Nicolao . . palatino et iudici comanorum eiusque vices gerentibus firmissimis damus in preceptis, quatenus iamdictam causam prefati Demetrii filii Thome in eodem statu absque aliquo gravamine ad terciam revolucionem diei Strennarum predicti debeatis prorogare. Datum in Wyssegrad, tercio die festi conversionis beati Pauli apostoli, anno domini Millesimo CCC° XL^mo sexto.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 98. dipl. lt. 3815. Közli: Kovács N.

337.

1346. febr. 1. A szepesi káptalan előtt Csetneki Benedek fiai Csetnek birtokot s tartozékait Gömör vármegyében, egymás közt felosztják.

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nobiles viri

magistri Johannes et Petrus filii Benedicti de Chyknyk de comitatu Gumuriensi ad nostram personaliter accedentes presenciam, in porcione ipsorum possessionaria in dicta Chyknyk habita ac in possessionibus seu villis Ohtyna Rohfalua Slavosfalva et altera Rohfalva sitis, in valle a dicta Chyknyk versus septemtrionem se extendente, item Gench Gachalkfalua Tharfalua Kewui Nandraz et Wygne vocatis pertinentibus ad Chyknik antedictam sitis in comitatu suprascripto ipsos iure hereditario seu paterne successionis tangentibus, talem divisionem propter bonum pacis perpetuo in filios filiorum duraturam se fecisse ministerio vive vocis sunt confessi, quod ipsa porcio habita in Chyknyk predicta cum dictis possessionibus Ohtyna Rohfalua Slauosfalua et altera Rohfalua cumque valle predicta se ad septemtrionem extendente ac cum omnibus .. pertinenciis .. supradicto Petro et per eum suis heredibus .. iure perpetuo .. possidende .. cessissent .. possessiones vero Gench Gachalkfalua Tharfalua Kewui et Nandraz ac Wygne supradicte cum valle in qua dicte possessiones Tharfalua Kewui Nandraz et Vygne sunt situate, ac similiter cum omnibus suis pertinenciis .. iure suprascripto supradicto magistro Johanni cessissent .. et nihilominus in silvis ad ipsas possessiones pertinentibus utraque pars villas fundandi et ipsas silvas populorum habitatoribus decorandi, unus videlicet eorumdem tot quot et alter, seu ita sicuti et alter habebunt facultatem absque contradiccione; tali tamen apposita condicione, quod si deo propicio ipsi simul vel eorum alter possessiones ab ipsis alienatas acquirerent seu reinvenirent aut reinveniret modo qualicunque, extunc ipsas possessiones acquisitas et reinventas ad supranominatas possessiones applicare et denuo ipsas cum reinventis dividere tenerentur .. eandem servando condicionem si per generaciones ipsorum pro divisione perpetua habenda attentarentur, aut ipsi generaciones ipsorum condivisionales attentarent .. Datum in vigilia festi Purificacionis virginis gloriose, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo sexto.

A pecsét sárga- zöld- és piros selyemsodraton függ, alúl chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 99. dipl. lt. 3817. Közli: Kovács N.

338.

1346. Visegrád, febr. 5. Erzsébet királyné megtekintvén, hogy Cyko mester körösszegi és tapolcsáni várnagy s testvére János a királylyal hadbaszállottak, de Cyko mester leányának férjhez adásával is el van foglalva, a budai káptalant utasítja, hogy Zaheus birtok határjárását a következő hamvazó szerda nyolczadára halaszsza el.

Elysabeth dei gracia regina Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Budensis salutem et graciam. Dicit nobis magister Cyko castellanus de Kereszeg et de Tapulchan, quod in quindena residencie presentis exercitus regii habuerit facere super possessione Zaheus vocata reambulacionem iuxta continenciam literarum comitis Pauli iudicis curie regalis; cum igitur idem magister Cyko et Johannes eius frater in serviciis domini regis filii nostri karissimi ad scitum nostrum fuerint constituti, et preter hoc idem magister Cyko habuerit nupcias de filia sua tradenda in eodem termino quam tradidit de curia nostra ad scitum et baronum nostrorum, ob quibus causis ad predictam reambulacionem ire nequierint racionabilibus ex causis; idcirco fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus eandem reambulacionem ad octavum diem Cinerum proxime venturum absque aliquo gravamine debeatis prorogare, statu litis priore permanente; ita ut ambe partes ipsam reambulacionem in quindena diei Cinerum ad iudicem cum serie literarum vestrarum reportare teneantur. Datum in Wyssegrad, die dominica proxima post festum Purificacionis virginis gloriose. Anno domini M° CCC^mo^ XL^mo^ sexto.

A budai káptalannak 1346. febr. 7-én Pál országbíróhoz intézett jelentésében átírva, mely szerint a káptalan tudatja, hogy febr. 3-án a Gyarman fia Pethő részére kiküldött Vanyarczi Henrik kir. emberrel Jakab dekánt már a helyszínére kiküldötte, de a királynénak időközben érkezett rendelete következtében az eljárás befejezése elmaradt. A káptalan jelentése megvan eredetiben az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 549. 49. dipl. lt. 3818. Közli: Kovács N.

339.

1346. Buda, febr. 10. Pál országbíró a Rikolf fia László és Miklós egri püspök között Kömlő Nána Lovásztelek és Pok nevü birtokok miatt folyt pert elhalasztja.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod discussionem reportate seriei cuiusdam cause quam inter magistrum Ladislaum filium Rykolphi actorem ab una pro quo Joannes filius Pous . . astitit, et inter . . Nicolaum episcopum Agriensem in causam attractum parte ex altera pro quo magister Petrus canonicus dicte ecclesie Agriensis . . comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in facto cuiusdam possessionarie particule inter partes litigiose viginti aratrorum et in sexaginta marcis estimate, inter possessiones Kumleu Nana Luazteluk et Pok vocatas existentis, in quindenis residencie exercitus regii versus Croaciam moti et ad quindenas Epiphaniarum domini proclamate, facere tenebamur, volentibus parcium procuratoribus ad octavas beati Georgii martiris nunc proxime venturas, sub priori statu duximus peremtorie prorogandam, si partes medio tempore non poterunt concordare. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M^mo^ CCC^o^ XL^mo^ sexto.

Papíron, zárlatán a pecsét csekély töredékeivel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 786. 36. dipl. lt. 3819. Közli : Kovács N.

340.

1346. Buda, febr. 20. Pál országbíró Miklós bán fiát Istvánt azért, mert egy pejlovat Cse'neki Miklós fiának a kitüzött határnapon ki nem szolgáltatott, megbírságolja.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod cum secundum continenciam literarum domini Stephani voyuode Transsilvani magister Stephanus filius Nicolai bani unum equum pegh coloris in quatuor marcis Budensis racionis estimatum, a Faychar teotonico serviente Pauli filii Lorandi

per Nicolaum filium Ladislai de Chytnuk mediante homine ipsius domini Stephani voyuode in descensu regio in festo beate Marie Magdalene nunc proxime preterito recaptivatum, sub fideiussione iuxta suam propriam assumcionem in quindenis residencie exercitus regii versus partes Croacie moti et ad quindenas festi Epiphaniarum domini proclamate, contra eundem Nicolaum filium Ladislai statuere debuisset coram nobis, ipso termino adveniente, idem Stephanus filius Nicolai bani dictum equum quatuor marcis estimatum, Budensis racionis, per ipsum modo quo supra statuere assumtum, statuere . . non curavit, Benedicto filio Mathie pro eodem Nicolao filio Ladislai . . decem et septem diebus continuis legitime coram nobis exspectante; unde eundem magistrum Stephanum filium Nicolai bani in iudicio decrevimus convictum exstitisse, nisi se racionabiliter possit excusare. Datum Bude, decimo et octavo die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo sexto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1536. 101. dipl. lt. 3822. Közli: Kovács N.

341.

1346. Visegrád, mart. 10. Jakab zágrábi püspök az Ibangh nevü megyéjében fekvö Glogoncha máskép Guordak nevü birtokot Gerard mesternek adományozza.

Jacobus . . Zagrabiensis episcopus . . pensatis . . meritoriis serviciis que nobis et ecclesie nostre magister Gerardus karissimus frater noster a multis temporibus variisque fortune se casibus temporibus retroactis pro nostris et dicte nostre ecclesie commodo et honore submittendo noscitur impendisse; ideo cum talia virtuosa servicia eiusdem absque remuneracione non debeant ex parte nostra et nostre ecclesie remanere, pro eo quia bonorum laborum gloriosus debet esse fructus, eapropter quandam possessionem Glogoncha vocatam, que nunc vocatur possessio Guordak, in nostro comitatu de Ibangh existentem, per obitum Guordak filii Bank heredum solacio destituti ad man[illegible] seu disposicionem nostram

iure dominii devolutam, suis metis et terminis destitutam, quibus per dictum Guordak habita exstitit et possessa, cum omnibus utilitatibus . . ac suis aliis pertinenciis . . que ad ipsam possessionem iuxta metas veteres pertinebant, eidem magistro Gerardo et per eum suis heredibus . . more aliorum presencium predialium nostrorum nobis et ecclesie nostre fidelium, perpetuo et irrevocabiliter, quamdiu ipsi nobis et ecclesie nostre fideles exstiterint, duximus . . conferendam ac pacifice . . possidendam . . populandamque pariter et habendam . . Datum in Wyssegrad, die decima mensis Marcii, anno nativitatis domini Millesimo trecentesimo quadragesimo sexto.

A hártyaszeleten függött pecsét elveszett; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 5. 2. dipl. lt. 3827. Közli: Kovács N.

342.

1346. Gyulafehérvár, mart. 12. Tamás gyulafehérvári főesperes és püspöki vicarius bizonyítja, hogy Erzsébet, András alvajda leánya, fivéreinek 50 márka ezüst tartozásukat elengedte.

Nos magister Thomas archidiaconus Albensis . . Andree . . episcopi Transsilvani vicarius generalis, significamus . . quod cum nobilis domina Elizabet relicta Thome filii Ambrosii, filia quondam Andree vicevoyvode nobilis de Gyog, per Stephanum filium suum ad nos specialiter ad hoc destinatum nobis supplicando nos petivisset, ut quia ipsa propter infirmitatem sui corporis ad quandam confessionem pro Stephano Lucasio Andrea et Ladislao filiis dicti Andree vicevoyvode fratribus suis faciendam coram nobis comparere non posset, ob hoc nos hominem nostrum fidedignum coram quo dictam confessionem suam faceret, ad ipsam transmittere dignaremur; nos huiusmodi legitimis peticionibus ipsius domine . . inclinati, homines nostros fidedignos, videlicet Thomam de Spinis et Johannem de Fahyd ecclesiarum sacerdotes vice nostra ad ipsam dominam duximus transmittendos, qui Thomas et Johannes sacerdotes homines nostri . . retulerunt . . quod ipsi feria quinta proxima ante dominicam Reminiscere proxime

nunc preteritam, ad predictam villam Gyog superiorem propriis in personis accessissent, et ibi coram ipsis et coram Andrea sacerdote parochiali de eadem Gyog, et comite Nicolao filio Nicolai nobili de eadem cum domina consorte sua, ac aliis multis probis viris, prefata domina Elizabet relicta Thome filii Ambrosii personaliter astans, sponte .. confessa fuisset, quod licet ipsa predictos Stephanum Lucasium Andream et Ladislaum fratres suos super requisicione rerum et bonorum suorum quinquaginta marcas argenti valencium ad nostram presenciam legitime .. traxisset in causam, et in eadem causa iuxta formam uostri iudicii iidem Stephanus Lucasius Andreas et Ladislaus fratres sui racione dictarum rerum et bonorum quinquaginta marcas argenti valencium in quindenis festi Penthecostes proxime nunc venturis iurare debuissent, tamen nunc ipsa cum dictis fratribus suis favorabiliter agens, per modum pacis et concordie iuramentum eorumdem fratrum suorum racione dictarum rerum et bonorum suorum prestandum .. relaxasset, et ipsos Stephanum Lucasium Andream et Ladislaum fratres suos super dictis rebus et bonis suis quinquaginta marcas argenti valentibus reddidisset expeditos .. prout hec omnia premissa supradicti Thomas de Spinis et Johannes de Fahyd ecclesiarum sacerdotes homines nostri coram eis per prefatam dominam Elizabet confessa .. fuisse retulerunt .. Datum Albe, in predicta dominica Reminiscere, anno domini M° CCC° XL^mo sexto.

Hátlapján pecsét tőredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. comitat. Albensis G. 12. dipl. lt. 26,371. Ugyanott megvan Tamás vicariusnak 1346. sept. 27-én kelt hasonló tartalmú oklevele arról, hogy a nevezett özvegy elismerte, hogy fivérei leánynegyedi járandóságát húsz márka ezüsttel kifizették. U. o. dipl. lt. 26,372. Közli: Kovács N.

343.

1346. Zágráb, mart. 13. Miklós szlavoniai és horvátországi bán ítélete Gergely fia Péter és Mikó fiai részére a Nagy-Kemlékhez tartozó Vinichna nevü birtokról.

Nos Nicolaus tocius Sclavonie et Croacie banus .. significamus .. quod cum magister Petrus filius Gregorii filii Far-

kasii, Farkasius et Martinus filii Mykow ad nostram accedendo presenciam, quandam possessionem Vinichna vocatam circa fluvium Lanya in pertinenciis maioris Kemlek existentem, ipsorum esse et de iure eis pertinere proposuissent, et de ipsa possessione veritatem et certitudinem investigare volentes . . capitulo Zagrabiensis ecclesie literatorie . . dedimus in mandatis, ut unacum Iwan filio Simonis homine nostro, ipsorum mitterent hominem . . qui in faciem dicte possessionis accedendo, convocatis vicinis et commetaneis eiusdem, statuerent predictis magistro Petro et filiis Mykow possidendam, si per quempiam non fieret contradictum; tandem iidem amici nostri capitulum Zagrabiense nobis scripserunt, quod cum predictus homo noster presente ipsorum testimonio prefatam possessionem Vinichna eisdem magistro Petro et filiis Mykou statuere voluisset, Stephanus filius Dragilo contradiccionis obstaculo eisdem obviasset, quem ad nostram presenciam legitime evocasset, et cum ipso termino adveniente iidem magister Petrus et filii Mykow ipso Stephano interim de hoc seculo migrante, a Zubko filio eiusdem Stephani racionem sue contradiccionis nostri in presencia sibi assignari impetrassent, ipseque Zubko senciens et sciens prefatam possessionem Vinichne in ius et proprietatem dictorum magistri Petri et filiorum Mykow pertinere, eandem cum omnibus suis iuribus et utilitatibus suis quibuslibet, eisdem magistro Petro Farkasio et Martino filiis Mykow liberaliter remisit et resignavit possidendam . . ad hoc nos ob maioris iusticie evidenciam de eadem possessione utrum eadem ipsis Petro et filiis Mykow de iure debeat pertinere nec ne . . magistro Paulo comiti nostro Crisiensi et castellano nostro de maiori Kemlek et Gregorio filio Fynech comiti terrestri de eadem literatorie dedimus in mandatis, ut ab omnibus quibus decet . . inquirere debeant, utrum aliquo temporis curriculo prefata possessio predecessorum eorumdem Petri et filiorum Mykow fuerit et nunc ipsa eisdem dinoscatur attineri nec ne, et si eorumdem fore prescirent, eisdem statuerent perpetuo possidendam; qui quidem . . nobis scripserunt, ut predicta possessio predecessorum eorumdem magistri Petri et filiorum Mykow fuisset et nunc ipsis de iure attineret, et eandem sine aliqua contradiccione cum suis utilitatibus . . ipsis magistro

Petro et filiis Mykow statuissent perpetuo possidendam; et quia nos ipsam possessionem Vinichna eisdem magistro Petro Farkasio et Martino filiis Mykow modo premisso pertinere invenimus, ideo cum omnibus suis iuribus et utilitatibus eisdem relinquimus . . in filios filiorum possidendam . . Datum Zagrabie, feria secunda proxima post dominicam Reminiscere, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo sexto.

A pecsét zöld-piros selyem sodraton függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 102. dipl. lt. 3828. Közli: Kovács N.

344.

1346. mart. 22. A szent-ernői káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Domokos macsói bán Révai Tonk fiának Mátyásnak Benedek fia Gergely elleni ügyét a kir. curiára fölterjesztette.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie beati Irinei martiris . . literas vestre maiestatis preceptorias sub sigillo vestro annulari nobis directas . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie sancti Irinei martiris . . fidelitati vestre firmiter . . precipiendo mandamus, quatenus alias literas nostras super facto Mathie filii Thonk de Ryva magnifico viro Dominico bano de Machou transmissas per nostrum (így) hominem vestrum fidedignum eidem exhibere faciatis, et quitquid idem visis ipsis literis nostris fecerit vel responderit, nobis . . rescribatis. Datum Bude, secundo die Cinerum, anno domini Millesimo CCC° XL^mo^ sexto. Nos igitur . . predictas literas vestras super facto memorati Mathie filii Tonk ipsi Dominico bano vestro de Machou per . . Mathe custodem ecclesie nostre antedicte . . fecimus exhibere, qui quidem dominus Mathe custos . . retulit nobis tali modo, ut prenotatus Dominicus banus ipsas literas vestre celsitudinis ei exhibitas omni cum honore acceptando, ad tenorem earumdem taliter respondisset, ut ipse in hiis et in aliis omnibus preceptis vestre magnitudinis parere promtus esset et fuisset ac paratus, ita quod causam iamdicti Mathie filii Tonk cum Gregorio filio Benedicti coram ipso habitam, et inquisiciones par-

cium utrarumque aut ipse banus personaliter vel per condignum hominem suum ad octavas diei medii Quadragesime nunc venturas ad presenciam vestre magnitudinis transmisisset . . ipsas inquisiciones in specie vestre celsitudini destinando vel exhibendo, ut vestra precepisset magnitudo. Datum feria quarta proxima post dominicam Oculi, anno supradicto.

Papiron, zárlatán két pecsét nyomaival; erdetije a b. Bévay cs. ltárában »Bévay« fasc. I. 24.

345.

1346. mart. 22. A szepesi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy a midőn Szomolnok város határát megjárták, annak a Stellbach városi polgárok ellent mondtak.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie sancti Martini de Scepus . . literas excellencie vestre . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Scepusiensis . . dicitur nobis in personis civium et hospitum nostrorum de Smulnich, quod nonnulli ex vicinis et commetaneis eorum terras ipsorum inter metas eorumdem existentes occupassent et occupatas uterentur, que recapitulacione et ipsis statucione plurimum indigerent; quare . . vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael filius Martini de Kazmerfalua vel Deerch filius Hannos aut Martinus filius Andree seu Stephanus filius Stephani de Babareche aliis absentibus homo noster ad facies terrarum dicte civitatis Smulnich accedendo . . recapiat et reambulet ipsas terras eorumdem iuxta continenciam literarum privilegialium . . Karoli quondam regis . . recaptivatasque et reambulatas statuat ipsas eisdem civibus et hospitibus Smulniciensibus eo iure quo nomine nostro ad ipsos dinoscuntur pertinere perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet eosdem contra ipsos ad nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem statucionis cum cursibus metarum . . nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in vigilia beati Mathei apostoli, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} sexto. Nos itaque . . unacum Michaele filio

Martini homine vestro predicto nostrum misimus hominem . . Stephanum clericum chori nostri prebendarium ad premissa exequenda, qui demum . . retulerunt, quod feria tercia proxima ante diem dominicam qua pro officio Letare cantatur, idem homo vester dicto homine nostro presente ad facies terrarum dicte civitatis Smulnich accessisset, et vicinis ac commetaneis suis universis legitime convocatis et presentibus, a monte Ochzynberg vocato in quo una est meta terrea, et ab eodem usque ad Wagendresser ubi tangit fluvium Gelnich, reambulasset et recaptivasset terras civilium eorumdem iuxta continenciam dictarum literarum privilegialium .. Karoli quondam regis . . super terris eiusdem emanatarum, recaptivatasque et reambulatas cum statuere voluisset ipsas terras civibus et hospitibus de Smulnich antedicta eo iure quo nomine vestro ad ipsos dinoscuntur pertinere perpetuo possidendas, iudex iurati et cives de Stilbach ibi personaliter existentes huiusmodi statucioni velamine contradiccionis obviassent; quare dictus homo vester nostro homine predicto presente eosdem iudicem iuratos et cives de Stilbach antedicta in facie terrarum earumdem contra memoratos cives et hospites de Smulnich ad vestram presenciam citasset, eisdem feriam quartam proximam post dominicam Ramispalmarum iam proxime affuturam pro termino comparendi assignando. Datum feria quarta ante dictam dominicam Letare, anno domini suprascripto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 452. 5. dipl. lt. 3823. Közli: Kovács N.

346.

1346. mart. 26. Az erdélyi káptalan előtt Szentmártoni Jób fia Gergely, Olivér fiának Kalachnak és rokonainak a Szent-Márton és Mikó nevü Doboka vármegyei birtokokból járó illetőségüket a Szil nemzetség többi birtokaival együtt átadja.

Nos capitulum ecclesie Transsilvane significamus .. quod Gregorio filio Job de Sancto Martino ab una parte, ex altera

vero Kalach filio Olyverii de eadem Zenthmartun coram nobis personaliter constitutis, per eundem Gregorium filium Job nobis confessum exstitit . . quod cum idem Kalach filius Oliverii eundem Gregorium filium Job racione potenciarie occupacionis iurium possessionariorum suorum ac Nicolai Johannis et Leukus filiorum Stephani fratrum suorum in eadem possessione Zenthmartun et Myko, ac aliarum quarumlibet possessionum generacionis eorum Zyl ad eandem capitalem ipsorum possessionem Zenthmartun pertinencium, in comitatu de Doboka existencium habitarum, legitime citacionis modum observando in presenciam nobilis viri Petri vicewoyvode Transsilvani in causam attractus exstitisset, et ipsa causa diversis prorogacionum cautelis intervenientibus in quamplurimis terminis et in ultimis ad octavas festi beati Georgii martiris proxime preteritas iuxta continencias aliarum literarum eiusdem Petri vicewoyvode prorogatoriarum exstitisset dilatata, tandem ipsis octavis festi beati Georgii martiris occurrentibus, partibus coram eodem Petro vicewoyvoda comparentibus et ipsam causam ad pacis reformacionem per ipsum transmitti postulantibus, demum dicte partes per reformacionem proborum et nobilium virorum partes suas interponencium, taliter se concordasse retulissent . . quod idem Gregorius filius Job, eisdem Kalach filio Oliverii, Nicolao Johanni et Leukus filiis Stephani, premissa iura possessionaria in dictis possessionibus Zenthmartun et Myko vocatis, ac in aliis quibuslibet possessionibus generacionis ipsius Zyl habita, ipsos filios Stephani et Oliverii tangencia . . resignasset . . plene et integre velut eorum iura; tali obligamine mediante, quod si idem Gregorius vel sui successores . . pretextu predictorum iurium possessionariorum contra ipsos filios Olyverii et Stephani aliquam litem seu guerram excitarent vel premissa iura possessionaria sine quescione non resignarent, extunc iidem Gregorius et sui posteri in quinquaginta marcis ad racionem ponderis Budensis, sine iudicis porcione convincerentur eo facto; universas autem literas suas iamdictus Gregorius tam regales quam alias . . contra ordinacionem premisso modo factam . . emanatas ac in futurum emanandas, cassas . . relinquendo . . Datum in dominica Letare, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL° sexto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltárban Gyulafehérvári kápt. comitat. Dobocens. dipl. lt. 27,273. Közli: Kovács N.

347.

1346. mart. 27. A szepesi káptalan előtt Mariusfalvi Goldus, Farkasfalvi Miklós özvegye, egy ruha kiváltása és hitbére dolgában sógoraival egyezséget köt.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod magister Marius filius Stephani de Mariusfalua . . pro nobili domina Goldus vocata sorore sua relicta Nicolai filii Ladislai de Farkasfalua . . ab una, ac Jacobus et Paulus filii Ladislai predicti parte ab altera . . sunt confessi . . quod super omnibus . . causis . . quas dicta . . domina ipsis Jacobo et Paulo racione rerum dotaliciorum et parafernalium seu rerum quarumcunque hucusque movisset, et inter ipsos tam occasione premissarum licium quam aliarum seu in facto possessionario ventillatis, per proborum virorum arbitrium . . ad talem . . devenerunt pacis unionem, quod supranominati Jacobus et Paulus in die dominica proxima ante festum Penthecostes nunc venturum, vestem dicte . . domine apud Cristil filium Henchmanni de Podradzaza impignoratam pro duodecim marcis promptorum grossorum et tribus grossis redimere teneantur, et racione dotis et rerum parafernalium viginti quinque marcas partim in denariis et partim in estimacione condigna in terminis infrascriptis, videlicet in octavis nativitatis Christi iam venturis tredecim dimidiam marcam partim in promptis denariis et partim in estimacione condigna, item in octavis diei medii Quadragesime . . similiter tredecimam dimidiam marcam modo simili partim in denariis et partim in estimacione eidem . . domine . . solvere . . teneantur; tali adiecta condicione, quod quecunque parcium predictarum . . composicionem premissam retractaret . . contra partem premissam adimplentem . . in nota pene calumnie convicta dinosceretur eo ipso . . Datum feria secunda proxima post dominicam Letare, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} sexto.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a N. Múzeumban, a Máriássy cs. letéteményében.

348.

1346. mart. 30. Az egri káptalan bizonyítja, hogy Golopi István és Kéri Jakab hatod-magukkal eskütt tettek arra, hogy a Monoki László fiai ökreinek eltolvajlásában ártatlanok.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam literarum . . Nicolai . . palatini modum et formam iudiciarie deliberacionis eiusdem significancium, Stephanus filius Jacobi de Golop et Jacobus filius Johannis de Keer sexto se se nobilibus sibi similibus, contra Michaelem et Simonem filios Ladislai de Monak in octavis diei medii Quadragesime coram nobis sacramentum deponere debuissent, adveniente ipso termino, preallegati Stephanus filius Jacobi et Jacobus filius Johannis cum eisdem coniuratoribus suis, videlicet quilibet eorum tercio et tercio se nobilibus, adversus dictos Michaelem et Simonem iuramentum coram nobis super eo, quod ipsi sabbato proximo ante festum Nativitatis virginis gloriose iam preteritum ad predictam possessionem eorumdem filiorum Ladislai Monak potencialiter non accessissent nec in eadem quatuor boves abstulissent, imo ipsi in ablacione dictorum bovum penitus innoxii essent . . et comes Ladislaus filius Pauli de Benye famulus et procurator eorumdem filiorum Ladislai ipsum iuramentum vidit et audivit in persona dominorum suorum supradictorum. Datum in crastino eiusdem iuramentalis deposicionis, anno domini M° CCC° XLme sexto.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 106. dipl. lt. 3832. Közli: Kovács N.

349.

1346. Visegrád, mart. 31. Pál országbíró az esztergomi káptalant megkeresi, hogy a Mogh fia Lukács részére Magyarád nevü birtok elzálogosításáról kiállított és Magyarádi Benk fia Balázs által hamisnak állított oklevelet a felek meghallgatása mellett vizsgálja meg, s az eredményről jelentést adjon.

. . conventui ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio comes Paulus iudex curie . . noveritis, quod Blasius filius Benk de Magyarad . . iuxta continenciam literarum evocatoriarum conventus de Saag in octavis diei medii Quadragesime ad nostram accedens presenciam, contra Lukachium filium Mogh de eadem Magyarad in figura nostri (iudicii) egit proponendo in hunc modum, quod a tempore illo quo dictus dominus Lodovicus rex exercitum versus partes Servie movisset et ipse in exercitu regio (versus) easdem partes ivisset, ibique in ipsius regii exercitus conflictu detentus exstitisset, medietatem possessionarie porcionis sue in dicta possessione Magyarad ipsum contingentis, absque ipsius voluntate . . occupasset et . . detineret; quo percepto prefatus Lukachius filius Mogh personaliter exsurgens, se super dicta medietate possessionarie porcionis instrumenta efficacia habere et in instanti exhibere posse allegavit, ubi idem Lukachius filius Mogh quasdam literas vestras patentes anno domini M° CCC° XL^mo tercio, feria quarta proxima post octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste confectas nobis presentavit, in quibus vidimus contineri . . quod predictus Blasius . . filius Benk de Magyarad ex una . . prefatus Lukachius filius Mogh de eadem parte ex altera coram nobis constituti, idem Blasius . . fuisset confessus dimidietatem tocius possessionis sue Magyarad predicte usque metas possessionum Zamptho et Gyarmath et specialiter unam particulam terre sue que esset cum fine ad fluvium Bor inferiori parte unius vie magne que iret versus meridiem, usque ad metas Nicolai et Michaelis filiorum Johannis de Magyarad cum omnibus . . pertinenciis suis eidem Lukachio pro septem marcis denariorum viennensium plene per ipsum Lukachium persolutis pignori . . obligasset coram vobis eo modo, quod

quandocunque idem Blasius dictam suam impignoratam particulam possessionis sue redimere posset, idem Lukachius eidem restituere teneretur. Quarum literarum vestrarum patencium . . perlectis continenciis, cum nos ipsum Blasium filium Benk in eo, ut si que contra preexhibitarum literarum vestrarum formam et continenciam obiicere velit vel ne, trinario numero ut nostro incumbit officio requisitum habuissemus, mox idem Blasius filius Benk allegavit in hunc modum, ut premisse litere vestre patentes sigillo vestro insignite seriem premisse possessionarie impignoracionis explicantes, non ex ipsius scitu consensu et voluntate nec earum continencie ad eius confessionem personalem emanate fuisse, nec se ad premissam possessionariam impignoracionem faciendam in vestri medium accessisse aut coram vobis ad premissam confessionem faciendam aliquo unquam tempore personaliter comparuisse (. . . . . .) impignoracionem eedem litere vestre patentes emanate sint se penitus ignorasse (. . . . . .) allegabat coram nobis. Unde quia predictus Blasius filius Benk preallegatas literas vestras patentes non ex ipsius . . voluntate nec ad eius confessionem emanatas fuisse allegabat, et ex eo in premissis inter partes iudicium finale facere non poteramus, ideo adiudicantes decrevimus, ut idem Blasius filius Benk feria quarta proxima post dominicam Judica nunc proxime ventura personaliter in vestri medium accedat, et ipso Lukachio filio Magh vel legitimo eius procuratore presencialiter inibi existente, preallegatisque literis vestris patentibus sub capite sigilli nostri in trapellum inclusis per ipsum Lukachium nobis exhibitis, vos in simul et in unum conveniendo, perlectis primo earumdem literarum patencium continenciis, sigillo literis carta et aliis circumstanciis earumdem, deum et eius iusticiam pre oculis ferentes, abiectoque cuiuslibet falsitatis scrupulo, diligenter examinatis, de ipsius Blasii filii Benk noticia personali omnimoda securitate recepta, consideretis et scrutamini (diligenti) colloquio inter vos habito super eo, utrum eedem litere patentes de vestro sigillo sint et ex manibus vestre communitatis rite et legitime emanate exstiterint, predictusque Blasius in vestri presencia ad premissam possessionariam impignoracionem seu confessionem faciendam personaliter comparuerit, et premissa

sic sicut in premissis haberetur confessus sine variacione aliquali exstiterit vel ne, nullius partis favore allecti, sicut recordari poteritis, ad feriam sextam (scilicet) post ipsam feriam quartam immediate sequentem sine crastinacione regie maiestati omnimodam rescribatis veritatem. Datum in Wyssegrad, tercio die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo sexto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

350.

1346. Visegrád, apr. 2. Pál országbíró az egri káptalant utasítja, hogy az István kir. jegyzőnek Bocsonád nevü- és az Imre fiának Jánosnak Heves nevü birtokaik között fekvő vitás területet becsültesse meg.

.. capitulo Agriensi comes Paulus iudex curie .. regis.. noveritis quod magister Stephanus specialis notarius .. domini regis personaliter iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in die medii Quadragesime feria scilicet quarta ad nostram accedens presenciam, contra magistrum Johannem filium Emerici filii Pauli de Heves in figura nostri iudicii quasdam literas capituli ecclesie Budensis seriem reambulacionis cuiusdam possessionis Bachanod vocate exprimentes, accionem suam asserens plenarie contineri in eisdem, nobis presentavit, in quibus vidimus contineri .. quod cum de regio mandato homo regius et testimonium antedicti capituli ecclesie Budensis feria secunda proxima post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum anno iam proxime elapso preteritum, ad faciem predicte possessionis Bachanad vocate in comitatu de Hevesvywar existentis, vicinis et commetaneis eiusdem .. convocatis.. accessissent, et ipsam per suas veras metas .. a parte possessionis Heves vocate distingere in hunc modum incepissent: primo et principaliter a tribus metis terreis circa magnam viam Hevesynoghuth vocatam existentibus, possessiones Anyasteluk Farkasd et Bachanad vocatas ab invicem separantibus incipiendo, deinde iret ad partem orientalem ad unam metam terream cursualem, deinde ad eandem partem ad aliam metam terream

similiter cursualem, deinde ad eandem partem veniret ad duas metas terreas possessiones Farkasd et Bachanad separantes, demum ad eandem partem ad unam metam terream, dehinc transiret ad quendam montem ubi essent due mete terree, quarum una esset possessionis Farkasd et alia Bachanad, deinde verteretur ad partem meridionalem ad quendam montem ubi essent due mete terree, quarum una esset possessionis Heves et alia possessionis Bachanad, et tercia que ostenderet ad possessionem Fugach, esset destructa; et cum iuxta ipsas metas antiquas ultimas novas metas erigere et per predictas metas predictam possessionem Bachanad ab aliorum possessionibus distinctam predicto magistro Stephano statuere voluissent, Farkas famulus et officialis magistri Johannis filii Emerici filii Pauli de Heves in persona eiusdem domini sui in dictis ultimis metis non a reambulacione sed ab ereccione novarum metarum et a statucione prohibuisset, in aliis autem metis nec ipse Farkas nec alii contradictores apparuissent, cuius contradiccionis racione idem magister Stephanus se informari postulabat per magistrum Johannem filium Emerici memoratum; quo percepto prefatus Farkas famulus et officialis ipsius magistri Johannis filii Emerici pro eodem magistro Johanne domino suo cum procuratoriis literis capituli ecclesie Agriensis exurgens, allegabat isto modo, quod ipse magister Johannes dominus suus et in persona eiusdem ipse, tempore reambulacionis predicte possessionis Bachanad vocate ipsius magistri Stephani in facto ereccionis novarum metarum iuxta metas ultimas veteres et antiquas faciende pro eo contradiccionem fecissent, quia per huiusmodi reambulacionem et novarum metarum ereccionem ipse magister Stephanus de possessione predicti magistri Johannis domini sui Heves nominata bonam particulam terre sibi vendicando, ad predictam possessionem suam Bachanad vocatam indebite voluisset applicare; unde quia in facto particule terre litigiose sub premissis metis ultimis habite, pro eo quia eadem particula terre inter partes litigiosa nondum estimata fuerat, inter partes easdem iudicium et iusticiam facere nequeuntes, ad eiusdem particule terre litigiose estimacionem regii homines vestraque testimonia transmitti debeant necessario, amiciciam vestre discrecionis .. requirimus .. quatenus vestros

mittatis homines pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Gurk de Sul vel Lukachius filius Isaak de Katha aut Lachk de Chaan sive Nicolaus de Rechk pro parte predicti magistri Stephani, item Jacobus de Halmay vel Athyas de Fygud aut Paulus de Chaz pro parte predicti magistri Johannis filii Emerici aliis absentibus homines domini regis, in quindenis festi beati Georgii martiris proxime nunc venturis ad faciem predicte possessionis ipsius magistri Stephani Bachanad vocata accedant, et eandem . . iuxta prioris reambulacionis modum . . reambulent, factaque reambulacione, particulam terre sub premissis ultimis metis inter partes litigiosis habitam, unacum aliis probis viris inibi convocatis regali mensura si mensurari poterit mensurando, vel si mensurari nequiret visu considerando, estiment regni consvetudine exigente . . et post hec seriem ipsius possessionarie . . estimacionis . . ad octavum diem dictarum quindenarum festi beati Georgii martiris domino regi . . rescribatis . . Datum in Wyssegrad, duodecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo sexto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 9. 15. dipl. lt. 3833. Ugyanott megvan az egri káptalannak 1346. máj. 10-én kelt jelentése, N. R. A. 646. 14. dipl. lt. 3846. sz. a., mely szerint a midőn az országbíró meghagyására a káptalan Csányi Laczk kir. emberrel »Nicolaum sacerdotem magistrum altaris beate Anne matris Marie de eadem ecclesia nostra« a becsü teljesítése végett a helyszínére kiküldötte volna, Hevesi Imre fia János ellenmondása és tiltakozása miatt a becsü teljesithető nem volt. Közli: Kovács N.

351.

1346. apr. 2. A bácsi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy a midőn Mikch bán fiát, Vas és Sopron vármegyék főispánját, a magbanszakadt Gyurk fiának Bács és Valkó vármegyei birtokaiba iktatták, ennek a leány-utódok ellent mondtak.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Bachiensis . . literas vestre maiestatis . . recepimus sub hac forma: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Bachiensis . . noveritis quod magister Stephanus filius quondam Mychk bani tocius Sclavonie

aule nostre miles strenuus fidelis et dilectus, comes Castriferrei et Supruniensis, ad nostre serenitatis presenciam accedendo, suas fidelitates et servicia in locis continuis et temporibus opportunis, primum tempore . . quondam Karoli regis . . non absque effusione sui sanguinis et grandium vulnerum supportacione impensa, ex quibus quedam infra speciali annotacione in memoriam posterorum annotantur, demum eodem patre nostro . . ex hac luce decesso, nobisque in regimine ipsius regni Hungarie iure successionis paterno debiti transscendentibus, continué nostro lateri adherendo nostre maiestati exhibitas et similiter impensa proponens et declarans . . universas possessiones et porciones possessionarias condam Stephani filii Gyurk ubique in regno nostro existentes, quovis nomine vocitatas, specialiter possessiones eiusdem Dethmar et Ibran in Wolkou, item Funou vocatas in Bachiensi comitatibus existentes, cum ipsarum quarumlibet pertinenciis et spectantibus ad easdem, asserens ipsum Stephanum filium Gyurk heredum solacio orbatum . . decessisse, eaque racione universas possessiones eiusdem nostre regie collacioni iure regni nostri approbato requirente pertinere, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit; verum quia de qualitate et quantitate ipsarum possessionum et utrum modo premisso nostre pertineant collacioni nec ne, nobis veritas non constat, fidelitati vestre firmiter precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Dominicus filius Mochk aule nostre iuvenis homo noster de aula nostra ad hoc specialiter transmissus, ad facies ipsarum possessionum et possessionariarum porcionum ipsius Stephani filii Gyurk ubilibet existencium accedendo . . reambulet ipsas . . reambulatasque . . si invenerit ipsas modo premisso nostre regie pertinere collacioni, statuat easdem prefato magistro Stephano filio quondam Mykch bani, sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, contra ipsum magistrum Stephanum ad nostram evocet presenciam, octavas festi Pasche domini nunc venturas ipsis pro termino coram nobis comparendi assignando; et post hec . . seriem tocius facti . . nobis . . rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria tercia proxima post dominicam Oculi, anno domini

M° CCC^mo XL^mo sexto. Nos itaque . . cum predicto Dominico homine vestro nostrum misimus hominem . . magistrum Benedictum socium et concanonicum nostrum pro testimonio ad premissa exequenda fide dignum; qui postmodum . . nobis retulerunt, quod idem homo vester sub testimonio predicti hominis nostri feria tercia proxima post dominicam Letare nunc preteritam ad faciem predicte possessionis Funow et ad eandem pertinencium, scilicet in numero septem villarum in comitatu Bachiensi existencium, in quibus centum et septuaginta mansiones existunt, condam filii Gyurk supradicti accedendo, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et presentibus iuxta veteres et antiquas metas suas reambulando, dum iuxta collacionem vestre regie celsitudinis pretactam eidem magistro Stephano et suo nomine Nicolao servienti et procuratori suo applicanti statuere voluisset, nobiles domine, videlicet in primis relicta Gyurk, item relicta Stephani filii sui predictorum, pro earum dotibus et rebus parafarnalibus, necnon due filie eiusdem Stephani filii Gyurk pro earum quartis filialibus, et eciam nobilis domina filia predicti Gyurk consors magistri Stephani de Morouth similiter pro quarta sua filiali in eisdem possessionibus iure geniture regni vestri consvetudine exigente ipsis debentibus, in tali statucione contradixissent; item feria quarta et quinta tunc proxime subsequentibus ad facies possessionum Ibram et Dethmar vocatarum et ad easdem pertinencium in comitatu de Wolkou existencium accedendo, facta vicinorum et commetaneorum earum universorum legitima convocacione ac reambulacione, eedem domine relicte Gyurk et Stephani ac due filie ipsius Stephani easdem possessiones in Wolkow habitas universas scilicet in numero quatuordecim villas, in quibus octoginta et quinque mansiones existunt, in toto ad eosdem Gyurk et Stephanum filium suum ipsisque viventibus ad predictas dominas emcionis titulo mediantibus efficacissimis instrumentis pertinuisse asseruissent personaliter, et sic eodem titulo et racione emcionis, item eciam prefata domina consors magistri Stephani de Morouth modo annotato pro quarta sua filiali in eisdem possessionibus in Walkou existentibus habita in earum statucione contradixissent; super quibus omnibus dotibus rebus

paraternalibus et quartis filialibus vestre regie maiestatis gracie et baronum regni vestri ac prelatorum deliberacioni . . misericorditer faciendis humiliter et suppliciter se submisissent, et sic easdem dominas super predicta villa Ibram vocata feria quinta tunc proxime subsequenti facie ad faciem cum predictis instrumentis suis huiusmodi emcionem continentibus, contra eundem magistrum Stephanum filium Mykch condam bani ad vestre regie serenitatis presenciam evocasset, octavas festi Pasche domini nunc venturas ut supra, coram vestre sublimitatis presencia comparendi eisdem pro termino assignando; preterea idem Nicolaus procurator eiusdem magistri Stephani ipsum auctoritate procuratoria super predictis dotibus rebus parafernalibus et quartis filialibus satisfacturum cum pecunia eisdem dominabus presentibus tunc obligare promtus exstitisset; item eciam quatuor fimata impopulata condam exstitisse eiusdem Stephani filii Gyurk iidem vester et noster homines a quibusdam percepissent. Datum in dominica Judica, anno domini supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 689. 20. dipl. lt. 3830. Közli: Kovács N.

352.

1346. apr. 5. A jászói convent előtt Bölcsi Domokos, Egri Mihály özvegyének Klárának és leányának Ilonának a Felső-Ónod nevü Borsod vármegyei birtokból járó hozományát és leánynegyedi illetöségét kiadja.

Nos Paulus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazow .. declaramus .. quod nobilis domina Clara nomine filia Stephani filii Pauli de Arka relicta Michaelis dicti de Agria cum Iluna filia sua parvula in ulnis gestante ab una, Dominicus vero filius Dyonisii de Bulch parte ab altera coram nobis personaliter constituti, idem domina pro se et pro dicta filia sua proposuit .. quod causas suas quas super facto rerum parapharnalium et quarte filialis in possessione Felseu-Olnod iuxta fluvium Sayow in comitatu Borsod

existente eandem filiam suam contingentis, contra Dominicum memoratum movere habuisset, iuxta ordinacionem et composicionem proborum virorum nobilium, causas suas sedando, in duodecim marcis ad numerum Cassensem eidem Dominico condescendisset, et sibi ipsas duodecim marcas ad plenum persolvisset, de qua solucione reddidisset . . satisfactum . . ac in ipsa possessione quarte filialis annotate ipsum Dominicum et suos successores commisit in perpetuum permansuros . . Datum feria quarta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC^mo XL^mo sexto . .

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 31. 19. dipl. lt. 3834. Közli: Kovács N.

353.

1346. apr. 5. A somogyvári convent Miklós nádornak jelenti, hogy a pécsi püspök a margit-szigeti apáczák Samud nevü birtokán egy határ fát kivágatott s annak helyét felszántotta.

. . Nicolao . . palatino et iudici comanorum conventus monasterii sancti Egidii de Simigio . . noverit vestra magnitudo, quod literas vestras patentes ad citaciones inquisiciones prohibiciones possessionum reambulaciones faciendas, et ad alia omnia que iuxta regni consvetudinem talibus in processibus fieri consveverunt, per anni curriculum . . sanctimonialibus de Insula Leporum datas recepimus debito cum honore, et iuxta continenciam earumdem cum Nicolao filio Laurencii de Dada homine vestro Briccium clericum chori nostri hominem nostrum in testimonium transmisimus fidedignum, qui postmodum . . retulerunt, quod feria sexta proxima ante dominicam Judica a quibus decuit et licuit a sacerdotibus et laicis indagata et investigata veritate . . inquirendo scivissent, quod . . capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis quandam metam arboream possessionis . . sanctimonialium de Insula Leporum Samud vocate zeghatar vocatam et meta terrea circumfusam, per Johannem officialem ipsorum ac universos iobagiones eorum funditus a radicibus exstirpassent et devastassent et

locum eiusdem perarari fecissent. Datum feria quarta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC° XL^mo sexto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Budens. 4. 13. dipl. lt. 3835. Közli: Kovács N.

354.

1346. apr. 6. A jászói convent előtt Nekcsei Denk neje és fia, férjét illetve atyját Lipócz nevü birtok elidegenítésétől, Sós Pétert és Lászlót pedig annak megszerzésétől tiltják.

Nos Paulus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazow damus pro memoria, quod Martinus filius Stanizlai officialis magistri Denk de Nekche vice et nomine domine Cecilie consortis eiusdem magistri Denk et Alexandri filii sui ad nostram personaliter accedens presenciam, eundem magistrum Denk ab alienacione vendicione et impignoracione possessionis Lypolch vocate et aliarum omnium possessionum ubilibet habitarum, et quoslibet alios specialiterque Petrum et Ladislaum dictos Sows a recepcione detencione seu occupacione earumdem inhibuit et contradixit coram nobis. Datum feria quinta proxima post dominicam Judica, anno domini M° CCC^mo XL^mo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 22. 17. dipl. lt. 3836. Közli: Kovács N.

355.

1346. apr. 7. A pécsi káptalan előtt a Szalók nemzetségből való Balai Henrik fia János, és Kaba Demeter fia Miklós, mint a Pécs melletti Szentháromságról nevezett és az Okor melletti Mindszentről nevezett monostorok kegyurai, a Csák nemzetségből való Nagylábú Pál által az említett monostoroknak adott Szent-Egyed, másképp Töttös nevü birtokot Szentgyörgyi Zopa Miklósnak, mint az említett Nagylábú Pál jogutódjának, visszaadják.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod magistro Johanne filio Herrici de Bala de

genere Zalouk patrono monasteriorum sancte Trinitatis prope Quinqueecclesias et Omnium Sanctorum de iuxta Okur in comitatu de Barania habitorum, sicut se dixit, pro se personaliter et pro Nicolao filio Demetrii dicti Kaba de eodem genere, cum procuratoriis literis .. Nicolai .. palatini ab una, item Nicolao filio Pauli dicti Zopa de Zenthgurgh parte ab altera in nostri presencia personaliter constitutis, per prefatum magistrum Johannem propositum exstitit .. quod ipse quandam possessionem Zenthegyed vocatam in comitatu de Barania existentem, quam Paulus Noghlabu dictus de genere Chak predecessor ipsius Nicolai dictis monasteriis sancte Trinitatis et Omnium Sanctorum donasset et contulisset, que tempore ipsius donacionis nomen Teuteus habuisset, cum omnibus suis .. pertinenciis .. sub eisdem metis .. quibus eandem predictus Paulus et alii sui possessores tenuissent et possedissent, ob sincere proximitatis dileccionem eidem Nicolao et suis heredibus .. restituisset .. coram nobis iure perpetuo .. possidendam .. ab impetitoribus quibuslibet et specialiter ab abbatibus dictorum monasteriorum pro tempore constitutis et constituendis, prefatus magister Johannes personaliter, pro predicto vero Nicolao filio Demetrii cum procuratoriis literis predictis ac pro ipsorum heredibus astando, eundem Nicolaum et suos heredes racione ipsius possessionis Teuteus alio nomine Zenthegyed vocate defendere assumsit et expedire .. qui si expedire nollent .. extunc de aliis ipsorum possessionibus hereditariis tantum in quantitate utilitate et valore, quanta predicta possessio Zenthegyed fore dinoscitur, eidem Nicolao filio Pauli vel suis heredibus dare et perpetuare tenerentur; et insuper ipsi et eorum heredes in succubitu duelli potencialis contra prefatum Nicolaum filium Pauli et suos heredes convincerentur ipso facto .. Datum feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo sexto.

Zsigmond királynak 1393. jan. 6-án »Johannis archiepiscopi Strigoniensis nec non .. Nicolai magistri tavarnicorum nostrorum et Stephani comitis siculorum, filiorum scilicet condam magistri Johannis filii Laurencii de Kanisa« részére kiadott átíratából, a hol a pécsi káptalannak egy másik hasonló keletű oklevele is átiratik, a mely szerint Balai Henrik fia János elismeri, hogy Szentgyörgyi Zopa Pálnak négy márkával tartozik; az átírás után a király az eredetieket »rursus et viceversa in

dictum trapellum includendo et impressione presentis secrecioris sigilli nostri consignando, in eadem domo nostra tavarnicali duximus reponendas« ; az átirat eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 643. 14. dipl. lt. 3837. Közli : Kovács N.

356.

1436. Visegrád, apr. 27. I. Lajos király a szepesi káptalant Hannus comes fiai : Detre Zeurus és Zonk kérésére Vlchyna birtok örökjoga dolgában vizsgálatra küldi ki.

Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Scepusiensis .. dicitur nobis in personis Detrici Zeurus et Zonk filiorum comitis Hannus, quod quedam possessio Wlchyna vocata in comitatu Scepusiensi apud manus eorum habita ab avo et prothavo ipsorum fuisset et esset hereditaria . . quare . . mandamus .. quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio .. quo presente Jacobus de Gargow vel Johannes filius Kazmerii de Scepus altero absente homo noster ab omnibus .. diligenter de premissis investigando, sciat et inquirat omnimodam veritatem . . et post hec secundum quod exinde vobis veritas constiterit nobis fideliter rescribatis. Datum in Visegrad, quarto (igy) festi beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XL° sexto.

A szepesi káptalannak 1346-ban »in festo Gervacii« kelt jelentéséből, mely szerint a káptalan a teljesített vizsgálat alapján a folyamodók állításának valóságát bizonyítja; a káptalan jelentésének eredetije megvan a N. Muzeumban, a Máriássy cs. letéteményében.

357.

1346. apr. 29. A köi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy a bácsi káptalannak és a dersi prépostnak Zopor és Ders nevü birtokaikban a felsorolt jelek szerint határt járatott.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie de Keu . . literas vestre maiestatis .. recepimus sub hac forma : Lodovicus ..

rex . . capitulis ecclesiarum Tituliensis Boznensis et de Kew . . fidelitati vestre . . mandamus . . quatenus quandocunque et quocienscunque per anni circulum a data presencium per . . Stephanum . . archiepiscopum ecclesie Cholochensis auleque nostre cancellarium . . et per . . capitula ecclesiarum suarum Cholochensis et Bachiensis, aut procuratores seu officiales ipsorum exhibitores presencium fueritis requisiti, unacum Stephano de Pordanch vel Petro filio Beke de Paris aut Stephano filio Michaelis de Worzka altero ipsorum absente homine nostro, vestrum mittatis hominem pro testimonio . . ad faciendum citaciones inquisiciones prohibiciones recaptivaciones possessionum, et erecciones ut distincciones metarum, et omnia prosequenda que in talibus processibus secundum regni consvetudinem fieri consveverunt; et post hec diem citacionis nomina citatorum et terminum assignatum simul cum cursibus metarum ac tocius facti serie quociens necesse fuerit, tociens nobis . . rescribatis. Datum in Wyssegrad, in octavis festi Pasche domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo sexto. Nos itaque . . cum predicto Stephano de Pardanch homine vestro . . Johannem lectorem ecclesie nostre et . . Thomam socios et concanonicos nostros ad exequenda infrascripta pro testimoniis duximus transmittendos . . qui postmodum . . nobis retulerunt, quod coram ipsis per partes infrascriptas videlicet per . . capitulum ecclesie Bachiensis . . fratrem Ende prepositum ecclesie de Ders ad facies possessionis seu possessionum Zopor ad eadem pertinencium capituli Bachiensis et Ders ac pertinenciarum eiusdem feria sexta proxima ante dominicam Oculi proxime nunc preteritam . . accedentibus cum ipsis partibus concordibus, vicinisque et commetaneis utriusque partis velut infradicitur legitime convocatis presentibus, metas cursus earum separaciones . . possessionum ipsorum prenominatarum reambulando per veteres et antiquas metas et limites veras circa ab invicem . . separassent: quod in primis in fine silve de Pardanch a parte australi existente ad meridiem adiacentis in districtu duarum viarum existunt tres mete terree angulares terre antique et veteres, quarum una Zopor, secunda Pordanch et tercia Ders secundum earum adiacencium et cursum solis distingunt, ubi relinquunt terram Pordanch et cursus Zopor ac

Ders, super una via magna vertit se ad australem et venitur ad finem silve vulgo Magal vocate, qua intrat ad quoddam fossatum quod est pro meta positum, et in eodem fossato pro meta ubique posito in magno spacio venitur ad australem in silvis existentem, de quibus exit ad quandam viam graminosam parvam ad partem orientem existentem in modico spacio eunte, que via vertit se ad australem partem et in bono spacio currendo inter terras arabiles cadit ad unam magnam viam, que a Ders ducit in Chalaz, quam quidem magnam viam transsit et persilit ad partem australem, et in terris arabilibus eundo in bono spacio eundo pervenit ad duas metas terreas magnas et veteres, Zupur et suis pertinenciis una, et alia Ders ac eius terris secundum cursum solis in earum adiacenciam, videlicet ad orientem iuribus capituli et ad occidentem proprietatibus ipsius prepositi de Ders ubique in premissis separantes et distingentes, quarum porta respicit ad australem, exhinc vertit ad eandem partem australem in magno spacio per terras arabiles et pervenit ad tres metas terreas angulares et veteres, quarum due Zupur et Ders limitantes sunt bene apparentes, tercia vero ville Feleghaz vocate distinguens et separans existit diminuta per aratrum et cassata, quarum distinccionem et separacionem ac existencia Petrus filius Beke de Parys procurator magistri Petri filii Pauli nomine procuratorio et auctoritate procuratoria cum eisdem iobagionibus de eadem Feleghaz inibi verificassent et consolidassent assertive personaliter adherentes, ubi relinquit terram eiusdem Feleghaz, mete vero Zupur et Ders pretactarum ac suarum pertinenciarum exinde diriguntur ad partem australem accedendo contra per terram monticulosam in arabilibus terris ad unam arborem ulmi vulgo zylfa vocatam in quodam fimato olim loco ville ipsius capituli ad Zupur antedictam pertinentem existentem ad orientem, in ascendendo ad australem partem relinquit in bono spacio, ulterius in modico spacio pervenit ad duas metas terreas magnas veteres Zupur et Ders ac eorum pertinenciis supradictis dantes limites in surculis ruborum parvorum existentes; amplius ad partem australem per terras arabiles in magno spacio eunte in latere cuiusdam magne vie a parte occidentis, que via de villa Zenthleluk ducit ad villam Mathy-

vocatam, sunt due mete terree antique et veteres per viatores calcate et diminute, exinde super eadem magna via vadit ad australem partem in magno spacio et appropinquat ville Mathya vocate prenotate et iungitur coadunacionibus eiusdem ad quarumdam aliarum duarum viarum, quas transeundo in bono spacio pervenit ad terram sive locum qui antiquitus Rouozlyk vocabatur, ubi existunt quatuor mete veteres et angulares, una Zupur, secunda Ders ac eorum pertinenciis, tercia ville Mathya et quarta earum ville Guze vocate distingunt et separant evidenter, quas quidem metas tam dicte partes quam eciam Georgius filius Laurencii filii Chaba de Karul pro se et pro fratribus suis patruelibus, videlicet Andrea et Nicolao filiis Michaelis Ladislao filio Nicolai Johanni et Gregorio filiis Benedicti proximis suis nobilibus videlicet de eadem Mathya personaliter astando, item Andreas filius Gregorii de Guze similiter personaliter adherendo pretactis modis verificassent et assertive consolidassent, ita tamen, quod ipsum capitulum et idem Ende prepositus quamplures eorum et dictarum possessionum suarum metas cursuales simplices et eciam duplicas in mediis prescriptarum metarum suarum existentes per eorum vicinos destruxisse et cassasse allegassent; ubi relinquit terras Ders et Mathya pretactarum et incipit tenere ac currere cum terris Guze predicte cursus metarum Zupur et suarum pertinencia rum pretactarum, dilatando se ad orientem et in bono spacio eunte pervenit ad duas metas terreas antiquas et veteres, inde similiter ad orientem vergente metis terreis simplicibus et geminatis apparentibus quibusdam et quibusdam cassatis, pretereundo quoddam fossatum pervenit ad tres metas angulares, unam Zupur et suarum pertinenciarum, secundam Guze et terciam Drecche separantes, ubi relinquit terram Guze et incipit tenere cum terris eiusdem Drecche, et per metas aliubi apparentes propter vetustatem diminutas aliubi vero cassatas et destructas, currit in bono spacio ad orientem et in quodam spineto sive terra inarabili quasi in vallicula a parte australi prope villam Chalaz vocatam existentes, eisdem Zupur et suis pertinenciis Derecche Chalaz distingentes, ubi reliquit eandem Derecche et cum terris dicte Chalaz venitur ad meridiem ad angulum cuiusdam fossati ipsius Chalaz, ubi sunt due mete

terree antique vetustate diminute, inde flectitur ad orientem et quampluribus metis terreis veteribus apparentibus et eciam vetustate diminutis venitur per multa intermedia usque ad metas angulares Zupur et suarum pertinenciarum ac Chalaz prenotate ad orientem occidentem et australem respicientes. Datum sabbato proximo ante quindenas festi Resurreccionis domini, anno eiusdem supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles.. 6. 2. dipl. lt. 3839. Közli: Kovács N.

358.

1346. máj. 3. A pécsváradi convent Miklós nádornak jelenti, hogy a midőn a pécsi káptalan és a margit-szigeti apáczák kérésére ezek öt Baranya vármegyei birtokának határát megjárták, a felek a határjelek kijelölésénél mindig ellenkeztek.

. . Nicolao . . palatino et iudici comanorum conventus monasterii Waradiensis . . noverit vestra magnitudo, quod cum nos iuxta continenciam literarum vestrarum formam et seriem vestre iudiciarie deliberacionis exprimencium, unacum Nicolao de Bogdan pro parte . . capituli ecclesie Quinqueecclesiensis, et Jacobo (de) Gyogh pro parte . . sanctimonialium de Insula Leporum, hominibus vestris in eisdem literis contentis, Andream ecclesie nostre de Hyrd et fratrem I(....) sacerdotes pro utrisque partibus ad infrascripta exequenda pro testimoniis destinassemus, qui postmodum . . retulerunt, quod licet ipsi in octavis festi beati Georgii martiris proxime nunc preteritis, termino videlicet in eisdem literis vestris expresso ad facies possessionum Wemus Harazthy Woyzlo Kuhyrych et Lusuk vocatarum et terrarum inter easdem partes litigiosarum accessissent, et easdem iuxta seriem iudicii vestre magnificencie, prout in predictis literis vestris seriose continetur, primo videlicet a duabus metis terreis quas Nicolaus de Kosuk procurator earumdem . . dominarum ultra parvum pratum iuxta terram predicti capituli ecclesie Quinqueeclesiensis ostendisset . . magister Michael canonicus predicte ecclesie Quinqueecclesiensis pro-

curator eiusdem capituli, illas inter terram predicti capituli et ecclesie de Okur fore asseruisset, et post hec deinde ubi alias metas scilicet terreas arboreas et in aqua ostendisset, similiter easdem predictus procurator ipsius capituli fore allegasset in tota terra capituli supradicti; e converso autem ubi procurator eiusdem capituli ecclesie Quinqueecclesiensis aliquas metas ubique locorum ostendisset, procurator earumdem .. dominarum fore allegasset in tota terra earumdem .. dominarum, et quia vicini et commetanei possessionum utrarumque parcium premisse reambulacioni et execucioni omnes interesse non potuissent, ideo ipsi continencias predictarum literarum vestrarum minime exequi potuissent; et hec ad octavas diei festi Pentechostes nunc venturas vestre magnitudini deliberare seu determinare duximus rescribenda. Datum tercio die octavarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini M° CCC° XL^mo sexto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Vet. Bud. 4. 12. dipl. lt. 3842. Közli: Kovács N.

359.

1346. Visegrád, máj. 4. János pécsi prépost és kir. titkos cancellár előtt István kir. jegyző és Cheley Balázs abban állapodnak meg, hogy a midőn a király hadjáratából visszatér, Szilvaegyház nevü Heves vármegyei birtok miatt fönforgott ügyök elintézését választott bírákra bízzák.

Nos Johannes prepositus sancti Johannis de castro Quinqueecclesiensi, licenciatus in iure canonico, comes capelle et secretarius cancellarius domini regis, significamus .. quod magister Stephanus specialis notarius domini nostri regis sigilli annularis ab una, et Blasius filius Cheley parte ex altera coram nobis personaliter constituti, fassi exstiterunt .. quod causam que super possessione Zyluaeghaz vocata in comitatu de Heveswyuar existenti inter eos coram comite Paulo iudice curie .. vertitur .. ad arbitrium commisissent .. ita quod post reversionem domini nostri regis de presenti exercitu ad quem

iam ivit, quandocunque et in quocunque termino ad hoc vocari et ire poterunt, vadunt in presenciam capituli Agriensis vel procuratores suos transmittunt, et ibi una pars tres probos viros, unum ecclesiasticum et duos seculares, et altera pars simili modo tres probos viros adducent, qui quidem sex probi viri visis instrumentis eorum privilegialibus et literalibus, arbitrium facient inter partes. Datum in Wyssegrad, quinta feria proxima post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M° CCC^mo XL^mo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 604. 37. dipl. lt. 3843. Közli: Kovács N.

360.

1346. Esztergom, máj. 7. Jakab esztergomi prépost és érseki vicarius, a Forgács Miklós özvegye- és Csetneki Miklós s László közt fönforgott ügyet a királyi had feloszlásának esztendeddjére elhalasztja.

Nos magister Jacobus decretorum doctor ac prepositus sancti Thome martiris de promontorio Strigoniensi necnon .. Ch(anadini) . . archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui vicarius in spiritualibus generalis, damus pro memoria, quod cum in causa que vertebatur inter nobilem dominam (Annam) relictam magistri Nicolai dicti Furgach actorem ab una, et nobiles viros Nicolaum et Ladislaum de Chitnec parte ab altera, secundum continenciam priorum literarum nostrarum in octavis beati Georgii martiris proxime preteritis coram nobis comparere debuissent, ipso termino adveniente partes comparuerunt ut debebant, et nos ex speciali mandato domini regis ad quindenas residencie presentis sui exercitus duximus prorogandum. Datum Strigonii, die dominico proximo post festum Invencionis sancte crucis, anno domini M° CCC° XL^mo sexto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 103. dipl. lt. 3845. Közli: Kovács N.

361.

1346. Visegrád, máj. 12. Pál országbíró ítélete Horrowfelde nevü Vas vármegyei birtokról, melynek felosztása felett midőn Peternye fia János és Peterke fia Bertalan a Tamás fiával megállapodtak, s a vasvári káptalan őket birtokrészeikbe beiktatni akarta, ennek Kopácsi János ellent mondott, kit igazolatlan ellenmondásáért az országbíró a vitás birtok értéke erejéig két márka bírság megfizetésére kötelez.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum Johannes filius Petri dicti Peturnye et Bartholomeus filius alterius Petri de Horrow, Boda filium Thome de eadem Horrow legitime citacionis modum observando in nostram presenciam in causam attraxissent, et ipsa causa diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus octavas festi Nativitatis beate virginis anno domini M° CCC° XL^mo^ quarto preteritas dilative attinxisset, tandem ipsis octavis festi Nativitatis beate virginis occurrentibus, pro ipsis Johanne filio Petri dicti Peturnye et Bartholomeo filio alterius Petri de Horrow Stephanus filius Jacobi . . ad nostram accedens presenciam, contra ipsum Boda filium Thome de eadem Horrow in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod ipsi Johannes filius Petri et Bartholomeus filius alterius Petri in dicta possessione Horrow duas haberent possessiones, per Nicolaum filium Chech de Horrowfelde ipsis vigorosorum instrumentorum titulis datas, in quarum una ipsi descendissent in eadem commoraturi, aliam autem ipse Boda a quindecim annorum tunc elapsorum spacio in ipsorum Johannis filii Petri et Bartholomei preiudicium detineret occupatam residendo in eadem, cuius occupacionis et detencionis scire vellent racionem a Boda filio Thome prenotato; quo audito idem Boda filius Thome personaliter exsurgendo responderat ex adverso, quod ipsam sessionem quam predicti Johannes filius Petri et Bartholomeus per ipsum occupatam fore dicerent, eciam ipse ex dacione ipsius Nicolai filii Chech . . conservaret, et in ipsius sessionis loco penitus et ommino deserto edificia pro se fieri fecisset; quibus sic per partes allegatis, predictus Stephanus filius Jacobi procurator

dictorum Johannis filii Petri et Bartholomei filii alterius Petri quasdam literas dicti capituli Castriferrei inclusas, in anno domini M° CCC° XX° octavo confectas, transscripcionem et innovacionem aliarum literarum eiusdem capituli Castriferrei anno ab incarnacione domini M° CCC° XX° sexto emanatarum novo eiusdem capituli Castriferrei sigillo factam continentes nobis demonstrarat, in quarum serie conspexeramus evidenter contineri, quod Nicolaus filius Chech de Horrowfelde pro se et pro Jacobo filio Bok de eadem, coram ipso capitulo Castriferrei constitutus, porcionem possessionis sue totam Bartholomeo filio Peturke et Johanni filio Peturnye in eadem Horrowfelde existentem ac ipsos contigentem, cum duabus sessionibus a parte aquilonis reliquisset iure perpetuo possidendas, prout predictorum Peturke et Peturnye patrum prefatorum Bartholomei et Johannis fuisse dinosceretur, et per eosdem habita et possessa; in quarum contrarium predictus Boda filius Thome primo exhibuerat nobis literas patentes similiter dicti capituli Castriferrei anno tunc proxime elapso emanatas, transscripcionem tenoris quarumdam aliarum literarum iamdicti capituli Castriferrei anno domini M° CCC° XX° nono confectarum explicantes, quarum tenor informarat nos eo modo, quod Nicolaus plebanus de Lyparth et Nicolaus filius Chech nobiles de Horrow ab una parte, Laurencius filius Thome pro se et pro Boda fratre suo de eadem Horrow ex altera, coram eodem capitulo Castriferrei constituti, super universis causis ipsorum hinc inde motis et exortis usque tunc inter partes, ad plene pacis dixissent se devenisse unionem et penitus concordasse; preterea possessionem ipsorum hereditariam Horrow vocatam, quam iure generacionis in communi eis et aliis generacionibus ipsorum pertinere dixissent, cum omnibus . . pertinenciis . . sessionibus terris arabilibus et aliis dividere assumsissent in undecim partes, ex quibus undecimam partem cum suis utilitatibus omnibus dare et assignare tenerentur Laurencio et Boda filiis Thome, prout eis iure generacionis pertinere dinosceretur iure perpetuo possidere; demum idem Boda filius Thome exhibuerat nobis quasdam literas memorati capituli Castriferrei inquisicionales anno tunc proxime transacto emanatas, magistro Andree vicecomiti et iudicibus nobi-

lium comitatus Castriferrei rescriptas, in quarum tenoribus expresse habebatur, quod per predictum Boda filium Thome ipsis vicecomiti et iudicibus nobilium dictum exstitisset, quod in medio Quadragesime cuius tunc sedecima preteriisset revolucio annualis, ipse in dicta possessione Horrow iure generacionis, in quodam deserto descendendo, fecisset residenciam, edificia arbores fructiferas quamplurimas et alias utilitates in eadem faciendo; et tunc ad presens Bartholomeus filius Peturke et Johannes filius Peturnye de eadem Horrow proximi sui ipsum indebite prohibuissent . . de eadem excludere laborantes; cum tamen a tanto tempore nunquam prohibuissent, sed velut propriam utilitatibus decorare permisissent, iidem vicecomes et iudices nobilium ipsi capitulo ecclesie Castriferrei . . scribendo, idem capitulum Castriferrei postulassent, ut cum Dominico filio Georgii de Chempezfolua homine eorum, hominem suum capitulum pro testimonio transmitterent prenotatum, ad sciendum et inquirendum omnimodam de premissis veritatem, nihilominus a nobilibus de eadem Horrow ipsi Boda divisionem equalem et congruam dari vel ipsum in eadem porcione in qua residenciam haberet, in tranquillitate pacis permitteret; et post hec tocius facti seriem ipsis vicecomiti et iudicibus nobilium rescriberet capitulum Castriferrei prenotatum. Ipsum siquidem capitulum Castriferrei ipsis vicecomiti et iudicibus nobilium rescripsissent in hunc modum, quod idem capitulum cum prefato Dominico homine ipsorum vicecomitis et iudicum nobilium, Nicolaum sacerdotem chori ecclesie eorum pro testimonio transmisissent ad premissa exequenda, qui . . reversi . . retulissent, quod feria tercia proxima post octavas festi Invencionis sancte crucis nunc proxime preteritas, sicut a nobilibus et ignobilibus provincie hominibus diligenti inquisicione habita scire potuissent, specialiter a generacione eiusdem Boda in ipsa possessione Horrow, ipsum a sedecim annis ut premissum esset iure generacionis in predicta possessione Horrow in camposo loco scivissent descendisse nullo contradictore, et eandem satis decorasse, fide vidissent oculata; dixissent eciam Nicolaus filius Chech et Petew filius Tywani nobiles de eadem Horrow, quod non prohibuissent nec prohiberent, quicunque autem prohibuissent, ad sua gravamina

fecissent prohibicionem, divisionem vero dare noluissent. Unde nos prescriptarum literarum per partes exhibitarum perceptis continenciis, ipsam causam et eius finalem adiudicacionem ad octavas festi Epiphaniarum domini eo modo duxeramus prorogandam, ut quia predictarum duarum sessionum unam per dictum Nicolaum filium Chech memoratis Johanni filio Peturnye et Bartholomeo filio Peturke vigore literarum iam nominati capituli Castriferrei datarum, idem Johannes et Bartholomeus occupatam per ipsum Boda fuisse, dictus vero Boda similiter ab eodem Nicolao racione linee generacionis in divisione undecimam partem dicte possessionis Horrow sibi devolutam exstitisse contrariose proponebant, ideo commiseramus ut idem Johannes filius Peturnye et Bartholomeus filius Peturke actores, ac Boda filius Thome . . in causam attractus, memoratum Nicolaum filium Chech ad octavas Epiphaniarum domini legitima citacione mediante ad ipsius cause finalem decisionem ad nostram presenciam iuxta regni consvetudinem adducere tenerentur. Ipsis siquidem octavis festi Epiphaniarum domini advenientibus, Stephanus filius Jacobi legitimus procurator ipsorum Johannis filii Petri et Bartholomei filii alterius Petri, necnon Boda filius Thome, Petrum filium Demetrii procuratorem ipsius Nicolai filii Chech iuxta regni consvetudinem in causam attracti, in nostram ut debebant et eciam per nos commissum fuerat adduxerant presenciam; et cum nos ipsum Petrum filium Demetrii in persona ipsius Nicolai filii Chech cum procuratoriis literis sepius dicti capituli Castriferrei coram nobis astantem, in eo, ut quid contra preexhibitarum literarum continencias respondere velit, trinario numero ut nostro incumbebat officio habuissemus requisitum, idem Petrus filius Demetrii contra preexhibitarum literarum continencias nullam penitus poterat efficacem dare responsivam; unde quia sepefatus Nicolaus filius Chech in ipsius capituli Castriferrei presenciam comparendo, predictas duas sessiones in dicta possessione Horrowfelde habitas predictis Bartholomeo filio Petri et Johanni filio alterius Petri possidendas tradidisse, et demum idem Nicolaus filius Chech in ipsius capituli Castriferrei medio astando dictam possessionem Horrowfelde vocatam cum omnibus . . pertinenciis . . in undecim

partes dividere assumsisse, et undecimam eiusdem possessionis partem cum omnibus utilitatibus . . Laurencio et Boda filiis Petri per modum divisionis contulisse, idemque Boda in eadem in loco camposo et deserto edificia fecisse, ex serie predictarum literarum iamdicti capituli Castriferrei per partes nobis exhibitarum reperiebantur, ideo licet ipsum Nicolaum filium Chech maiori onere iudiciali aggravari debuissemus, tamen misericorditer agentes cum eodem, in uno iudicio regali sex marcarum in termino reportacionis seriei infrascripti persolvendo convictum fore decernentes, iamdicto capitulo Castriferrei . . scribentes . . quatenus eorum mitterent homines pro testimonio fidedignos, quibus presentibus Boda vel Nicolaus filii Ladislai de Molnar, aut Nicolaus vel Thomas filii Thome pro parte Bartholomei filii Petri et Johannis filii alterius Petri actorum, item Andreas filius Endere de Hydweght vel Demetrius de Peder aut Dominicus filius Georgii de Chempezfalua pro parte Boda filii Thome in causam attracti, aliis absentibus homines regii, in octavis diei medii Quadragesime scilicet feria quarta anno domini M° CCC° XL^mo quinto preterita, ad faciem dicte possessionis Horrow vocate . . accederent et eandem reambularent, factaque reambulacione, illam eandem sessionem in qua tunc prenominatus Boda dinoscebatur residere eidem Boda, aliam vero sessionem in qua predictus Johannes filius Petri et Bartholomeus dicebantur commorari, eisdem Johanni et Bartholomeo cum omnibus earum utilitatibus relinquerent . . possidere . . Quo peracto idem Nicolaus filius Chech de possessionariis suis sessionibus in eadem Horrow habitis, quia duas sessiones ipsis Johanni et Bartholomeo tradidisse et tunc ad presens solam habere iidem Johannes et Bartholomeus prout eciam partes retulerant reperiebantur, aliam consimilem sessionem cum omnibus . . pertinenciis . . coram dictis hominibus regiis et ipsius capituli Castriferrei testimoniis, eisdem Bartholomeo et Johanni dare et assignare tenerentur perpetuo possidendam si non fieret contradictum, contradictores vero si qui fierent, citarent contra eam partem quam deceret ad octavas beati Georgii martiris anno in prefixo preteritas, racionem contradiccionis eorum reddituros in presenciam regie maiestatis; particulam autem per quempiam prohibitam signis pro metis

positis consignando et regali mensura mensurando vel visu considerando, unacum aliis probis viris estimarent regni consvetudine exigente; et post hec seriem . . tocius facti . . domino nostro regi ad dictas octavas beati Georgii martiris . . rescriberet . . Et cum discussio reportate seriei premissorum ab eisdem octavis beati Georgii martiris regio de mandato ad quindenas residencie exercitus regii versus partes Croacie moti et ad quindenas festi Epiphaniarum domini nunc proxime transactas proclamate prorogata extitisset, tandem ipsis quindenis residencie exercitus regii advenientibus, prenominatus Boda filius Thome personaliter ab una, pro predictis vero Bartholomeo filio Petri et Johanne filio alterius Petri actoribus Stephanus filius Jacobi . . parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, literas . . capituli Castriferrei (. . . . .) rescriptas, nobis demonstrarant continentes, quod ipsum capitulum Castriferrei receptis literis nostris, cum Nicolai filio Ladislai de Molnar pro parte Johannis filii Peturnye et Bartholomei filii Peturke actorum, item cum magistro Andrea filio Endre de Hydwegh pro parte Boda in causam attracti nobilium de Horrow, hominibus regiis, hominem eorum magistrum Stephanum concanonicum eorum pro testimonio transmisissent, qui . . retulissent, quod in octavis diei medii Quadragesime scilicet feria quarta tunc preteritis accessissent ad faciem dicte possessionis Horrow vocate, sed cum iuxta continenciam earumdem literarum nostrarum illam eandem sessionem in qua tunc predictus Boda dinosceretur residere, eidem Boda, aliam vero in qua prefati Johannes filius Petri et Bartholomeus filius alterius Petri dicerentur commorari, unacum alia consimili sessione eisdem Johanni et Bartholomeo possidere iidem Nicolaus et magister Andreas homines regii presente ipsius capituli testimonio prescripto, divisione equali pendente statuere debuissent, Johannes filius Mathei de Kopach super una particula terre a meridie de eadem possessione Horrow contradixisset; quare eodem die statucionis et in facie eiusdem possessionis, ipsum Johannem filium Mathei contra prefatos Johannem filium Peturnye et Bartholomeum filium Peturke atque Bodam, ad dictas octavas beati Georgii martiris, racionem contradiccionis eorum redditurum in presenciam citassent

regie maiestatis, cuius prohibicionis racione idem Stephanus filius Jacobi procurator dictorum Johannis filii Petri et Bartholomei eosdem, et dictus Boda filius Thome se eundem Johannem filium Mathei postularant informari; quo audito pro ipso Johanne filio Mathei Stephanus rufus de Wepsen . . exurgens, ipsam particulam possessionis per eundem Johannem filium Mathei quo supra a statucione prohibitam, eidem Johanni hereditarie successionis titulo pertinere allegarat; quibus sic peractis prenominati Stephanus filius Jacobi procurator dictorum Johannis et Bartholomei et dictus Boda filius Thome, dictam possessionem Horrow emcionis titulo ipsis pertinere et super hoc instrumenta efficacia habere tuncque in instanti exhibere posse asserentes, ibidem quoddam privilegium sepius dicti capituli ecclesie Castriferrei anno domini M° CCC° XX° octavo confectum, tenorem alterius privilegii eiusdem capituli Castriferrei anno ab incarnacione domini M° CCC° XX° secundo emanati transcribens, sigilli eiusdem capituli novi appensione munitum nobis in specie demonstrarant; cuius tenor nos inter cetera edocuerat sub hac forma, quod nobilis domina Elisabeth consors comitis Mokus filii Pouse de Kopach, vice persone et nomine eiusdem Mokus domini et mariti sui tunc in captivitate domini regis Hungarie existentis, cum literis eiusdem Moukus mariti sui credencialibus, auctoritatemque ad disponendum de suis possessionibus eidem domine per ipsum Mowkus maritum suum datam continentibus, sub sigillo . . abbatis et conventus sancti Martini de sacro monte Pannonie ipsi capitulo Castriferrei directis, coram eodem capitulo Castriferrei constituta, ipsam possessionem Horrow a domino Ladislao rege felicis recordacionis acquisitam, sicut in literis eiusdem domini regis privilegialibus idem capitulum vidisset contineri, prope Kopach existentem et possessionibus Zychyn Chazthkopach vocatis circumdatam, cum omnibus . . pertinenciis . . vendidisset . . pro quadraginta marcis denariorum latorum viennensium coram eodem capitulo Castriferrei receptorum, Jacobo filio Bok et Nicolao filio Chech perpetue . . possidendam in filios filiorum . . sub antiquis metis ipsam terram . . circumdatis . . quamquidem pecuniam pretactam scilicet quadraginta marcas, iidem Jacobus et Nicolaus prefate

domine Elisabeth ad redemcionem et educcionem Moukus iamdicti . . mariti sui de captivitate regie maiestatis, in qua fuisset, dedissent . . coram capitulo Castriferrei pro possessione Horrow superius nominata, eosdem Jacobum et Nicolaum ab omnibus . . impetentibus . . expedire assummendo; asserens eadem domina, quod eadem possessio Horrow in divisione inter ipsum Mowkus et generaciones suas facta in ius et proprietatem . . eidem comiti Mowkus devoluta fuisset, nullo participante possidenda; et sic eándem possessionem Horrow idem Mowkus, et sui predecessores tenuissent . . ad manus ipsorum Jacobi et Nicolai assignassent et si que reservate fuissent, viribus carere commisissent; ubi eciam easdem literas domini Ladislai regis, quarum ex vigoribus ipsa possessio Horrow olim condicionariorum regalium pro multiplicibus serviciorum meritis Pousa et Ladislai predecessorum ipsius Mowkus per eundem dominum Ladislaum regem perpetuo collata et ad eosdem devoluta exstitisset, metas eiusdem possessionis Horrow seriose in se continentes similiter in specie conspectu nostro presentarant. Et quia predicta possessio Horrow predecessoribus prenominatorum Johannis filii Petri et Bartholomei filii alterius Petri ac Boda filii Thome iusto emcionis titulo ex serie preexhibiti privilegii iamdicti capituli Castriferrei et domini Ladislai regis deventa fuisse reperiebatur et devoluta, et ex eo predicto privilegio ipsius domini Ladislai regis metas eiusdem possessionis Horrow seriose in se continente eadem possessio Horrow iuxta directas cursus metarum in eodem privilegio domini Ladislai regis contentarum legitima reambulacione facta, eisdem Johanni filio Petri et Bartholomeo filio alterius Petri ac Boda filio Thome statui debere nobis et regni baronibus nobiscum in iudicio assedentibus videbatur, ideo nos sepefato capitulo Castriferrei . . scribentes eorum amiciciam requisieramus . . quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Boda filius Ladislai de Molnar homo regius in octavis diei medii Quadragesime nunc proxime preteritis, scilicet feria quarta, ad faciem predicte possessionis Horrow . . accederet, et eandem predicto privilegio domini Ladislai regis in specie per predictos Johannem filium Petri et Bartholomeum filium alterius Petri ac

Boda filium Thome vel procuratorem eorum inibi et in facie eiusdem possessionis in specie exhibito, iuxta directos et veros cursus metarum in eodem privilegio contentarum, si bono modo et apparenter inveniri possent reambularet, et habita reambulacione, ipsam possessionem Horrow iuxta earumdem metarum directos et certos cursus, simul cum terris quibuslibet quas iamdictas metas circumdare et intra se certo modo includere reperiret, contradiccione quorumlibet non obstante, eo iure quo eisdem pertinere dinosceretur, sine preiudicio iuris alieni, statueret perpetuo possidendam, predictam autem particulam litigiosam per prenominatum Johannem filium Mathei nomine sui iuris hereditarii, ut premissis allegarat a statucione prohibitam, sive intra cursus metarum in iamdicto privilegio domini Ladislai regis contentarum, sive extra limites et cursus earumdem adiaceret . . cum aliis probis hominibus regali mensura si mensurari posset mensurando, vel visu considerando estimaret conscienciose regnique consvetudine exigente; et post hec seriem ipsius possessionarie reambulacionis cum estimacione particule litigiose tociusque processu ad presentes octavas festi beati Georgii martiris . . regie fideliter rescriberet maiestati . . Ipsis siquidem octavis festi beati Georgii martiris advenientibus, pro ipsis Johanne filio Petri, Bartholomeo filio alterius Petri et Boda filio Thome sepenominatus Stephanus filius Jacobi . . ad nostram accedens presenciam, literas eiusdem capituli Castriferrei sublimitati regie rescriptas nostro conspectui demonstravit continentes seriose, quod ipsum capitulum Castriferrei receptis literis nostris modum et formam iudiciarie commissionis nostre denotantibus, cum predicto Boda filio Ladislai de Molnar homine regio, hominem ipsorum magistrum Stephanum concanonicum et socium eorum ad erecciones atque innovaciones metarum et statucionem possessionis Horrow vocate Nicolai filii Chech, Gyure filii Jacobi, Johannis filii Petri, Bartholomei filii alterius Petri et Bode filii Thome . . pro testimonio transmisissent faciendas, qui postmodum . . retulissent, quod in octavis diei medii Quadragesime nunc preteritis, feria scilicet quarta, accessissent ad faciem prefate possessionis Horrow vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis, ac prefatis Nicolao

filio Chech, Gyure filio Jacobi, Johanne filio Petri, Bartholomeo filio alterius Petri et Boda filio Thome nobilibus de eadem presentibus, atque privilegio domini Ladislai . . regis . . super ipsa possessione Horrow vocata confecto in specie per eosdem Nicolaum filium Chech, Gyure filium Jacobi, Johannem filium Petri, Bartholomeum filium scilicet alterius Petri et Bodam filium Thome nobiles de eadem Horrow ad visum omnium vicinorum et commetaneorum eorumdem inibi exhibito et diligenter perlecto, iuxta directos et veros cursus metarum in eodem privilegio contentarum reambulassent eandem per suas veras metas et antiquas, ubi necesse fuisset novas erexissent et antiquas innovassent, reambulatamque ac ab aliorum possessionibus erreccione et innovacione metarum prout in dicto privilegio domini Ladislai . . regis . . evidenti instructi exstitissent documento, statuissent ipsam sepedictis Nicolao filio Chech, Gyure filio Jacobi, Johanni filio Petri, Bartholomeo filio alterius Petri et Boda filio Thome eo iure quo ad ipsos dinosceretur pertinere perpetuo possidendam; cuius namque prima meta inciperetur iuxta publicam viam qua iretur de Rum ad civitatem *Zobothel* (így) a parte occidentali, ibique essent due mete terree angulares, quarum una ad meridiem Mowkus filio Pousa alia ad aquilonem eisdem nobilibus de Horrow separaret et distingeret, de quibus versus occidentem in longitudine duorum iugerum procedendo, iuxta rubetum Gursaharazth vocatum perveniret ad viam qua iretur de Kopach ad Chaz, in qua namque via parumper inclinaretur ad meridiem, fere in latitudine duorum iugerum, ibi namque essent iterato due mete terre de novo erecte, de quibus ad occidentem inclinando tenderet in longitudine unius iugeris et perveniret ad unam viam qua iretur ad ecclesiam sancti Michaelis parochialem ubi essent due mete terree, de quibus directe ad occidentem per singulas binas metas transiret usque ad terram Zechun, ubi iuxta publicam stratam que iret versus Zechun iuxta quam stratam essent due mete terree angulares, in qua quidem strata currendo ad aquilonem, essent eciam due mete terre angulares que separarent a villa Zychyn, ibique commetando terre Chazth progrederetur versus orientem, ubi essent due mete terree, currendo abhinc ad orientem, in virgulto

essent due mete terree, et abhinc tendendo perveniret ad magnam viam que iret ad Sabariam, penes quam viam essent due mete terree, in qua adhuc via pergendo ad orientem, esset meta terrea iuxta eandem, de qua adhuc tendendo ad orientem essent due mete terree .. inter duas magnas vias, quas saliendo adhuc ad orientem perveniret ad duas metas terreas, abhinc declinando ad meridiem attingeret quandam viam penes quam essent due mete terree in valle que vulgo diceretur Gyulakutha, ibique meta predicte terre Horrow terminaretur; item abinde progrederetur meta predicte particule iuxta predictam particulam terre Horrow, declinando ad orientem perveniret ad duas metas terreas spinosas gyumelchen vocatas, abhinc ad orientem currendo perveniret ad tres metas angulares que essent in dumis vilmosis (így), que quidem separarent a terra Kuachy particulam prenotatam, ibique teminaretur; particulam autem terre litigiose per prenominatum Johannem filium Mathei nomine sui iuris hereditarii pridem a statucione prohibitam, nunc autem intra metas prefate terre Horrow sub premissis metis conclusam et limitatam reperientes, unacum aliis probis hominibus pro duabus marcis prout visu considerare potuissent estimassent, regni consvetudine exigente. Unde quia possessio Horrow nuncupata antedicta, simul cum dicta terre particula litigiosa intra metas eiusdem possessionis Horrow existere inventa, prenominatis Nicolao filio Chech, Gyure filio Jacobi, Johanni filio Petri, Bartholomeo filio alterius Petri et Boda filio Thome sub prescriptarum metarum cursibus iuxta nostre adiudicacionis modum ex serie preexhibitarum literarum rescripcionalium capituli ecclesie Castriferrei statuta fuisse reperiebatur, ideo ipsam possessionem Horrow simul cum terra litigiosa prenotata, ipsis Nicolao filio Chech, Gyure filio Jacobi, Johanni filio Petri, Bartholomeo filio alterius Petri et Boda filio Thome sub preallegatarum metarum cursibus eo iure quo eisdem dinoscitur pertinere, sine preiudicio iuris alieni, adiudicavimus perpetuo possidere.. eidem Johanni filio Mathei silencium perpetuum imponentes de terra litigiosa prenotata, eundemque pro ipsius particule terre litigiose duabus marcis estimate indebita prohibicione in statucione eiusdem quo supra per eum facta, in emenda esti-

macionis eiusdem scilicet in duabus marcis contra iamdictos nobiles de Horrow aggravari committendo . . Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini M° CCC° XL^mo^ sexto.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában, Keszthelyen »Castriferrei« 31/a.

362.

1346. jun. 13. A pozsonyi káptalan Erzsébet királynénak jelenti, hogy a midön két Jánok nevü csallóközi birtokba, úgy Kurmusd és Tolvajfelde nevü birtokokba Streiz Marhard pozsonyi polgárt beiktatta, Kis Péter fia László annak ellentmondott.

. . Elizabeth . . regine . . capitulum ecclesie Posoniensis . . literas vestre serenitatis pro Marhardo Streiz cive in Posonio, recepimus . . in hec verba: Elizabeth . . regina . . capitulo ecclesie Posoniensis . . mandamus, quatenus statim receptis presentibus vestrum mittatis hominem cum homine . . Pauli iudicis curie . . pro testimonio . . qui accedentes iuxta continenciam literarum predicti comitis Pauli, statuant possessiones Januk superiorem et Januk inferiorem in Cholloukuz habitas, item possessionem Kurmusd et possessionem Tholweyfelde dictas contra prohibicionem quorumlibet comiti Marhardo civi Posoniensi; si qui vero aliquid iuris de premissis possessionibus se habere dicerent, illi coram domino rege vel iudice curie eiusdem exequantur, et idem dominus rex vel iudex curie sue eisdem iusticie faceret complementum iuris ordine mediante. Datum in Wyssegrad, in festo sancti Johannis ante portam latinam, anno domini M° CCC° XL^mo^ sexto. Quibus visis cum Elia filio Chepani per . . Paulum iudicem curie . . pro homine regio ad id specialiter deputato, misimus nostrum socium et canonicum magistrum Paulum pro testimonio sicut mandavistis ad ipsam statucionem faciendam, tandem idem Elias homo regius . . sub eiusdem fratris et socii nostri testimonio iuridico retulit nobis, quod ipsas possessiones Januk inferiorem et superiorem, item Kurmusd et Tholweyfelde vocatas, ac alias possessiones quaslibet Nicolai filii Dominici ubilibet

existentes, cum suis utilitatibus universis, nemine contradictore apparente, preter quam Andrea literato, qui tempore statucionis possessionis inferioris Januk comparens, illic vice et nomine Ladislai filii Petri dicti parvi tam eiusdem possessionis Januk inferioris quam Nicolai filii Dominici possessionum omnium aliarum statucione prohibendo contradixerit, eodem Nicolao filio Dominici presente nec contradicente, comiti Marhardo civi in Posonio, eo iure quod ad easdem possessiones possidendas habere dinoscitur, iuxta continenciam literarum ipsius . . Pauli iudicis curie . . hesterna die, scilicet feria secunda in crastino festi sancte et individue Trinitatis ad possidendum statuisset et utendum. Datum feria tercia proxima post idem festum deifice Trinitatis, anno domini ut supra.

Hátlapján a pecsét csekély töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 6. 5. dipl. lt. 3844. Közli: Kovács N.

363.

1346. Visegrád, jun. 22. Pál országbíró a Tarkői Rikolf fia László s Makranczi Simon és László között hosszasan folyt pert, melynek tárgyát a felek Kömlö és Athan nevü birtokaik közt fekvö huszonöt hold föld képezte, Tarkői László javára itéletileg eldönti.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudiciarie deliberacionis nostre exprimencium magistri Simon et Ladislaus de Mokranch contra magistrum Ladislaum filium Rykolphi, de Torkw actorem in facto cuiusdam particule terre litigiose inter possessiones Kumlew ipsius magistri Ladislai filii Rykolphi et Athan predictorum magistrorum Simonis et Ladislai de Mokronch vocatas existentis, ad viginti aratra computate et in sexaginta marcis estimate, in octavis diei Cinerum anno domini M° CCC° XL^mo quarto preteritis regiis et . . capituli ecclesie Budensis testimoniis presentibus, super eo, quod ipsa particula terre litigiosa ad ipsam possessionem eorum Athan pertinuerit et pertineat, et nunquam ad predictam possessionem Kemlew pertinens exstiterit,

tricesimo se nobilibus sibi similibus, videlicet eorum quilibet quintodecimo se, iurare et ipsam terre particulam litigiosam si iurarent tunc ipsis magistris Simoni et Ladislao et ad possessionem eorum Athan predictam, alioquin si iurare nollent vel non possent, tunc predicto magistro Ladislao filio Rykolphi et ad suam possessionem Kemlew predictam iidem homines regii et ipsius capituli Budensis testimonia statuere et applicare, et seriem ipsius iuramenti partes predicte octavo die in literis ipsius capituli Budensis nobis reportare debuissent; tandem licet ipso octavo die octavarum diei Cinerum predictarum adveniente eedem partes ipsius iuramenti seriem in literis eiusdem capituli Budensis iuxta iudiciariam nostram commissionem nobis reportaverint, et nos ipsos magistros Simonem et Ladislaum de Mokranch ipsum iuramentum deposuisse ex earumdem serie modo infrascripto reperierimus, tamen quia eedem partes et per consequens legitimi earum procuratores tam in prefixo die et loco deposicionis iuramenti premissi, quam eciam habita reportacione seriei iuramenti eiusdem hic coram nobis in eo, ut ipsi magistri Simon et Ladislaus de Mokronch iuramento eorum magnam partem de dicta possessione ipsius magistri Ladislai filii Rykolphi Kemlew nominata in lite non existentem quorumdam signorum metalium posicionibus ad eorum possessionem Athan predictam minus debite applicassent, eisdem magistris Simone et Ladislao de Mokronch iuramentum premissum se legitime deposuisse et per signorum metalium posiciones terram ad dictam possessionem eorum Athan de iure pertinentem applicasse asserentibus, altercantes discordabant et nec inter se discordare obmittebant, imo pocius tocius ipsius discordie et contencionis factum in dictis literis ipsius capituli Budensis contentum, prout ibi in loco iuramenti, sic et hic coram nobis pars parti minime favens renovabant, et propter discordiam parcium premissam ipsa particula terre litigiosa nulli parcium earumdem per nos adiudicari poterat, et sic nos, ut liti parcium finem imponere potuissemus opportunum, per viam iusticie nos procedere opportebat; ideo nos eidem capitulo Budensi literatorie scribentes amiciciam eorum requisieramus . . quatenus unacum Ladislao filio Michaelis de Olsowycha, qui unacum magistro Michaele presbitero ipsius

capituli Budensis testimonio, partibus primo scilicet tempore reambulacionis et estimacionis prescripte particule terre litigiose pro homine regio deputatus, eandem ad viginti aratra visuali consideracione conscienciose computatam et in sexaginta marcis estimatam reambulaverat, et demum eciam tempore deposicionis dicti iuramenti unacum eodem magistro Michaele presbitero similiter testimonio eiusdem capituli Budensis pro parte una velut homo regius interfuerat, eundem magistrum Michaelem et unacum magistro Petro filio Fabiani Petrum presbiterum, qui tempore similiter deposicionis ipsius iuramenti velut homo regius et ipsius capituli Budensis homines pro parte adversa deposicioni ipsius iuramenti interfuisse dinoscebantur, eorum idoneos homines pro partibus predictis communiter transmitterent, loco tamen absencium, si qui ex predictis hominibus regiis vel eorum testimoniis morte vel gravi infirmitate aut aliqua alia causa legitima prepediente interesse non possent, ad infrascriptum negocium exequendum alii deputarentur, quibus presentibus eedem partes vel legitimi earum procuratores in octavis festi beati Georgii martiris tunc proxime venturis ad faciem predicte terre litigiose ad viginti aratra modo pretacto computate et in sexaginta marcis estimate . . accederent, et primum predictus magister Ladislaus filius Rykolphi pars agens, demum predicti Simon et Ladislaus de Mokronch vel procurator eorumdem consequenter reambularent, et ipsam particulam terre litigiosam, in cuius facto ipsum iuramentum per ipsos Simonem et Ladislaum deponi debebat, ostenderent, habitaque huiusmodi ostensione, eedem partes vel procuratores earum de superficie ipsius possessionis litigiose ad loca abhinc recederent distancia, idemque Ladislaus filius Michaelis homo regius, presentibus Petro filio Fabiani similiter homine regio et duobus testimoniis dicti capituli Budensis predictis, ipsam particulam terre litigiosam iuxta cursum et modum prioris reambulacionis nullo superveniente uniacionis colore, favore cuiuslibet partis abiecto, conscienciose reambularent signisque metalibus positis consignarent, deumque et eius iusticiam habendo pre oculis, de eo utrum iidem Simon et Ladislaus super eadem particula terre litigiosa per eundem Ladislaum filium Michaelis hominem

regium presente Michaele presbitero testimonio eiusdem capituli Budensis reambulata et ad viginti aratra computata ac in sexaginta marcis estimata vel alia terra in eadem quantitate aut maiori vel minori in alio loco existenti deposuerint, considerarent viderent scirent et discuterent omnimodam veritatem, et post hec si ipsa iuramentalis deposicio directe et sine mutacione aliquali in eadem terra litigiosa prius per eundem Ladislaum filium Michaelis regium et Michaelem presbiterum iamdicti capituli Budensis homines reambulata vel altera terra aut maiori vel minori seu in loco altero existenti facta fuisse reperta existeret, cum tocius facti processu . . ad octavas festi Penthecostes anno in prescripto elapsas in suis literis domino regi fideliter rescriberet capitulum Budense prenotatum; cuius facti et peracti negocii seriem in literis suis ipsum capitulum Budense per parcium procuratores nobis rescripserat seriose, sed quia ex earumdem literarum capituli Budensis continencia premissi negocii processum pro eo, quia Johannes filius Pousa literas procuratorias, quibus mediantibus pro predicto magistro Ladislao filio Rykolphi domino suo inibi comparere nequivisset parte adversa petente exhibere non potuisset, iidem regii et ipsius capituli Budensis homines prosequi nequivisse reperiebantur, ideo nos eidem capitulo Budensi vice iterata literatorie scribentes eorum amiciciam petiveramus diligenter, quatenus eadem testimonia eorum in predictis prioribus literis nostris expressa vel si qui ex eisdem capituli Budensis et regiis hominibus in dictis literis nostris nominatim expressis morte vel gravi infirmitate aut aliqua alia causa legitima prepediti fierent, tunc partes predicte loco mortui vel infirmitate vel aliqua alia causa prepedientis alium vel alios adducere possent, pro testimoniis transmitterent, quibus presentibus homines regii in eisdem prioribus literis nostris contenti, presentibus partibus vel earum legitimis procuratoribus in quindenis festi beati Michaelis archangeli anno domini Millesimo trecentesimo XL^mo^ quarto prenotato transactis, ad faciem predicte terre litigiose ad viginti aratra computate in sexaginta marcis estimate . . accederent, et omnia ea que in predictis prioribus literis nostris capite sigilli nostri consignatis per partes vel aliquam parcium inibi exhibe ndis continerentur, exequerentu

sine diminucione et augmento aliquali ; et post hec seriem tocius facti et processus domino nostro regi ad octavas beati Martini confessoris in suis literis fideliter rescriberet capitulum Budense annotatum. Et cum discussio reportate seriei premissorum ab ipsis octavis festi beati Martini confessoris diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus, iuxta quamplurium literarum nostrarum continencias ad quindenas residencie exercitus regii versus partes Croacie moti et ad quindenas festi Epiphaniarum domini proxime nunc preteritas proclamate prorogative devenisset, demum ipsis quindenis residencie exercitus regii advenientibus, quia Nicolaus dictus Bolough et Johannes filius Weyteh legitimi procuratores predictorum Simonis et Ladislai de Mokronch absque consilio et interessencia ipsorum Simonis et Ladislai ad finalem decisionem dicte cause se non posse procedere asserebant, sed absque efficaci racione in terminum ulteriorem per nos prorogari postulabant, ideo ad diem medii Quadragesime scilicet feriam quartam proxime preteritam cum gravamine iudicii sex marcarum per eosdem Simonem et Ladislaum ante litis ingressum deponendarum prorogaramus eo modo, ut iidem Simon et Ladislaus de Mokronch aut personaliter venire aut legitimos et sufficientes eorum procuratores ad determinacionem et finalem decisionem ipsius cause indilatam nullis occasionum coloribus quesitis ulterius prorogari valentem, in nostrum iudiciarium conspectum deberent destinare ; ipso siquidem die medii Quadragesime scilicet feria quarta occurrente, eisdem Simone et Ladislao de Mokronch sencientibus se in ipsa causa plurimum aggravari, ad eiusdemque cause discussionem indilate habendam non venientibus nec mittentibus imo a facie iuris et iusticie se penitus absentantibus, predictus magister Ladislaus filius Rykolphi personaliter nostram iudiciariam adiens presenciam nobis literas sepius dicti capituli Budensis domino regi rescriptas demonstrarat continentes : (l. föntebb a 276. sz. a. oklevelet 1344. oct. 16-ról.) Et quia predicta causa a predictarum quindenarum residencie exercitus regii termino ad predictum diem medii Quadragesime eo modo, ut iidem Simon et Ladislaus de Mokronch aut personaliter venirent aut legitimos et sufficientes eorum procuratores ad determinacionem et finalem decisionem

indilatam presentis cause nullis occasionum coloribus quesitis ulterius prorogari valentem in nostrum iudiciarium conspectum destinarent, utrarumque parcium procuratoribus volentibus et sponte assummentibus, ut eciam vigor equitatis postulabat, modo pretacto iuxta seriem premissarum literarum nostrarum ad hoc confectarum prorogata fuerat, et eciam ex predictarum literarum iam nominati capituli Budensis tenore predicti magistri Simon et Ladislaus de Mokronch a predicta terra usui viginti aratrorum sufficienti, in qua premissum iuramentum per eosdem deponi debebat, tempore deposicionis eiusdem ampliorem et maiorem de predicta possessione ipsius magistri Ladislai filii Rykolphi Kemlew nominata, scilicet particula terre culture quinque aratrorum superaddendo, premissorum signorum metalium posicionibus non de iure sed de facto iuxta proprie voluntatis ipsorum arbitrium ad eorum possessionem Athan nominatam applicasse, et premissum eorum iuramentum minus debite deposuisse reperiebantur; ideo baronum et regni nobilium iuridico inducti consilio, propter deposicionem ipsius iuramenti non iuxta nostram iudiciariam sentenciam premissam factam, et indebitam occupacionem ipsius particule terre ad usum quinque aratrorum sufficientis, a tota ipsa terra viginti quinque aratrorum eosdem magistros Simonem et Ladislaum de Mokronch privari, et eandem manibus ipsius magistri Ladislai filii Rykolphi applicari debere recensentes, in emenda estimacionis dictarum duarum particularum terre usui seu culture viginti quinque aratrorum sufficiencium, videlicet in septuaginta quinque marcis, nobis in duabus partibus et pretacto magistro Ladislao filio Rykolphi in tercia parte parti scilicet adverse ut expediret persolvendis, decreveramus fore aggravatos; et quia predictus magister Ladislaus filius Rykolphi in dominium dictarum duarum particularum terre viginti quinque aratris ad colendum sufficiencium introire debebat processu legitimatorio mediante, ideo nos sepiusdicto capitulo Budensi . . scribentes . . quatenus eorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Johannes de Koachy homo regius ad faciem predictarum duarum particularum terrarum in toto ad usum viginti quinque aratrorum sufficiencium . . accederet, et easdem iuxta prioris reambula-

cionis modum sine variacione aliquali reambularet, factaque reambulacione, deum habendo pre oculis, nil addendo nil minuendo, metis in locis indebitis per eosdem Simonem et Ladislaum de Mokronch iuxta eorum propriam voluntatem tempore deposicionis premissi iuramenti ad occupacionem predicte particule terre quinque aratrorum, iuri predicti Ladislai filii Rykolphi pertinentis, non de iure sed de facto indebite cumulatis et erectis penitus et omnino destructis et abolitis, novisque metis in locis necessariis erectis, predictam particulam terre totam usui viginti quinque aratrorum sufficientem iam dicto magistro Ladislao filio Rykolphi statueret perpetuo possidendam, contradiccione predictorum Simonis et Ladislai de Mokronch et aliorum quorumlibet, eo quod in tam longinqua ventilacione presentis litis partibus litigantibus nemo super predictarum terrarum particulis exstiterat contradictor, obviare non valente; si qui autem aliquid ius se sperarent et crederent habere in eisdem, facta ipsa statucione dum vellent in quorumlibet iudicum presencia exequendi liberam haberent facultatem. Ipsum siquidem capitulum Budense tocius facti seriem cum cursibus metarum in suis literis regie fideliter rescriberet maiestati ad octavas festi Penthecostes nunc instantes. Demum ipsis octavis festi Penthecostis advenientibus, pro eodem magistro Ladislao filio Rykolphi . . Johannes filius Pousa ad nostram accedens presenciam, literas iamdicti capituli Budensis rescripcionales nobis demonstravit continentes, quod ipsum capitulum Budense receptis literis nostris, peticionibus nostris in eisdem directis diligenter annuentes, cum Johanne de Koachy homine regio ad hoc deputato eorum hominem . . Michaelem presbiterum capelle beate Margarethe virginis et martiris ad ea que in serie predictarum literarum nostrarum exprimebantur fideliter exequenda pro testimonio duxissent destinandum, qui demum . . retulissent, quod in octavis Penthecostes proxime preteritis ad facies duarum particularum terre in toto ad usum viginti quinque aratrorum sufficiencium inter possessiones Kemlew et Athan vocatas existencium, et magistros Ladislaum filium Rykolphi ab una parte, ac Ladislaum et Simonem de Mokronch ex alia litigiosarum, vicinorum et commetaneorum eiusdem universorum legitimis convo-

cacionibus factis et habitis, et specialiter Thoma procuratore dictorum Simonis et Ladislai de Mokronch . . presente accessissent, et eandem iuxta prioris reambulacionis modum sine variacione aliquali reambulassent, factaque reambulacione, deum habendo pre oculis, nihil addendo nihil diminuendo, metis in locis indebitis per eosdem Simonem et Ladislaum de Mokronch iuxta eorum propriam voluntatem tempore deposicionis iuramenti ad occupacionem particule terre quinque aratrorum iuri predicti Ladislai filii Rykolphi pertinentis, non de iure sed de facto indebite cumulatis et erectis penitus et omnino destructis et abolitis, novisque metis in locis necessariis erectis ut infra diceretur, ipsam particulam terre totam usui viginti quinque aratrorum sufficientem iamdicto magistro Ladislao filio Rykolphi statuissent perpetuo possidendam. Mete autem quibus predictam particulam terre usui viginti quinque aratrorum sufficientem predicto magistro Ladislao filio Rykolphi iuxta seriem literarum nostrarum statutam a parte possessionis separassent sic distingerentur: primam metam erexissent circa monticulum Bolugpeturholma vocatum, inde curreret ad partem occidentalem versus possessionem Athan ad unam arborem piri, et ibi sub eadem arbore unam metam erexissent, inde curreret versus aquilonem similiter ad quandam arborem piri et ibi unam metam terream de novo erexissent, inde ad eandem partem veniret ad magnam viam dictam Hewesnogwth et transiret illam viam ad eandem partem et iret per modicum spacium similiter ad quandam arborem piri et ibi unam metam terream erexissent, deinde ad eandem plagam ad aliam arborem piri et ibi unam metam erexissent, deinde ad eandem partem ad aliam arborem piri prope quendam monticulum Hortosholma vocatum a parte possessionis Athan, et ibi terminarentur. Unde quia ipsam terram viginti quinque aratrorum culture sufficientem iuxta totalem premissi nostri iudicii seriem prenominato magistro Ladislao filio Rykolphi sub prescriptarum metarum cursibus et limitibus ex serie prescriptarum literarum iam nominati capituli ecclesie Budensis rescripcionalium per prenominatos hominem regium et testimonium eiusdem capituli Budensis statutam exstitisse reperiebamus, ideo nos unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in

iudicio assidentibus, ipsam terram culture viginti quinque aratrorum sufficientem cum suis omnibus utilitatibus sub prenotatarum metarum cursibus et limitibus, ipsi magistro Ladislao filio Rykolphi eo iure quo sibi dinoscitur pertinere, salvis aliorum iuribus remanentibus in eadem, adiudicavimus perpetuo possidere et habere, prememoratis Simoni et Ladislao de Mokronch perpetue taciturnitatis silencium amodo imponentes de eadem . . Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum festi Penthecostes predictarum, anno domini M° CCC° XL^mo^ sexto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1689. 5. dipl. lt. 3848. Közli: Kovács N.

364.

1346. Padua, jun. 23. Fortanerius a szent-Ferencz rendiek generálisa a rend magyarországi provincialisát utasítja, hogy az Erzsébet királyné által Budán, a klarisszák számára alapított kolostorba apáczákat fogadjon fel.

In Christo sibi karissimo fratri Martino ministro provincie Ungarie, frater Fortanerius ordinis fratrum minorum generalis minister et servus salutem . . serenissima domina Elisabeth regina Ungarie, reverendissima mater nostri ordinis et beati patris nostri Francisci filia singularis, inspirata divinitus, monasterium pro sororibus ordinis sancte Clare ad exaltacionem divini cultus et pro sua ac suorum vivorum et mortuorum salute fundavit in civitate *Sicambrie*, et postulavit, quod auctoritate mea et generalis capituli incorporaretur ordini sancte Clare, et sorores eiusdem ordinis decenti numero in eodem monasterio ponerentur; cuius pie peticioni annuere cupiens, tue dileccioni auctoritatem meam in hac parte committo de consilio et assensu capituli generalis in Pentecosten anno domini Millesimo CCC^mo^ XL^mo^ sexto Veneciis celebrati, concedens, quod possis recipere personas fugientes a seculo in monasterio supradicto, et in eo sororum ordinare conventum earum, quarum cura generali et provincialibus ministris per sedem apostolicam est commissa; et pro informacione novi-

ciarum possis de aliis monasteriis tue provincie sorores assummere, sicut iudicaveris expedire; committo eciam tibi, ut in dicto monasterio instituas abbatissam, et cetera ordinare, que in monasterio cum fratrum consilio fuerint ordinanda, salvo iure alieno in omnibus supradictis. Vale in domino et ora pro me. Datum Padue, XXIII° die Iunii, anno prenotato.

A pecsét zöld és szederjes színű selyem sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Bud. 18. 5. dipl. lt. 3849. Közli: Kovács S.

365.

1246. Visegrád, jul. 12. Nagymartoni Pál országbíró a veszprémvölgyi apáczák és a Lőrinthe nemzetségbeliek között Padrag nevű birtok miatt fönforgott pert ítéletileg akkép dönti el, hogy a fejedelemasszony tizenkét egyenként megnevezett apáczával az esküt letévén, a két ekényi vitás földterület az apáczák tulajdonát képezze.

Nos comes Paulus iudex curie . . memorie commendamus . . quod Agustinus filius Bulchu pro . . sanctimonialibus claustri beate virginis de valle Wesprimiensi . . iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis beati Martini confessoris anno domini Millesimo CCC^mo^ XL^mo^ primo preteritis ad nostram accedendo presenciam, contra Nicolaum et Johannem filios Thome filii Leurenthe et Beke filium eiusdem Leurenthe de Gyepus in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod iidem filii Thome et Beke filius Leurenthe quandam possessionem dictarum . . dominarum intra metas possessionis earumdem Podrugh vocate efficacium instrumentorum titulo eisdem dominabus pertinentis similiter Podrugh vocatam in comitatu Wesprimiensi existentem detinerent occupatam, cuius detencionis racionem eedem domine scire vellent ab eisdem; quo audito Johannes filius Bene et Stephanus de Echy pro eisdem filiis Thome et Beke filio Leurenthe, cum procuratoriis literis conventus Thyconiensis consurgendo, responderant e converso, quod in dicto comitatu Wesprimiensi plures possessiones hoc nomine Pudrugh haberentur, ex quibus quedam ipsarum . . sanctimonialium, quedam vero predictorum

filiorum Thome existerent, et ex eo, si eedem . . sanctimoniales eam possessionem quam ipsarum fore dicerent legitime recaperent, talem nomine iuris earum recapere possent, in cuius statucione eisdem dominabus non contradicerent, talem vero recapere (non) possent, in quo eis iidem filii Thome et Beke filius Leurenthe contradiccionis velamine obviarent; et quia ad recaptivacionem dicte possessionis prelibatarum . . sanctimonialium homines regii et capituli existebant necessarii, ideo predicto capitulo ecclesie Albensis . . scribentes . . quatenus ipsorum mitterent hominem . . quo presente Ipolitus filius Damiani de Sary vel Briccius filius Bors de eadem aut Paulus filius Myske de Wis aliis absentibus homo domini regis in octavis festi Pasce domini tunc venturis ad faciem prelibate litigiose possessionis Podrugh vocate . . accederet, et quamcunque possessionem hoc nomine Pudrugh eedem religiose domine sanctimoniales vel procurator earum nomine iuris earumdem recaptivare dicerent, recaperet et statueret eisdem . . sanctimonialibus eo iure, quo ad ipsas dinosceretur pertinere perpetuo possidendam, si per ipsos filios Thome et Beke filium Leurenthe vel alios non fieret contradictum; contradictores vero si qui exceptis prefatis filiis Thome et Beke filio Leurenthe fierent, citet contra easdem . . sanctimoniales ad octavas beati Georgii martiris tunc venturas, racionem contradiccionis eorum reddituros in presenciam regie maiestatis; ipsos autem filios Thome et Beke filium Leurenthe, si contradictores existerent citare non incumberet, quia absque citacione aliquali racionem contradiccionis eorum reddituros in eisdem octavis beati Georgii martiris eosdem coram nobis comparere oporteret; particulam enim vel possessionem inhibitam signis pro metis positis consignando et regali mensura mensurando vel visu considerando estimaret regni consvetudine exigente; nihilominus possessionem vel particulam que absque aliqua inhibicione eisdem dominabus statuta fieret, iidem regius et dicti capituli Albensis homines scirent et inquirerent per quem vel quos hactenus possessa existeret et detenta; et post hec seriem possessionarie recaptivacionis . . domino regi ad predictas octavas beati Georgii martiris . . rescriberet . . *Et cum discussio* reportate seriei premissorum

ab ipsis octavis beati Georgii martiris ad octavas festi beati Jacobi apostoli anno domini Millesimo tercentesimo XL^mo secundo preteritas prorogata exstitisset, demum ipsis octavis festi beati Jacobi apostoli advenientibus, pro dictis . . dominabus sanctimonialibus claustri beate virginis de valle Wesprimiensi pretactus Agustinus filius Bulchu . . ab una, et pro predicto Beke filio Leurenthe Johannes filius Bene, pro prenominatis vero Nicolao et Johanne filiis Thome Michael de Noztuph . . parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, literas iamdicti capituli ecclesie Albensis domino nostro regi rescriptas nobis demonstrarant . . continentes: (l. tartalmát föntebb a 248—249. l.) Et licet nos iuxta continenciam aliarum literarum nostrarum modum et formam iudicii nostri declarancium in facto eiusdem possessionis Pudrugh predictis Johanni et Nicolao filiis Thome et Beke filio Leurenthe eandem possessionem hereditarii iuris titulo ipsis pertinere quo supra dicentibus, septimo se nobilibus in facie eiusdem possessionis contra ipsas . . sanctimoniales iuramentum deponere adiudicaverimus, tandem tamen eedem . . sanctimoniales regium adeuntes conspectum, vocibus querulosis benignitati regie Agustinum filium Bulchu procuratorem earum ipsam causam iuxta suum directum processum et eo minime exequi scivisse asseruerant, quia memorati nobiles antequam ipsam possessionem hereditario iure in nostri iudicii examine ipsis pertinere allegassent, instrumenta super ipsa possessione ut in literis domini regis formam assumti arbitrii inter eos facti continentibus expresse haberetur se habere allegantes, eadem in presencia Ladislai filii Lorandi de Enyegh, Johannis filii Pauli de Chayagh, Anthonii de Myske pro arbitris per utrasque partes assumtorum in predicto claustro beate virginis exhibuissent, idemque dominus rex earum exauditis querimoniis, hominem suum et testimonium capituli Albensis ad videndum et audiendum dictum iuramentum datas et assignatas fecisset revocari et per alium hominem suum presente dicti Albensis capituli testimonio super premissis dictos arbitratores ad dicendam veritatem in sui presenciam fecisset invitari, quemadmodum litere eiusdem capituli Albensis omnium premissorum seriem uberius exprimunt et declarant. Et cum ipsius cause discussio

filiorum Thome existerent, et ex eo, si eedem .. sanctimoniales eam possessionem quam ipsarum fore dicerent legitime recaperent, talem nomine iuris earum recapere possent, in cuius statucione eisdem dominabus non contradicerent, talem vero recapere (non) possent, in quo eis iidem filii Thome et Beke filius Leurenthe contradiccionis velamine obviarent; et quia ad recaptivacionem dicte possessionis prelibatarum .. sanctimonialium homines regii et capituli existebant necessarii, ideo predicto capitulo ecclesie Albensis .. scribentes .. quatenus ipsorum mitterent hominem .. quo presente Ipolitus filius Damiani de Sary vel Briccius filius Bors de eadem aut Paulus filius Myske de Wis aliis absentibus homo domini regis in octavis festi Pasce domini tunc venturis ad faciem prelibate litigiose possessionis Podrugh vocate .. accederet, et quamcunque possessionem hoc nomine Pudrugh eedem religiose domine sanctimoniales vel procurator earum nomine iuris earumdem recaptivare dicerent, recaperet et statueret eisdem .. sanctimonialibus eo iure, quo ad ipsas dinosceretur pertinere perpetuo possidendam, si per ipsos filios Thome et Beke filium Leurenthe vel alios non fieret contradictum; contradictores vero si qui exceptis prefatis filiis Thome et Beke filio Leurenthe fierent, citet contra easdem .. sanctimoniales ad octavas beati Georgii martiris tunc venturas, racionem contradiccionis eorum reddituros in presenciam regie maiestatis; ipsos autem filios Thome et Beke filium Leurenthe, si contradictores existerent citare non incumberet, quia absque citacione aliquali racionem contradiccionis eorum reddituros in eisdem octavis beati Georgii martiris eosdem coram nobis comparere oporteret; particulam enim vel possessionem inhibitam signis pro metis positis consignando et regali mensura mensurando vel visu considerando estimaret regni consvetudine exigente; nihilominus possessionem vel particulam que absque aliqua inhibicione eisdem dominabus statuta fieret, iidem regius et dicti capituli Albensis homines scirent et inquirerent per quem vel quos hactenus possessa existeret et detenta; et post hec seriem possessionarie recaptivacionis .. domino regi ad predictas octavas beati Georgii martiris .. rescriberet .. Et cum discussio reportate seriei premissorum

ab ipsis octavis beati Georgii martiris ad octavas festi beati Jacobi apostoli anno domini Millesimo tercentesimo XL^mo^ secundo preteritas prorogata exstitisset, demum ipsis octavis festi beati Jacobi apostoli advenientibus, pro dictis . . dominabus sanctimonialibus claustri beate virginis de valle Wesprimiensi pretactus Agustinus filius Bulchu . . ab una, et pro predicto Beke filio Leurenthe Johannes filius Bene, pro prenominatis vero Nicolao et Johanne filiis Thome Michael de Noztuph . . parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, literas iamdicti capituli ecclesie Albensis domino nostro regi rescriptas nobis demonstrarant . . continentes: (l. tartalmát föntebb a 248—249. l.) Et licet nos iuxta continenciam aliarum literarum nostrarum modum et formam iudicii nostri declarancium in facto eiusdem possessionis Pudrugh predictis Johanni et Nicolao filiis Thome et Beke filio Leurenthe eandem possessionem hereditarii iuris titulo ipsis pertinere quo supra dicentibus, septimo se nobilibus in facie eiusdem possessionis contra ipsas . . sanctimoniales iuramentum deponere adiudicaverimus, tandem tamen eedem . . sanctimoniales regium adeuntes conspectum, vocibus querulosis benignitati regie Agustinum filium Bulchu procuratorem earum ipsam causam iuxta suum directum processum et eo minime exequi scivisse asseruerant, quia memorati nobiles antequam ipsam possessionem hereditario iure in nostri iudicii examine ipsis pertinere allegassent, instrumenta super ipsa possessione ut in literis domini regis formam assumti arbitrii inter eos facti continentibus expresse haberetur se habere allegantes, eadem in presencia Ladislai filii Lorandi de Enyegh, Johannis filii Pauli de Chayagh, Anthonii de Myske pro arbitris per utrasque partes assumtorum in predicto claustro beate virginis exhibuissent, idemque dominus rex earum exauditis querimoniis, hominem suum et testimonium capituli Albensis ad videndum et audiendum dictum iuramentum datas et assignatas fecisset revocari et per alium hominem suum presente dicti Albensis capituli testimonio super premissis dictos arbitratores ad dicendam veritatem in sui presenciam fecisset invitari, quemadmodum litere eiusdem capituli Albensis omnium premissorum seriem uberius exprimunt et declarant. Et cum ipsius cause discussio

ad octavas beati Georgii martiris anno domini Millesimo CCC° XL^mo tercio prorogata exstitisset, demum ipsis octavis beati Georgii martiris occurrentibus, pro predictis dominabus sanctimonialibus predicto Agustino filio Bulchu . . ab una, item Michaele de Noztuph pro Nicolao et Johanne filiis Thome . . item Stephano de Echy pro Beke filio Leurenthe . . parte ex altera ad nostram accedentibus presenciam, idem Agustinus procurator ipsarum dominarum in premissarum allegacionum iamdictarum dominarum testimonium quasdam literas domini Karoli olim . . regis . . sigillum satis corruptum imo modicam partem ipsius sigilli regis super se habentes, capite tamen sigilli eiusdem domini regis bene et apparenter reclusas nobis presentarant, in quarum tenoribus inter cetera repertum fuerat per nos contineri, quod Johannes officialis et procurator dictarum dominarum sanctimonialum pro eisdem ab una, et Johannes filius Bene pro predicto Beke filio Leurenthe . . ac Michael de Noztuph pro Nicolao et Johanne filiis Thome . . parte ex altera in ipsius domini Karoli regis presencia astantes, predictas partes in ipsa causa premissa procuratoria auctoritate arbitrio proborum hominum submississent, et eosdem arbitratores iuxta vigores instrumentorum parcium super facto dicte possessionis in ipsorum arbitrorum presencia tunc exhibendorum inter partes easdem arbitraturos obligassent, demum in huius cerciorem comprobacionem, quod eedem litere domini regis suo sigillo corrupte vere et iuste litere ipsius domini regis, ac vero sigillo eiusdem consignate existerant, literas domini prepositi Albensis capite sigilli domini Lodovici regis impressas demonstrarat, in quibus idem dominus prepositus nobis rescripserat eo modo, quod dicte litere memorati domini Karoli regis, licet sigillo suo currupte existerent, tamen eedem iuxta confessiones parcium predictarum emanate date et concesse exstitissent partibus memoratis; et cum nos predictos procuratores Beke filii Leurenthe et filiorum Thome predictorum de eo quid in preexhibitarum literarum regalium ipsius domini prepositi Albensis contrarium dicere seu respondere vellent, trinis vicibus requisitos habuissemus, idem Michael de Noztuph et Stephanus de Echy procuratores predictorum Beke et filiorum Thome nil in contrarium dictarum literarum se

obiicere velle et posse asserentes absque interessencia dictorum dominorum suorum, ad ipsius cause discussionem se intromittere nolle allegarant, sed ad interessenciam dictorum dominorum suorum discussionem ipsius cause postularant absque evidenti racione per nos prorogari; et quia predicti Michael de Noztuph et Stephanus existentes legitimi procuratores memoratorum Beke et filiorum Thome, dicte cause discussionem sine pretensione alicuius evidentis racionis intendebant prorogare, ideo cum gravamine iudicii trium marcarum per eosdem Beke et filios Thome ante litis ingressum ad octavas nativitatis beati Johannis Baptiste tunc venturas eo modo duximus prorogandam, ut predicti Beke et filii Thome aut personaliter venire aut procuratorem legitimum eorum ad habendam ipsius cause discussionem ad nostram presenciam destinare tenerentur. Et cum ipsius cause discussio in suo premisso priori statu ab ipsis octavis nativitatis beati Johannis Baptiste ad quindenas beati Jacobi apostoli anno domini Millesimo CCC° XL^mo^ quarto preteritas diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus prorogata exstitisset, demum ipsis quindenis beati Jacobi apostoli occurrentibus, prememorato Michaele de Noztuph pro predictis Beke filio Leurenthe, Nicolao et Johanne filiis Thome . . coram nobis astante, prefatus Augustinus filius Bulchu pro iamdictis . . sanctimonialibus claustri beate virginis de valle Vesprimiensi . . ad nostram accedens presenciam, preexhibitas literas domini Karoli regis et Thatamerii prepositi ecclesie Albensis, nostrasque causales iterato reexhibuerat coram nobis, postulans, ut predicte ecclesie beate virginis iuxta seriem predictarum literarum regalium arbitrii assumcionem et exhibicionis instrumentorum obligacionem continencium, ac predictarum literarum domini prepositi Albensis easdem literas regias certificancium, iusticiam facere dignaremur; ubi idem Michael de Noztuph procurator eorumdem Beke et filiorum Thome ipsas literas regales non ex sua et ipsius Johannis filii Bene confessione sed omnino ipsis ignorantibus datas fuisse et confectas allegarat; et cum dicte cause discussionem complurimorum prelatorum baronum et nobilium regni nobiscum in sede iudiciaria existencium examinacioni apposuissemus, iidem prelati barones et nobiles regni

una nobiscum et nos unacum eisdem habito consilio prematuro decreveramus tali modo, ut quia predictus Johannes filius Bene ipsius Beke filii Leurente et dictus Michael de Noztuph ipsorum filiorum Thome predictarum literarum procuratoriarum auctoritate in ipsius domini Karoli regis conspectu comparentes super predicta possessione Pudrugh in presencia dictorum arbitratorum instrumenta exhibere assumsisse reperiebantur, et tunc idem Michael de Noztuph tam ipsius Beke filii Leurenthe quam predictorum filiorum Thome ex vigore predictarum literarum capituli Wesprimiensis existens legitimus procurator, id quod cum ipso Johanne filio Bene modo pretacto in facto exhibicionis dictorum instrumentorum ac assumcionis arbitrii memorati fassus fuerat, zelo nequicie inductus proprio ore abnegare intendebat, cuius tamen abnegacionem propter nimiam vigorositatem predictarum literarum regalium inanem et vacuam fore recensentes, ideo decreveramus, quod prelibati Beke filius Leurenthe, Nicolaus et Johannes filii Thome eadem instrumenta per predictos procuratores ipsorum mediantibus ipsis literis regalibus coram eisdem arbitris exhibere assumta, in octavis festi beati Martini confessoris anno in proximo preteritis in nostri presencia exhibere tenerentur ad discussionem possessionis supradicte; in quo eciam termino discuteremus, quid gravaminis ipsum Michaelem de Noztuph tunc coram nobis comparere debentem incurrere oporteret pro abnegacione sue confessionis supradicte. Et cum ipsius cause discussio diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus ab eisdem octavis festi beati Martini confessoris ad quindenas residencie exercitus regii versus partes Croacie moti et ad quindenas festi Epiphaniarum domini nunc proxime preteritas proclamate dilative devenisset, tandem ipsis quindenis residencie exercitus regii advenientibus, prenominato Michaele de Noztuph ad ipsius cause discussionem non veniente nec mittente sed se a facie iuris et iusticie absentante, domina abbatissa claustri beate virginis de dicta valle Wesprimiensi pro se et suis sororibus eiusdem claustri monialibus personaliter ab una, pro predictis vero Nicolao et Johanne filiis Thome et Beke filio Leurenthe Johannes de Chatar et Stephanus de Echy . . parte ex altera ad nostram accedentes presenciam,

eadem domina abbatissa prenotata instrumenta per predictos procuratores eorumdem filiorum Thome et Beke filii Leurenthe in dictorum arbitrorum presencia ex preexhibitarum literarum regalium serie exhibere assumta, demumque exhibere per nos eisdem commissa videre volente nostroque conspectui presentare postulante, iidem Johannes de Chatar et Stephanus de Echy procuratores ipsorum filiorum Thome et Beke filii Leurenthe eosdem super dicta possessione Pudrugh eo quod hereditarii iuris titulo ipsis semper pertinens fuisset et pertineret, non aliqua instrumenta habere nec extunc et in futurum exhibere posse pluries per nos requisiti allegarant, postulantes eandem causam statu suo tunc presenti per nos similiter iure exigente terminari; ubi eadem domina abbatisse quasdam literas privilegiales domini Colomani olim regis Hungarie illustris felicis recordacionis, anno domini Millesimo C° nonagesimo (igy) confectas nobis presentarat, in quibus inter cetera hunc articulum haberi conspexeramus, quod sanctissimus rex Stephanus predicto claustro beate virginis de Wesprimio dedisset villam Pudrugh, quarum terra non esset communis sed circumiaceret in metis, proponens eadem domina abbatissa, quod ipsa particula terre duorum aratrorum a predictis Nicolao et Johanne filiis Thome et Beke filio Leurenthe iuxta seriem literarum capituli Albensis per ipsas dudum recaptivata intra certas et veras metas predicte possessionis Pudrugh, per ipsum sanctissimum regem Stephanum predicte ecclesie seu claustro beate virginis modo pretacto collate existeret, et a tempore emanacionis predicti privilegii sancti regis Stephani ad eandem possessionem Pudrugh pertinens fuisset et foret, ipsisque filiis Thome et Beke filio Leurenthe nullo iuris titulo pertinuisset et pertineret; unde quia procuratores dictorum Nicolai et Johannis filiorum Thome et Beke filii Leurenthe primitus iam nominatam possessionem Pudrugh eisdem instrumentali titulo pertinere in regia presencia allegarant, tunc autem ipsa instrumenta eosdem filios Thome et Beke filium Leurenthe non habere nec extunc neque in futurum exhibere posse, sed mutata priori confessiva proposicione procuratorum eorumdem hereditarii iuris titulo eisdem pertinuisse et pertinere quo supra pluries per nos requisiti proponebant, predicta autem domina

abbatissa ipsam possessionem Pudrugh ex vigore dicti privilegii domini Colomani regis eidem ecclesie beate virginis per sanctissimum regem Stephanum datam perpetuo exstitisse comprobans, ipsam particulam terre litigiosam duorum aratrorum intra veras et certas metas eiusdem possessionis Pudrugh existere indicarat, ideo nos unacum magnificis viris Nicolao regni Hungarie palatino, Stephano voyvoda Transsilvano, Laurencio magistro tavarnicorum regalium, Paulo magistro tavarnicorum reginalium, magistris Nicolao dicto Treuthul comite Posoniensi, Johanne filio Gelety, Stephano comite Zaladiensi, Ladislao vicepalatino et aliis quamplurimis regni nobilibus nobiscum in iudicio assedentibus matura deliberacione prehabita decreveramus iudicantes, quod predicta domina abbatissa duodecimo se sui ordinis monialibus in dicto claustro existentibus in octavis diei medii Quadragesime nunc proxime preteritis, scilicet feria quarta presentibus Nicolao dicto Ogh homine domini regis de curia regia specialiter ad hoc transmisso, vel si ipsum de necessitate abesse contingeret Lypoldo filio Damiani de Sar et testimoniis dicti capituli Albensis . . in eodem claustro in altari beate virginis super eo, quod predicta particula terre duorum aratrorum a predictis filiis Thome et Beke filio Leurenthe per ipsas iuxta seriem dictarum literarum capituli Albensis recaptivata intra certas et veras metas predicte possessionis Pudrugh per ipsum sanctissimum regem Stephanum predicte ecclesie modo pretacto collate existeret, et a tempore emanacionis predicti privilegii sancti regis Stephani ad ipsam possessionem Pudrugh pertinens fuerit et nullius iuris titulo ad ipsos filios Thome et Beke filium Leurenthe pertinuisset, sacramentum prestare tenerentur, que si prestarent, tunc predictus Nicolaus vel ipso absente Lypoldus homo regius eandem a vicinariis possessionibus metis certis undique distinctam eisdem . . sanctimonialibus, si vero prestare nollent vel non possent tunc eisdem filiis Thome et Beke filio Leurenthe testimonio capituli Albensis presente, tercio die deposicionis iuramenti premissi statueret possidendam; et quia ipsa iuramentalis deposicio multa verba in se contineret, ideo volueramus, ut testimonium ipsius capituli ad ipsum iuramentum deputatum, seriem ipsius iuramenti ipsi domine abbatisse

et singulis suis coniuratricibus de verbo ad verbum paulatim et seriatim recitare teneretur, prenominatum autem Michaelem de Noztuph pro premissa abnegacione confessionis sue, quia eciam ad discussionem ipsius cause nostri personaliter comparere debens in presencia non comparuerat, sed se a facie iuris et iusticie penitus absentarat, in pena calumnie, et dictos filios Thome ac Beke filium Leurenthe pro negligencia solucionis unius marce duplate in propriam porcionem earumdem dominarum solvi debende in duplo earumdem scilicet in quatuor marcis sentencialiter decreveramus aggravari; seriem siquidem premissi iuramenti . . tociusque facti processu partes predicte in literis ipsius capituli Albensis in quindenis beati Georgii martiris nunc proxime preteritis deberent nobis reportare. Tandem ipso termino reportacionis seriei premissarum occurrente, iamdicta domina abbatissa claustri beate virginis de valle Wesprimiensi pro se et tota communitate sororum eiusdem claustri ad nostram accedens presenciam, literas ipsius capituli Albensis rescripcionales nobis demonstrarat, ex quarum serie informabamur eo modo, quod adveniente ipso iuramentalis deposicionis termino, idem capitulum Albense cum predicto Lypoldo homine regio . . magistrum Stephanum teutonicum fratrem et . . testimonium eorum ad exequenda premissa pro testimonio duxissent transmittendum; qui demum . . retulissent, quod ipsi in dictis octavis medii Quadragesime ad dictum claustrum beate virginis accessissent, et dum predicta domina abbatissa Viola nuncupata cum suis sanctimonialibus claustri annotati numero undecim duodecimo se inclusa, super ipsa possessione iuramentum sacramentalis deposicionis deponere voluisset, Laurencius et Nicolaus filii Beke filii Leurenthe cum literis domini nostri regis specialibus maiori sigillo suo consignatis et hominibus Paulo filio Gervasii de Jutas homine regio et discreto viro Paulo quondam decano canonico et testimonio Wesprimiensis ecclesie inibidem personaliter comparendo, sepefatam dominam abbatissam (et) sanctimoniales suas a deposicione iuramenti super premissa possessione, et ab occupacione et alia quavis callida se intromissione ad eandem, patrem vero ipsorum a recepcione ipsius iuramenti et ab amissione eiusdem possessionis, homines autem prenotatos regium

et dicti capituli Albensis a statucione eiusdem palam et manifeste prohibuissent; et nihilominus quia cause iuramentalis deposicionis et duellares dimicaciones et congressus prorogari non possent, ideo prenominata domina abbatissa cum infrascriptis sanctimonialibus suis claustri annotati, videlicet Margaretha priorissa filia Vincencii de Weresligeth, Judit filia Stephani de Sumviragh, Scolastica filia Balase de Pechwl, Dominica filia Michaelis de Belch, Kynge filia Johannis de Wertus, Agnes filia Dionysii de Leurenthe, Elizabeth filia Myske de Wrs, Elena filia Tyba de Jutas, Sebe filia Michaelis de eadem, Clara filia Petri de Gymolth, Elena filia Stephani dicti Magyar castellani de Tykonio, iuxta adiudicativam sentenciam nostram super dicta terra litigiosa ad duo aratra se extendenti, ut est premissum, per omnem modum et formam ipsius iuramenti in literis nostris seriatim contentam et expressam, nihil de eadem forma omittendo, cum suis undecem consanctimonialibus contra predictos Nicolaum et Johannem filios Thome et Beke filium Leurenthe suum deposuisset iuramentum, prout fuisset sibi per nos adiudicatum, ipsis tempore iuramentalis deposicionis personaliter inibi adherentibus; sed postquam ad actum deposicionis ipsius iuramenti domina abbatissa cum suis coniuratricibus suum sacramentum actualiter deponere voluisset, iidem se ipsos ab ipso loco iuramentalis deposicionis elongassent et recessissent; et post ipsam iuramentalem deposicionem domina abbatissa cum hominibus regio et ipsius capituli Albensis ad faciem litigiose possessionis libenter ivisset et eandem sibi per eosdem statui fecisset, si iidem homines illuc cum ipsa accessissent, homines autem regius et ipsorum scilicet capituli Albensis propter premissam contradiccionem per homines regium et testimonium capituli Wesprimiensis pro Nicolao et Laurencio filiis Beke factam, ad faciem eiusdem non accessissent, sed quia Nicolaus et Laurencius filii Beke contradictores ipsius statucionis et recepcionis iuramentalis deposicionis a domina abbatissa pluries nominata ex quo incepisset ipsa causa super ipsa possessione a multis retrolapsis annis et temporibus inter ipsas partes ventilare nunquam aliquo velamine contradiccionis eidem domine abbatisse et sanctimonialibus suis obviassent, ideo ipsi iuxta continenciam literarum

regalium generalium et annualium, per dictum dominum regem domine abbatisse pluries annotate et sanctimonialibus suis graciose datarum, eodem die in loco contradiccionis Nicolaum et Laurencium filios Beke contra dominam abbatissam et sanctimoniales dicti claustri citavissent ad nostram presenciam, quindenas festi beati Georgii martiris tunc affuturas eisdem pro termino assignando coram nobis comparendi, contradiccionis ipsorum racione reddituros. Et licet premissarum literarum iamdicti capituli Albensis rescripcionalium exhibicionibus factis, prenominati Nicolaus et Laurencius filii Beke racione premisse contradiccionis eorum per iamdictas dominas abbatissam et sanctimoniales nostram in presenciam citati legitimos ipsorum per procuratores coram nobis comparuerint, tamen quia eedem domine abbatissa et sanctimoniales claustri beate virginis iuxta nostram iudiciariam diffinitivam sentenciam prescriptam et literarum nostrarum ipsiusque capituli Albensis rescripcionalium exinde confectarum continenciam pretactam terre particulam duorum aratrorum Pudrugh vocatam a prenominatis Nicolao et Johanne filiis Thome filii Leurenthe et Beke filio eiusdem Leurenthe per earum iuramenti deposicionem reoptinuisse reperiebantur, ideo nos unacum aliis regni baronibus et nobilibus nobiscum adiudicantibus pretactam contradictoriam inhibicionem per ipsos Nicolaum et Laurencium filios Beke minus licitam iniustamque penitus et irracionabilem, ex eo maxime, quia eorumdem filiorum Beke contradictoria inhibicio partibus super ipsa terra litigantibus nunquam obviarat, fore recensentes, cassantesque et in irritum per omnia revocantes, ac ipsam particulam terre duorum aratrorum eisdem dominabus sanctimonialibus claustri predicti per regium et sepius dicti capituli Albensis hominem iuxta prioris recaptivacionis et reambulacionis modum sine diminucione necessario statui debere sentencialiter decernentes, iam nominato capitulo Albensi . . scribentes amiciciam ipsorum literas nostras per priores requisieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem . . quo presente Theodorus filius Bosou de Gyoagd homo regius de curia regia specialiter ad id destinatus in octavis festi Penthecostes nunc proxime preteritis *ad* faciem ipsius particule terre duorum aratrorum Pudrugh

vocate . . accederent, et eandem iuxta prioris metalis reambulacionis et recaptivacionis cursum ac prescriptarum priorum literarum nostrarum modum iudicii nostri declarancium per easdem dominas sanctimoniales sub capite sigilli nostri in specie inibi exhibendarum continenciam . . reambularet, et . . predicto claustro beate virginis et per ipsum sanctimonialibus . . eo iure quo ipsis pertinere dinosceretur, sine preiudicio iuris alieni, non obstante contradiccione predictorum filiorum Thome et Beke filii Laurenthe ac filiorum eiusdem Beke necnon aliorum quorumlibet, et quod in ipsius literis diutina ventilacione nullius contradiccio partibus litigantibus dinosceretur obviasse, statueret perpetuo possidendam, si qui autem aliquid iuris se habere sperarent in eadem, facta ipsa statucione dum vellent liberam prosequendi haberent facultatem; et seriem ipsius possessionarie statucionis cum . . tocius facti processu ad octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste nunc presentes domino regi . . rescriberet . . Ipsis siquidem octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste advenientibus, pro iam memoratis dominabus sanctimonialibus claustri beate virginis de valle Wesprimiensi . . Agustinus filius Bulchu ad nostram accedens presenciam, literas prescripti capituli ecclesie Albensis domino regi rescriptas nobis demonstravit continentes, quod idem capitulum Albense peticionibus nostris amicabiliter obtemperare volens, cum predicto Theodorio filio Bosou homine regio . . magistrum Jacobum socium et concanonicum . . ad exequendum premissa duxissent transmittendum; qui tandem . . retulissent, quod ipsi in predictis octavis festi Penthecostes proxime preteritis, primo convocatis vicinis et commetaneis universis possessionis Pudrugh, ad faciem eiusdem particule terre duorum aratrorum predicto nomine Pudrugh vocate accessissent, et eandem iuxta prioris metalis reambulacionis et limitacionis cursum, ac prescriptarum priorum literarum nostrarum modum iudicii nostri declarancium per easdem dominas sanctimoniales sub capite sigilli nostri in specie inibi et in reambulacione predicte terre exhibitarum continenciam, et eciam iuxta continenciam priorum literarum eorum reambulatoriarum, sepedictam particulam terre duorum aratrorum per suas veras metas et antiquas reambulassent . . separatamque et distinctam

a vicinariis porcionibus possessionariis, predicto claustro beate virginis et per ipsum . . sanctimonialibus . . eo iure quo ipsis pertinere dinoscitur, sine preiudicio iuris alieni statuissent perpetuo possidendam, nullo alio obice existente preterquam Beke filio Leurenthe, qui in sua et filiorum suorum in personis ipsos a statucione eiusdem palam et manifeste prohibuisset; sed quia litere nostre hoc expresse declarassent, quod quorumlibet contradiccione non obstante deberet fieri statucio pro predicto claustro, ideo ipsi formam literarum nostrarum observando sepedictam particulam terre eidem claustro beate virginis statuissent, quamvis dictus Beke contradiccionis velamine eisdem obviasset. Quarum literarum rescripcionalium sepius dicti capituli ecclesie Albensis factis exhibicionibus et tenoribus revisis, prememorati Beke filius Leurenthe, Nicolaus Laurencius et Thomas filii sui, pro Ladislao vero similiter filio suo idem Beke cum procuratoriis literis conventus Thykonensis, pro prenominatis autem Nicolao et Johanne filiis Thome filii eiusdem Leurenthe Johannes filius Bene de Meneke cum procuratoriis literis conventus de Almad nostrum iudiciarium personalitar adeuntes conspectum, confessi sunt . . quod licet ipsi predicte particule terre duorum aratrorum Pudrugh nominate per iamdictas dominas sanctimoniales claustri predicti ab ipsis processu iudiciario mediante coram nobis modis premissis reobtente statucionibus legitimis continuas fecerint prohibiciones et lites moveri voluerint ampliores, sperantes tamen in ipsa terre particula duorum aratrorum Pudrugh nominata nihil iuris se habere et in futurum posse obtinere, omni liti et accioni quam in eiusdem particule terre facto movere intendissent, ac iuri quod in eadem se habere et posse in futurum obtinere putassent extunc penitus renunciassent, et eandem terre particulam duorum aratrorum iam nominatis . . sanctimonialibus claustri beate virginis prenotati sub prescriptarum metarum cursibus, nihil iuris reservantes ipsis amodo de eadem, perpetuo . . iure possidere remisissent . . Unde quia primo et principaliter prenotata domina abbatissa cum suis consororibus et coniuratricibus suis, scilicet duodecima se inclusa super pretacta particula terre litigiosa duorum aratrorum Pudrugh vocitata in iamdictis octavis diei medii Quadragesime iuxta

totalem nostre iudiciare commissionis formam sacramentum deposuisse, demumque eadem terra duorum aratrorum Pudrugh nuncupata per hominem regium et testimonium sepius nominati capituli ecclesie Albensis in octavis prefixis festi Penthecostes iam nominatis dominabus sanctimonialibus claustri beate virginis sub preallegatarum metarum in prescriptis literis capituli ecclesie Albensis reambulatoriis et presentibus contentarum cursibus statuta fuisse ex serie literarum eiusdem capituli Albensis rescripcionalium reperiebantur, et iidem eciam Beke filius Leurenthe filii sui ac filii Thome superius nominati eandem terre particulam duorum aratrorum nullo iuris dominio ipsis reservando de eadem eisdem dominabus sanctimonialibus quo in premissis clarius patuit remittebant.. ideo nos eandem terre particulam duorum aratrorum Pudrugh nuncupatam sub prescriptarum metarum cursibus sepius nominatis dominabus claustri beate virginis de valle Vesprimiensi eo iure quo ipsis pertinere dinoscitur, salvis aliorum iuribus remanentibus in eadem, adiudicavimus perpetuo possidere.. preannotatis Beke filio Leurenthe et filiis suis ac filiis Thome amodo et deinceps silencium perpetuum imponentes de eadem .. Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum festi nativitatis beati Johannis Baptiste predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo sexto.

A pecsét-töredék sárga-veres selyemsodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Jes. Jaurin. 3. 19. dipl. lt. 3852. Közli: Kovács N. Rövid kivonatát l. Fejérnél, i. m. IX. 6. 21. l.

366.

1346. jul. 14. A győri káptalan bizonyságlevele Hechce nevü Győr vármegyei birtok határjárásáról.

Nos capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendamus .. quod cum secundum literarum .. Elizabeth .. regine .. mandatum eiusdem continencium nobis directarum seriem, ad reambulandam possessionem Iwan Michaelis et Erb filiorum Erb *filii Erb, item Emerici* Demetrii et Ladislai filiorum

Lamperti, Stephani filii Lowrandi, Pows et Erb filiorum Petri filii Horman patruelium, Hechce vocatam, in comitatu Jauriensi prope civitatem Jauriensem existentem, unacum Michaele filio Pauli de Mendsenth homine eiusdem domine regine .. Gabrielem archidiaconum de Komaron et magistrum Nicolaum decanum nostros concanonicos pro testimonio destinassemus, idem homo regius et nostra testimonia unacum prefatis nobilibus parte ex una, Clemens vero et Andreas filii Thome ac Blasius filius Petri de alia possessione similiter Hechce nuncupata ab altera, ad nos redeundo .. in hunc modum sunt confessi .. ut ipsi feria secunda ante festum beati Benedicti nunc preteritum proxima, super faciem pretacte possessionis filiorum Erb, Lamperti, Petri et Lowrandi .. accessissent, ipsamque .. reambulando ab aliorum possessionibus novarum metarum iuxta veteres erectarum distinccione separassent; cuius quidem possessionis Hechce vocate mete .. ordine sic distinguntur: prima scilicet meta incipit a parte orientali super quendam monticulum vulgariter dictum holm, et tendit versus plagam meridionalem ad finem unius fossati, ubi sunt due mete terree inter predictas possessiones utrasque Hechce nominatas separantes, et circa idem fossatum per eandem plagam currendo in alio fine ipsius fossati sunt tres mete post se se consequenter posite cursuales, et abinde vadit ad unum monticulum Gyparthetew nominatum, in quo monticulo iuxta quandam viam similiter unam metam terream invenissent, et ab eodem monticulo procedendo semper ad eandem plagam ad montem Gewrseg vocatum veniendo in latere eiusdem montis duas metas inter predictas possessiones separantes reperissent, ubi versus occidentem declinando per quamplures metas cursuales dictis possessionibus separantes usque ad terram Irenfelde nominatam pervenissent, et inter eandem Irenfelde et predictam possessionem Hechce tendendo venissent ad viam de Jaurino versus Budam tendentem, et per eandem viam parvum gradiendo incipit vicinari terre civium Jauriensium, ubi declinat versus septemtrionem et pervenit ad unam metam terream inter eandem Hechce et terram civium separantem, abinde autem ad eandem plagam septemtrionalem dirigitur ad quandam terram Sowskwth appellatam prope ecclesiam sancti

Michaelis, ubi terre ecclesie nostre vicinatur, indeque tendit usque ad Feldwar per tres metas consequenter positas cursuales versus orientem divertendo, et pervenit ad priorem metam, ibique terminantur mete possessionis Hechce antedicte; et sic ipsam homo regius presentibus nostris testimoniis et vicinis necnon commetaneis, eisdem filiis Erb, Lorandi, Lamperti et Petri prenotatis statuisset perpetuo possidendam, nemine tunc contradictore apparente. Datum feria sexta proxima post festum beate Margarethe virginis et martiris, anno domini Millesimo tricentesimo quadragesimo sexto.

A győri káptalannak 1467. apr. 5-én »Thomas et Michael filii Dominici Vracz de Zenthwyd« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 333. 34. dipl. lt. 3853. Közli: Kovács N.

367.

1346. jul. 29. Erzsébet királyné Miklós budavári plebánust a margit-szigeti apáczák buda i házaiért és ezek egyéb javadalmaiért elvállalt bérleti kötelezettsége betöltésére kötelezi.

Elizabeth . . regina . . ad universorum noticiam . . volumus pervinere, quod cum . . Lodovicus . . rex filius noster . . querimoniis . . sanctimonialium claustri beate virginis de Insula Leporum in eo, ut dominus Nicolaus plebanus parochialis ecclesie ad honorem beatissime virginis Marie in civitate Budensi seu novi montis Pestiensis fundate, domos earum in eadem civitate Budensi in cimiterio eiusdem parochialis ecclesie beate virginis existentes sua propria auctoritate destruere et in eodom loco palacium pro se edificari fecerit, et proventus suos ad claustrum earum de iure provenientes usurpaverit et eis uti non permiserit, et eciam proventus earum, qui ex donacione et ordinacione regum predecessorum suorum de eadem ecclesia beate virginis eis provenire deberet quos pacifice possedissent, post obitum domini regis genitoris sui similiter propria sua auctoritate occupaverit et pro se recipi fecerit, excellencie sue humiliter porrectis exauditis, nolens illud quod a primevis temporibus bene et iuste factum foret violare, eidem domino Nicolao plebano dicte ecclesie beate virginis civitatis *Budensis . . literas suas* sigilli sui annularis impressione mu-

nitas, huiusmodi continenciam habentes, ut ipsas domos earumdem religiosarum dominarum in ipsa civitate Budensi habitas eisdem dominabus sanctimonialibus resignare deberet, et proventus suos de iure eisdem provenire debentes usurpare non presummeret, sed eis prout per reges predecessores suos fuisset hoc ordinatum, dilacione et occasione non obstante, plene et integre amministrari faceret, alioquin ad presenciam nostram super premissis racionem redditurus veniret, firmo regio sub edicto direxisset, nobisque si eundem . . Nicolaum plebanum in faciendis premissorum singulis contumacem fieri contingeret, inter eundem . . Nicolaum plebanum et dictas . . sanctimoniales unacum prelatis et regni sui baronibus curiam suam residentibus, in factis earumdem domorum et proventuum iudicium indilatum determinacionemque finalem, sicuti per viam equitatis expediret, facere commisisset. Demumque ipso . . Nicolao plebano visa serie ipsarum literarum domini regis filii nostri sibi directarum, racionem conservacionis earumdem domorum et usurpacionis proventuum seu oblacionum dominarum earumdem coram nobis reddere assummente, tandemque ipsius racionis assignacione pretermissa iuri et iusticie parere eodem recusante imo a facie iuris et iusticie se contumaciter penitus absentante et sic super ipsis domibus ac tercia parte proventuum seu oblacionem ipsius ecclesie beate virginis inter eundem dominum Nicolaum plebanum et dominas sanctimoniales prenotatas lite seu quescionis materia pluribus diebus nostra, prelatorum et baronum nostrorum in presencia ventilante, eedem . . sanctimoniales . . ipsas domos et edificia in eisdem constructa, simul cum tercia parte totalium proventuum seu offertorii iam nominate ecclesie beate virginis parochialis civitatis Budensis ab ipso domino Nicolao plebano iuri et iusticie ut premisimus, et ut singula premissorum series literarum privilegialium . . Pauli iudicis curie regie exinde confectarum lucidius continet et exprimit, contumaciter parere recusante, ex earum evidentissimorum et racionabilium instrumentorum serie et vigoribus iuxta predictorum prelatorum et baronum nostrorum iudiciariam sentenciam diffinitivamque adiudicacionem, ac dictarum literarum privilegialium comitis Pauli iudicis curie . . exinde emanatarum continenciam, rite et

legitime ac omni veritatis tramite in ipsius litis processu perpetuo possidendas reoptinuissent. Tandem prenominato domino Nicolao plebano . . personaliter ab una, et . . fratre Briccio priore ordinis fratrum predicatorum de Insula Leporum pro prefatis . . sanctimonialibus claustri beate virginis . . parte ab altera coram nobis constitutis, propositum exstitit per eosdem . . quod ut ipse dominus Nicolaus plebanus ac memorate . . sanctimoniales claustri beate virginis in percepcionibus premissorum totalium proventuum et oblacionum dicte ecclesie beate virginis . . ac feudali conservacione dictarum domorum per iamdictas . . sanctimoniales modo premisso per viam iuris et iusticie ab ipso domino Nicolao plebano reoptentarum quieciores fieri possent, salubri iam nominatorum prelatorum baronum et nobilium regni pacis zelatorum inducti consilio, taliter . . concordarunt coram nobis, ut predictus dominus Nicolaus plebanus . . pro totali tercia parte proventuum et oblacionum dicte ecclesie beate virginis ac conservacione feudali ipsarum domorum in cimiterio iamdicte ecclesie beate virginis existencium, in quolibet anno iamdicte ecclesie beate virginis . . et per eam . . sanctimonialibus existentibus ac deo iugiter et devote famulantibus in eadem, viginti marcas promtorum denariorum racionis Budensis coram . . capitulo ecclesie beati Petri Veteris Bude in duobus terminis infrascriptis dare et solvere teneretur, videlicet decem marcas in octavis festi beati Michaelis archangeli, et iterum decem marcas in octavis festi beati Georgii martiris post se se consequenter occurrentibus, tali obligacione interposita mediante, quod si idem dominus Nicolaus plebanus . . aliquem terminorum premissorum insolutum obmitteret, dupli pena gravaretur, et insuper eedem . . sanctimoniales . . iuxta vigores suorum instrumentorum in dominium iamdicte domus et edificiorum existencium in eadem, ac tercie partis totalium proventuum et oblacionum ipsius ecclesie virginis Marie novi montis Pestiensis sine aliquo strepitu iudiciario et impedimento aliquali introeundi liberam et securam haberent facultatem; ad que omnia premissa . . observanda iamdictus dominus Nicolaus plebanus . . se personaliter, pretactus vero frater Briccius prior prefatas . . sanctimoniales . . procuratoria auctoritate premissa sponte obligarunt

coram nobis . . Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi ecclesie Wesprimiensis . . aule nostre vicecancellarii, quarto Kalendas augusti, anno dominice incarnacionis Millesimo trecentesimo quadragesimo sexto.

A pecsét piros-zöld selyemsodraton függött; eredetije az ország. lt. kincst. oszt. Monial. Poson. 54. 10. dipl. lt. 3854. Ugyanott őriztetik János kir. titkos cancellárnak 1346. apr. 6-án kelt oklevele, mely szerint Miklós plebánus az apáczáknak főnt körülírt javadalmát húsz márkáért kibérelte, de a főntebbiek szerint bérleti kötelezettségének eleget nem tett. Dipl. lt. 3975. Közli: Kovács N.

368.

1346. Visegrád, aug. 10. Pál országbíró előtt Miklós nádor ítélőmestere és egy udvari embere Tót-Kálló és Nagy-Semjén nevü birtokokat, melyeket a nádor Biri Tamástól bírói zálogban bírt, a nádor megbízásából Nagysemjéni Istvánnak és Kállay Andrásnak alzálogba adják.

Nos comes Paulus iudex curie . . memorie commendamus . . quod magistris Nicolao prothonotario et Ladislao de Batha familiari iuveni . . Nicolai regni Hungarie palatini et iudicis comanorum pro eodem domino Nicolao palatino . . ab una, item magistris Stephano filio Stephani de Noghsemyen et Andrea filio Iuan de Kallow aule regie militibus personaliter parte ex altera nostri in presencia constitutis, per eosdem magistros Nicolaum prothonotarium et Ladislaum de Batha vice et nomine ipsius domini Nicolai palatini propositum extitit . . quod licet Thomas filius Johannis de Byry contra quosdam suos adversarios in ipsius domini Nicolai palatini iudiciaria presencia in capitali pena et amissione omnium possessionum ac universorum iurium rite et legitime per formam legitimi processus iudiciarii convictus exstiterit et aggravatus, ipseque dominus Nicolaus palatinus pietate et misericordia motus totum onus ipsius capitalis sentencie et amissionis universarum possessionum ipsius Thome de Byry eidem Thome de Byry . . in quadraginta marcis denariorum compoti Budensis graciose relaxaverit, et idem Thomas de Byry

ipsam pecuniam quadraginta marcarum non habens persolvendi facultatem porciones suas possessionarias in possessionibus Touthkallou et Noghsemyen habitas et ipsum libere contingentes, tamdiu donec pro eisdem quadraginta marcis denariorum compoti Budensis ab eodem domino Nicolao palatino redimere posset, eidem . . Nicolao palatino pacifice possidendas, omnesque earumdem usus et proventus ac utilitates universas libere percipiendas pignori obligaverit, tamen quia idem Thomas de Byry ipsarum porcionum suarum possessionariarum redemcionem et quadraginta marcarum solucionem per plurimorum spacia temporum dissimulando se adhuc ad plurimos dies facere non posse indixisset, ipse autem . . Nicolaus palatinus in ipsarum porcionum possessionariarum Thome de Byry usuum et utilitatum percepciones contra vicinos et commetaneos ac homines generacionis eiusdem Thome de Byry se nullatenus intromitteret ampliores; igitur idem . . Nicolaus palatinus consideratis premissorum singulis, easdem porciones possessionarias iamdicti Thome filii Johannis de Byry in dictis possessionibus Touthkallou et Noghsemyen ipsum Thomam libere contingentes, iamdictis magistris Stephano filio Stephani de Noghsemyen et Andree filio Iuan de Kallow vicinis scilicet et propinquioribus commetaneis ac hominibus generacionis eiusdem Thome de Byry pro eisdem quadraginta marcis denariorum compoti Budensis tamdiu donec idem Thomas de Byry vel successores sui ab eisdem magistris Stephano et Andrea ac successoribus eorum pro eisdem quadraginta marcis denariorum compoti Budensis coram nobis vel aliis iudicibus curie regie in futurum constituendis redimere possent, pacifice possidendas, fructusque et proventus ac utilitates earum universas libere percipiendas dedisset donasset tituloque pignoris contulisset . . isto modo, quod ipsas porciones possessionarias iamdicti Thome de Byry in dictis possessionibus Touthkallow et Noghsemyen vocatis habitas, idem . . Nicolaus palatinus eisdem magistris Stephano et Andree in octavis festi sancti Stephani regis nunc proxime venturis, predictum magistrum Ladislaum de Batha statui faceret premisso iure conservandas et possidendas; ipse autem Thomas de Byry si vellet *easdem porciones* suas possessionarias ab ipso magistro

Ladislao homine dicti domini palatini ibidem in dictis octavis festi beati Stephani regis, vel si ibi ipso die nollet vel non curaret aut non posset, tunc ut pretetigimus ipse idem Thomas et sui successores quandocunque vellent et possent, ab eisdem magistris Stephano et Andrea aut successoribus eorumdem in predictis quadraginta marcis redimendi liberam haberent facultatem. Si autem idem Thomas redimere in eisdem octavis festi beati Stephani regis nollet.. aut non posset, tunc ipsi magistri Stephanus filius Stephani et Andreas filius Iuan ipsas quadraginta marcas denariorum compoti Budensis in festo beati Thome apostoli nunc proxime venturo coram nobis ipsi . . Nicolao palatino persolverent et persolvere assumserunt coram nobis, penam dupli ipsarum quadraginta marcarum incursuri si ipsum terminum obmitterent insolutum, contradiccione huiusmodi interposita mediante, quod quandocunque idem Thomas de Byry iudicio vel extra iudicium in dictis quadraginta marcis vel in redemcione earumdem porcionum suarum possessionariarum eisdem magistris Stephano et Andree defectum vel damnum aut aliquam diminucionem inferre vel inferri facere procuraret vel procurando aliquatenus facere posset, tunc idem . . Nicolaus palatinus ipsas quadraginta marcas denariorum compoti Budensis eisdem magistris Stephano filio Stephani et Andree filio Ivan coram nobis plenarie persolvere, ipsi autem magistri Stephanus et Andreas habita ipsarum quadraginta marcarum plenaria redemcione, easdem porciones possessionarias sepius dicti Thome filii Johannis de Byry in dictis possessionibus Touthkallow et Noghsemyen habitas eidem . . Nicolao palatino libere remittere et resignare tenerentur similiter coram nobis . . Ipsarum autem possessionariarum porcionum per ipsum Thomam de Byry in dictis possessionibus Touthkallou et Noghsemyen vocatis iamdicto domino palatino impignoratarum statuciones per predictum Ladislaum de Batha in persona ipsius . . palatini presente testimonio capituli ecclesie Waradiensis per eosdem Stephanum filium Stephani et Andream filium Iuan adducere assumto . . predicti magistri Nicolaus procurator ipsius . . palatini et Stephanus filius Stephani ac Andreas filius Iuan in dictis octavis beati regis Stephani fieri, seriemque statucionis earumdem octavo

die predictarum octavarum beati regis Stephani in literis predicti capituli Waradiensis cum tocius peracti negocii processu nobis voluerunt reportari. Datum in Wyssegrad, in festo beati Laurencii martiris anno domini M° CCC° XL^mo^ sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 939. 6. dipl. lt. 3855. Közli: Kovács N.

369.

1346. Visegrád, aug. 15. I. Lajos király Benye nevü birtokot Küküllö vármegyében Wachalai Bakoch Istvánnak és Tamás fiának Jánosnak, István erdélyi vajda katonáinak adományozván, az iktatásra az erdélyi káptalant küldi ki.

Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Albensis Transsilvane . . Noveritis, quod magistri Stephanus dictus Bakoch et Johannes filii Thome filii Wachala milites . . Stephani woyvode Transsilvani et comitis de Zolnuk . . ad serenitatis nostre accedendo presenciam, fidelitates suas et fidelium serviciorum suorum preclara merita primum tempore condam . . Karoli olim regis . . et demum eodem patre nostro . . de medio sublato, nobisque solium regiminis eiusdem regni Hungarie feliciter transscendentibus, continue et sine intermissione adherendo nostre curie, et nostris regiis pedibus ac baronum nostrorum volutando, cum omni fervore fidelitatis votivaque sollicitudine exhibitas et impensa proponentes et declarantes, quandam possessionem Benye vocatam in partibus Transsilvanis in comitatu de Kykellew iuxta fluvium similiter Kykellew nominatum adiacentem, in qua capella in honore beati Emerici foret constructa, asserentes ipsam nostre de iure collacioni pertinere, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postularunt. Verum quia de qualitate et quantitate ipsius possessionis, et utrum modo premisso nostre de iure pertineat collacioni nec ne, nobis veritas non constat, ideo . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem . . quo presente Jacobus filius Thome de Rapolth vel Ladislaus filius Blasii de Balasfalua aut Ladislaus filius Dominici de Chekelaka aliis absentibus homo noster ad

faciem predicte possessionis accedendo . . reambulet ipsam . . reambulatamque et ab aliorum possessionibus distinctam, si ipsam modo premisso nostre invenerit collacioni pertinere, statuat prefatis magistris Stephano et Johanni filiis Thome ac Ladislao filio Georgii filiis eiusdem Thome perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra eosdem ad nostram presenciam ad terminum competentem; et post hec seriem tocius facti . . nobis . . rescribatis. Datum in Wyssegrad, in festo Assumcionis beate virginis, anno domini M^mo^ trecentesimo XL^mo^ sexto.

Az erdélyi káptalannak 1409. nov. 19-én »magister Nicolaus germanus Bakoch de Twrek« kérelmére »Georgio Lepes preposito, Georgio cantore, canonico (igy) non existente, Johanne custode ac Blasio decano canonicis existentibus« kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Comit. Küküllő, B. 5. dipl. lt. 27,628. Ugyanabban át van irva az erdélyi káptalan jelentése is, mely szerint a káptalan István küküllői főesperest a helyszínére kiküldvén, ennek közbenjöttével Balázsfalvi László által a beiktatás megtörtént. Közli: Kovács N.

370.

1346. aug. 17. A vasvári káptalan Vas vármegye alispánjának és bíró társainak jelenti, hogy a Márk fiát Pethöt illető Mákfa nevü birtok használatától a vasvári királyi hospeseket eltiltotta.

. . Johanni vicecomiti magistrorum Stephani et Akus comitum Castriferrei ac iudicibus nobilium comitatus eiusdem capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo . . Literas vestras recepimus . . in quibus vidimus contineri, quod in persona magistri Peteu filii Mark de iuxta fluvium Saary vobis dictum exstitisset, quod universi vicini et commetanei sui, specialiter hospites de Castroferreo domini regis, fructus et utilitates possessionis sue Makua vocate uterentur, in ipsius grande preiudicium et iacturam; super eo nos petebatis . . quatenus cum Nicolao filio Emerici de Korlatfelde homine vestro, hominem nostrum . . mitteremus ad premissorum pro-
ionem faciendam; verum cum peticionibus vestris . . acqui-
velimus, cum prescripto Nicolao homine vestro hominem

nostrum magistrum Johannem concanonicum nostrum pro testimonio transmisimus ad premissam prohibicionem faciendam, qui .. retulerunt, quod feria secunda proxima post festum sancti Laurencii martiris nunc preteritum, accedendo in facie prefate possessionis Makua vocate, universos vicinos et commetaneos, specialiter hospites de Castroferreo domini regis dicte possessionis prohibuissent ne eandem uterentur, fructus et utilitates eiusdem percipiendo violenter. Datum quarto die prohibicionis prenotate, anno domini M° CCC° XL^mo^ sexto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában, Keszthelyen »Castriferrei« 32.

371.

1346. Székesfehérvár, aug. 31. Miklós nádor a Fehér vármegyével tartott közgyülésen a kalocsai érsek egyik kozmai nemes jobbágyának panaszára a szolga- és esküttbírákat megkérdezvén, ezek bizonyítják, hogy Treutul Miklós pozsonyi főispán nogkai tisztje több társával a panaszos ellen több ízben hatalmaskodott.

Nos Nicolaus .. palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali feria secunda proxima post octavas festi beati regis Stephani universitati nobilium comitatus Albensis apud civitatem Albensem celebrata, Dominicus filius Petri nobilis iobagio ecclesie Colochensis de Kozmou, de medio universorum exsurgendo proposuit eo modo, quod Stephanus dictus Wrdug famulus et officialis magistri Nicolai dicti Treutul de villa Nogka, unacum Dominico literato de eadem, et Dionisio famulis suis, ac Johanne filio Jacobi et Dominico proximis suis, in festo Corporis Christi cuius proxime preteriisset revolucio annualis, octo iugera frugum suarum potencialiter falcari et asportari fecisset, eo non contenti, similiter in festo Corporis Christi hoc in anno, predictus Stephanus unacum eisdem famulis et proximis suis ipsum Dominicum in villa Myske culpis suis non exigentibus letalibus vulneribus vulnerassent, ac duos digitos sinistre manus sue dimembrassent, per ipsaque vulnera ceteri digiti

eiusdem sinistre manus amissi exstitissent; petens nos, ut iudices nobilium iurati assessores dicti comitatus per nos requisiti faterentur qualem scirent de premissis veritatem; qui quidem iudices nobilium et iurati assessores dicti comitatus fide eorum mediante deo debita et fidelitate domino nostro regi sueque sacre corone regie pro dicenda veritate et iusticia observanda prestita, omnia premissa per eundem Stephanum dictum Wrdug unacum proximis et famulis suis predicto Dominico filio Petri irrogasse unanimi et concordi testificacione affirmarunt. Datum quarto die congregacionis nostre in loco memorato, anno domini Millesimo CCC^mo XL^mo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. osztályában. N. R. A. dipl. lt. 3857. Közli: Kovács N.

372.

1346. Garadna, oct. 11. Abauj vármegye ispánja és bíróitársai az Enok fia Dancs- és Bárczai Tamás közt folyt ügyet elhalasztják.

Nos magister Petrus comes parochialis per dominum Ludovicum regem Hungarie in comitatu de Wywar constitutus et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod causam quam Danch filius Enok contra Thomam filium Moys de Barcha, per Blasium *maiorem castri* hominem nostrum coram Nicolao filio Demetrii testimonio provincie mediante sigillo nostro legitime citatum, feria quarta proxima post octavas beati Michaelis archangeli movere habebat coram nobis, pro quo quidem Thoma terminum assumtor comparendo terminum assumsit, racione prioritatis termini ad quindenas datarum presencium ad villam Kuzepnemyti duximus prorogandam. Datum in Garadna, in termino prenotato, anno domini M^o CCC^o XL° sexto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Máriássy cs. letéteményében. Ugyanott megvan a későbbi oklevél is arról, hogy a kitűzött határnapon a Középnémetiben tartott megyei gyűlésen a felek választott bíróságra bizták a vitás ügy elintézését, kik közül megemlittetnek: Nicolaus filius Dominici de (Bo)xa et Philippus filius Nicolai de Gunu.

373.

1346. nov. 16. A budai káptalan előtt Békásmegyeri Kecskés István leánya Erzsébet összes birtokrészét nővérének Klárának, sógorának Rennolth fiának Jánosnak, és ezek fiának húsz márkáért eladja.

. . capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod domina Elisabet filia quondam Stephani dicti Kechkes de Bekasmeger nunc uxor Andree dicti Zalag de eadem ab una, item domina Clara soror eiusdem uxor Joannis filii Rennolth cum eodem Johanne marito suo et Nicolao filio suo parte ab altera in nostri presencia personaliter constituti, eadem domina Elizabeth dixit . . quod ipsa totalem suam possessionariam porcionem tam ab ava sua quam titulo emcionis ordine iudiciario vel alio aliquo modo seu titulo sibi devolutam et ipsam contingentem ac ad suam porcionem provenientem, cum omnibus suis . . pertinenciis . . cum plenitudine sui iuris predictis domine Clare sorori sue, Johanni filio Rennolth marito eiusdem ac Nicolao filio eorumdem et per eosdem eorum successoribus . . pro viginti marcis compoti Budensis plene ab eisdem receptis et habitis . . vendidisset . . possidendam, nullum ius nullamve proprietatem . . de predicta possessionaria porcione . . reservando, sed pleno iure in ipsos dominam Claram, Johannem maritum eiusdem et Nicolaum filium eorumdem transferendo, assummendo eosdem pretextu predicte possessionarie porcionis ab omnibus . . molestare volentibus expedire . . Datum per manus . . magistri Benedicti lectoris ecclesie nostre, quinta feria proxima ante octavas festi beati Martini confessoris, anno domini M° CCC^mo XL^mo sexto; presentibus magistris Michaele custode, Posonio, Jacobo, Thoma, Petro, Michaele, Nicolao et aliis canonicis . .

Az elveszett pecsét sárga-piros selyemszálakon függött, felső szélén chyrographum rajta; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Poson. 57. 14. dipl. lt. 3862. Közli: Kovács N.

374.

1346. nov. 23. Az egri káptalan előtt Csetneki Miklós és László, addig is míg növérüknek Forgács Miklós nejének leány-negyedi járandóságát kiadhatnák, neki a Sajó folyón ideiglenes használatúl egy kétkerekü malmot adnak át.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod magister Nicolaus filius Ladislai filii Benedicti de Chythnek pro se et pro Ladislao fratre suo uterino, cuius negocium ipse in causa infraspecificata ad suum onus assumsit, in nostri presencia personaliter comparendo et publice est confessus, quod licet ipsi super requisicione quarte filialis nobilis domine relicte Nicolai dicti Forgach et sororis uterine predicti Ladislai patris ipsorum, quam quartam eadem nobilis domina nunc ab ipsis in presencia . . Jacobi in spiritualibus generalis vicarii Chanadini . . archiepiscopi sancte Strigoniensis ecclesie repeteret, ordine iudiciario absque dilacione aliquali finem facere presto essent et parati, tamen quia ad presens cum filiis Dominici dicti Bebek proximis suis super divisione possessionaria coram iusticiariis regni in lite haberentur, propter hoc super dicta quarta filiali annotate domine finem impendere non valerent, ob hoc ipsi quoddam molendinum ipsorum super fluvio Sayov in fine possessionis dicte domine Lekenye nuncupate constitutum et existens, duas rotas et duos lapides molares in se continens, tamdiu donec debitus finis coram eodem . . Jacobo vicario iudice ipsorum ordinario super ipsa quarta filiali impenderetur . . contulissent eidem nobili domine, de suis expensis in lite iam consumtis et consummendis ad utendum et fructus ipsius molendini percipiendum, ita tamen, quod postquam super requisicione ipsius quarte filialis debitus finis coram domino vicario impenderetur, predictum molendinum cum suis proventibus rursus in dominium ipsorum devolveretur. Quam quidem composicionem sic inter partes factam Petheu filius Simonis proximus et procurator eiusdem nobilis domine nobis consequenter affirmavit. Datum in festo sancti Clementis pape, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ sexto.

Hátlapján pecsét csekély maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 108. dipl. lt. 3864. Ugyanott megvan a fön-

tebbi oklevélben említett Jakab vicarius levele, mely szerint a nevezett felek között a leánynegyed végett folyt per elhalasztatott. N. R. A. 1536. 109. dipl. lt. 3866. Közli: Kovács N. Rövid kivonatát l. Fejér i. m. IX. 1. 432. l.

375.

1346. nov. 30. A veszprémi káptalan Miklós nádor kiküldetése következtében Dersi Pétert és Miklóst Somogy és Baranya vármegyei összes ősi és szerzeményi javaikban megosztoztatja.

Capitulum Wesprimiensis ecclesie . . ad universorum noticiam volumus pervenire, quod cum secundum continenciam literarum . . Nicolai . . palatini et iudicis comanorum modum et formam sue iudiciarie deliberacionis exprimencium inter nobiles viros magistros Petrum actorem et Nicolaum in causam attractum filios Deers, in festo Omnium Sanctorum proxime preterito et in aliis diebus ad hoc aptis et sufficientibus, in universis hereditariis videlicet, acquisiticiis, emticiis et impignoraticiis possessionibus eorumdem communis et equalis iuxta antiquam regni consvetudinem et formam in eisdem literis domini palatini datam et contentam, in presencia hominum eiusdem domini palatini et nostrorum testimoniorum divisio fieri debuisset, tandem magistri Corrardus filius Zayhan et Johannes filius Hedrici homines ipsius palatini, unacum . . Michaele preposito ecclesie Omnium Sanctorum de castro Wesprimiensi et Nicolao archidiacono Simigiensi sociis et concanonicis nostris quos ad peticionem eiusdem palatini et ad preceptum regium pro testimoniis et hominibus nostris inter partes predictas transmiseramus, ad nos reversi, eodem magistro Petro personaliter, Georgio filio dicti magistri Nicolai et Thadeo suo procuratore legitimo presentibus, consona voce retulerunt, quod in predicto festo Omnium Sanctorum et in aliis diebus ad hoc aptis et sufficientibus, in presencia nobilium virorum videlicet magistrorum Ladislai filii Thome de Welyke, Emerici filii Reynoldi, Johannis filii Jacobi, Nicolai filii Jacobi filii Corrardi et Arach de Warda ac aliorum proborum virorum per partes predictas adductorum et vocatorum, ipsi

filii Deers in omnibus et singulis possessionibus eorum quoquomodo ipsos contingentibus, talem inter se perennalem fecissent divisionem: quod primo pro locis curiarum ipsorum magister Petrus possessionem Zeredahel vocatam cum ecclesia lapidea in honore beate virginis, contra villam seu possessionem Peturfolva nuncupatam ibidem vicinam, in cuius territorio ecclesia seu monasterium beati regis Ladislai constructe haberentur, quas quidem villas et possessiones cum omnibus suis . . pertinenciis per posiciones continuatarum duplicatarum metarum, videlicet prima meta distinccionis earumdem incipit in vertice seu cacumine cuiusdam montis super eandem villam Peturfolua a parte orientis, et super villam monasterii sancti Jacobi Zenthluka vocatam a parte occidentis habiti sunt due mete terree circa unam semitam, et descendendo per eandem semitam circa angulum cuiusdam vinee sunt alie due mete, deinde per eandem semitam adhuc descendendo circa quendam dumum sunt due mete, inde transeundo quendam rivum ultra molendinum sunt due mete, ibidem parum eundo et saliendo viam publicam sub arbore quercus sunt due mete, dehinc vadit per continuatas binas metas usque ad alium verticem montis, in quo via publica Gwsalwth dicta haberetur, et que via a possessione abbatis Simigiensis distingit, et ibi terminantur mete possessionum Zeredahel et Peturfalwa predictarum; et in eadem via procedendo parum venitur ad aliam viam, que descendit de eodem vertice versus occidentem ad fluvium Gerencze, circa quam viam in descensu sunt in quinque locis continuate bine mete, que distingunt possessiones Zeredahel et Iwankafolwa vocatas, et sic ab invicem distinxissent per medium, pro una et prima divisione magister Petrus divisisset, in quibus magister Nicolaus predictam possessionem Zeredahel pro se eligendo exoptasset, prefata villa Peturfolwa cum monasterio et alio quovis iure eidem magistro Petro remanente; item iuxta secundam divisionem magistri Nicolai et acceptacionem magistri Petri, ville seu possessiones Iwankafolwa, Hagmas et alia Hagmas, Ledegeres et Zentmiclos vocate magistro Petro, terris et villis Feketevtow, Suryan, Paulfolwa, Gerencze, Daragunya et Wndos nuncupatis cum terris . . ab antiquo ad easdem pertinentibus ipsi magistro Nicolao remanentibus; inter quas

quidem possessiones Zenthmiclos et Feketewtow vocatas tales mete haberentur: quod ab orientali parte vie Gusalwth vocate, circa ipsam viam sunt due mete, una suptus arborem et alia in dumo, inde vadit per unam viam versus occidentem et ubi due vie disiunguntur, una ad sanctum Nicolaum et alia ad sanctum Blasium sunt due mete, abhinc de ipsis duabus metis directe vadit versus occidentem ad vallem, in qua circa dumum sunt due mete, que omnes predicte mete ad partem septemtrionis separant possessionem Feketetou, et ad meridiem possessionem Zenthmiclos prenotatas; item iuxta divisionem terciam magistri Petri et acceptacionem magistri Nicolai tota possessio Chukna cum terris Toty Lwfew et aliis ad eandem pertinentibus ipsi magistro Nicolao, ville vero seu possessiones Walus cum villis Hassagh Kysfalud ac Enyzd magistro Petro cessisset; item iuxta quartam divisionem magistri Nicolai et opcionem magistri Petri tota possessio Lytaragh eidem magistro Petro, possessiones vero seu terre Saard, Karathna, Karachunkuta et porciones in Kukenyesfew ad porcionem magistri Nicolai devenissent; item pro quinta divisione possessio Scenthlazlov cum villis Kaaran, Kesefolwa, Fyuz, Nyrakal et Roazd contra possessionem Kerezthwr cum villis Zerenka Gerche, Kemenfalwa, Hassagh et Olozteluk vocatis et ad porcionem prescripti magistri Nicolai eciam in priori divisione deventam, eidem magistro Petro cessissent; item in sexta divisione possessio Nemchen que iuxta opcionem magistri Petri in suam devenisset porcionem, villa seu possessio Booth vocata pretacto magistro Nicolao remansisset; ceterum in comitatu Baranya in Belkuz possessionem per prefatum magistrum Nicolaum a regia maiestata obtentam Bytakunpeturfeulde vocatam' directe per medium in locis sessionalibus taliter divisissent, quod quedam due sessiones iobagionum cum dimidia a parte septemtrionis existentes cum terris pro sessionibus ad eandem partem habitis prefato magistro Petro, et aliis totidem sessionibus et terris ad plagam meridionalem existentibus magistro Nicolao remanentibus prenotato; terras autem arabiles et alias utilitates ad communem usum dimisissent; preterea in terris et possessionibus impignoraticiis in eadem Belkuz existentibus circa ipsum magistrum Nicolaum habitis talem inter se divi-

munimentis, tam super premissis possessionibus terris et iuribus in ius et proprietatem dicti magistri Petri modo divisionario predicto deventis, quam aliis quovis modo ipsos communiter contingentibus, remanentibus erga ipsum magistrum Petrum; e converso autem ipse magister Nicolaus literas et instrumenta quas et que super terris et possessionibus Ledegeres et Hagmas vocatis ad porcionem magistri Petri predicti modo supradicto deventis se habere dixisset, eidem magistro Petro vel eius filio reddere promisisset et assumsisset; huiusmodi fraternali more modo et coadunacione se munientes, quod omnes prenominatas possessiones et iura sibi et circa se ac suos posteros mutuo invicem communibus laboribus et expensis tam in iudicio quam extra iudicium, specialiter ipsas impignoraticias possessiones et iura conservare tenerentur et defensare; et si qua possessio vel porcio cuicunque eorum modo premisso et signanter titulo impignoracionis deventa iuris ordine mediante ab eodem alienaretur, talis alienacio seu damnum pro communi damno et alienacione conservaretur, ita quod pars damnum non paciens damnum seu talem alienacionem nominatim in premissis impignoraticiis possessionibus pacienti, iuxta arbitrium proborum hominum sub testimonio hominis nostri se iustificare et tantumdem de suis iuribus refundere et remittere tenerentur; et quecunque seu qualiacunque iura et possessiones a modo deinceps quovis titulo eorum quicunque sive acquisiticio sive emticio vel impignoraticio acquirere posset, dummodo de expensis et sumtibus propter hoc factis parti illam expensam facienti per partem alteram satisfieret, in filios filiorum semper equaliter dividere tenerentur; tali moderaminis vinculo mediante, quod si quis eorum in filios filiorum super his et in his premissis vel premissorum singulis aliquo unquam tempore non persisteret, et super hoc nobis per partem alteram querimonia porrigeretur, per hominemque regium sub nostro testimonio idem talis vocatus non compareret, vel comparendo arbitrium proborum hominum per partes adducendorum et nostrum acceptare recusaret, in decem marcis ante litis ingressum absque porcione iudiciaria deponendis contra partem hanc convencionis seu concordie formam observantem convinceretur eo facto; prout hec omnia et singula

iidem homines regii et nostra testimonia a tempore divisionis partes predictas assumsisse et se ac suos posteros mutuo obligasse recitarunt, et eciam eedem partes modo quo supra comparendo se invicem obligantes, confessi fuerunt coram nobis; salvis nihilominus iuribus ecclesie nostre in omnibus premissis possessionibus et specialiter in possessione Nempchen predicta remanentibus. In quorum rei geste memoriam presentes concessimus literas autentici sigilli nostri munimine roboratas; pridie kalendas Decembris, anno ab incarnacione domini M° CCC° XL^mo sexto . . Johanne . . confirmato electo ecclesie nostre domino et prelato nostro . . Johanne preposito, Marco cantore, Johanne lectore et Stephano custode ecclesie nostre Wesprimiensis predicte existentibus.

Az elveszett pecsét veres és zöld selyemsodraton függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 399. 34. dipl. lt. 3867. Ugyanott megvan Miklós nádornak 1346. febr. 4-én kelt és hasonlólag érdekes tartalmú levele, melyben a fönt nevezett jószágok és még mások is felsoroltatnak s a veszprémi káptalan az osztály megtételére kiküldetik. N. R. A. 571. 36. dipl. lt. 3821. Közli: Kovács N.

376.

1346. dec. 1. Az esztergomi káptalan előtt István ságí prépost egy részről, más részről pedig Dalmadi István és testvérei, a jobbágyaik által egymás irányában okozott kártételek elintézését választott bírákra bízzák.

Nos capitulum ecclesie Strigoniensis damus pro memoria, quod magister Petrus filius Stephani nobilis de Demeyen pro domino Stephano preposito de Saag . . parte ab una, item Stephanus de Dalmad pro se personaliter, Johanne et Gregorio fratribus suis uterinis parte ab altera coram nobis personaliter constituti, proposuerunt nobis in hunc modum, quod super omnibus causis damnis vulneribus nocumentis et aliis quibuslibet iniuriis usquemodo inter ipsos iobagiones et famulos eorum motis et exortis taliter concordassent, quod feria quarta videlicet in die medii Quadragesime in Strigonium adducent octo nobiles viros communiter quos poterunt et valebunt, qui in eodem termino coram nostro testimonio ad hoc eis assignato, super omnibus accionibus proposicionibus et

quescionibus utriusque partis arbitrabuntur inter ipsos, primo pro una parte deinde pro altera, sub pena quinque marcarum, quorum arbitrium ambe partes acceptare tenebuntur. Si qua vero parcium arbitrium ipsorum vel maioris partis acceptare recusaret, in predictis quinque marcis parti arbitrium acceptanti sine porcione iudicis ante litis ingressum persolvendis convinceretur eo facto, et quod iidem arbitratores sine arbitracione dictarum causarum discedere non valerent. Datum in crastino festi beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° XL^mo sexto.

Papíron, zárlatán a pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 31. 51. dipl. lt. 3869. Közli: Kovács N.

377.

1346. Visegrád, dec. 2. Miklós nádor bizonyítja, hogy Gekmin mester kir. gyógyszerész, Klára asszonyt, ki előbb ezen gyógyszerész rokonánál volt férjnél, de attól elvált, Újlak nevü birtokra nézve hetven márkával kielégítette.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in quindenis residencie regalis exercitus ad quindenas festi Epiphaniarum domini proclamate, Petrus filius Stephani filii Ibur . . pro domina Clara filia Johannis filii Gerwasii ex una, et magister Gekminus apotecarius domini regis personaliter parte ab altera ad nostram accedentes presenciam, plurima paria literarum nostrarum nostre iudiciarie deliberacionis prorogacionis et ad pacem transmissionis modos et formas continencium nobis demonstrarant, quarum continencie nos informabant isto modo, ut idem Petrus filius Stephani in persona eiusdem domine Clare . . in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Hontensis feria sexta proxima ante festum beati Luce evangeliste in anno domini M^mo CCC^mo XL^mo tercio preteritum in villa Hyduegh celebrata, de ceterorum nobilium numero consurgendo, prout per easdem literas exinde confectas informabamur, proposuerat eo modo, quod eadem domina patrem habuisset qui . . migrasset ab hac

luce, et ipsa predicto patre suo defuncto ad suos proximos remansisset, et inter ceteros suos proximos predictus Stephanus filius Ibur ipsam Benedicto cognato ipsius magistri Gekemini apotecarii domini regis cum quadam sua possessione Wylak vocata nomine quarte puellaris et dotis ac rerum parafernalium domine matris sue sibi devoluta matrimonialiter copulasset, et idem Benedictus postmodum dei timore postposito nequiciose, aliam habens uxorem subaratam ipsam recipere recusans traducere renuisset, a quo ipsa propter premissa rite et legitime separata exstitisset, nunc autem prememoratam possessionem eiusdem domine Vyllak vocatam idem magister Gekmenus apud se haberet et teneret occupatam, cuius occupacionis . . racionem ab eodem magistro Gekmeno postularat assignari, dicens quod si eandem efficaci racione haberet . . extunc vellet eandem sibi efficacius roborare, alioquin eandem rehabere intenderet ab eodem . . quo audito idem magister Gekmenus personaliter exurgendo, eandem possessionem apud se esse et fuisse et super ipsa efficacia se habere instrumenta allegarat, ad quorum exhibicionem . . octavas festi Epiphaniarum domini tunc . . venturas a nobis postularat assignari; ipsaque instrumentalis exhibicio . . ad quindenas regalis exercitus ad quindenas Epiphaniarum domini proclamate (igy) semper sub federe concordie . . prorogativo modo devenisset. Quarum quidem literarum nostrarum tenoribus visis . . a nostri palatinatus auctoritate habentes concordandi licenciam, super ipsa possessione Wylak vocata . . eo modo concordassent . . coram nobis, quod idem magister Gekminus pretextu prelibate possessionis Wylak vocate in comitatu Hontensi existentis, eidem domine Clare in duobus terminis infrascriptis septuaginta marcas compoti Budensis cum latis viennensibus aut cum florenis, videlicet viginti marcas in octavis festi beati Georgii martiris, residuas autem quinquaginta marcas in octavis festi beati Martini confessoris . . solvere coram nobis libere et sine solucione decime et none partis nobis de eisdem provenire debentis teneretur, tali vinculo obligaminis interposito, quod si idem magister Gekmenus ipsas viginti marcas . . solvere non curaret . . pena dupli incurreret . . et si prima solucione facta idem magister Gekmenus . . secundo solucionis termino ipsas quinquaginta marcas . . solvere

non curaret . . extunc ipsas viginti marcas prius persolutas amitteret . . et insuper eadem possessio Wylak prefate nobili domine perpetuo devolveretur possidenda . . Si vero ipse magister Gekminus prememoratas septuaginta marcas in prefixis terminis . . persolveret, extunc prelibata possessio Wylak . . eidem magistro Gekmeno appropriaretur perpetuo possidenda, . . omnia eciam instrumenta . . super ipsa possessione emanata . . in termino ultime solucionis ad manus eiusdem magistri Gekmini assignare teneretur . . Tandem premissis terminis solucionum prescriptarum septuaginta marcarum advenientibus, prelibatus magister Gekminus ad nostram accedens presenciam predictas septuaginta marcas Johanni filio Baath marito predicte domine Clare . . pro eadem . . consorte sua coram nobis comparenti . . persolvit coram nobis . . quibus quidem . . peractis, idem Johannes filius Baath . . universas literas . . eiusdem domine super facto predicte possessionis Wylak confectas, et specialiter quasdam literas privilegiales conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio, quibus mediantibus Johannes et Nicolaus filii Michaelis de Zemered . . predictam possessionem Wylak nobili domine Elena vocate relicte Johannis filii Gervasii ac predicte domine Clare filie eiusdem . . pro dote et rebus parafernalibus ipsius domine Elene et quarta filiali domine Clare . . cum omnibus . . pertinenciis . . iure perpetuo . . tradidissent, in manus ipsius magistri Gekmeni assignavit; dictam eciam possessionem Wylak in persona predicte domine Clare consortis sue . . eidem magistro Gekmino . . resignavit . . Datum in Visegrad, in quindenis octavarum festi beati Martini confessoris prenotati, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo sexto.

Sárga selyem zsinóron függő pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Mint újabb szerzemény ugyanott megvan I. Károly királynak Visegrádon »dominica proxima post quindenas b. Georgii martiris 1332-ben kiadott oklevele is, mely szerint Ibur fia István és Herbord fia András, az Esztergom városbeli »Iborfia Stephanhaza« és »Herbord fia Andreashaza« nevű curiákról, valamint a Bagathfewlde és Mechodfia-Mihalfeulde és Parlagy nevű Hont vármegyei birtokokról szóló okleveleket Gekmyn mester királyi gyógyszerésznek átadják. Szintén ott őriztetik az esztergomi keresztesek conventjének I. Lajos királyhoz intézett jelentése 1344-ből, hogy a Hont megyei Újlak nevű birtok felett Gekmin kir. gyógy-

szerész és Klára asszony »presentibus Clemente de Bel, Johanne filio Demetrii, Petew, Paulo de Tur, Johanne filio Jacobi de Derzenye, Stephano filio Johannis de Tece et Zeuke de Kyralfalua« 50 márkában megegyeztek.

378.

1346. dec. 7. Jakab körösi ispán, a Bodor fia István- és Porog unokái László és Porog közt folyt ügyet elhalasztja.

Nos magister Jacobus comes Crisiensis et castellanus de maiori Kemluk damus pro memoria, quod causam quam Stephanus filius Bodor feria quarta proxima scilicet in festo beati Nicolai confessoris iuxta continenciam literarum prorogatoriarum domini nostri Nicolai bani contra Ladislaum et Porog filios Johannis filii Porog movere habebat coram nobis, quia Petrus filius Jacobi cum sufficienti procuratorio pro eisdem terminum comparendo recipiebat, pro eo ad quindenas termini pretacti perenniter peremtorie duximus prorogandam. Datum secundo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo^ sexto.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1697. 2. dipl. lt. 3870. Közli: Kovács N.

379.

1346. dec. 14. Miklós pécsváradi apát és a convent, egy két perkedi jobbágyuk által elhagyott szőllőt Kelemen fia Gergely pécsváradi polgárnak négy márkáért eladnak.

Nos Nicolaus . . abbas monasterii Waradiensis et conventus eiusdem loci memorie commendamus . . quod cum Valentinus et Martinus filii Peteu magni iobagiones dicte ecclesie nostre Waradiensis de villa Perekud pro notoriis et manifestis culpis seu excessibus ipsorum de tenutis ipsius ecclesie nostre Waradiensis fugitive et latenter recessissent, ob hoc universe possessiones ipsorum in territorio iamdicte ecclesie nostre Waradiensis existentes in ius et proprietatem dicte ecclesie nostre Waradiensis ac ad manus nostras rite et legitime fuissent devolute; tandem nos habito unanimi consilio et pari tractatu nostro, quandam vineam de eisdem possessionibus in territorio dicte ville Perekud existentem, habentem vicinos et conterminales Thomam filium Simonis ab oriente, Johannem Kakas

dictum et Thomam generum Fridul a parte meridiei, Paulum filium Theodori ab occidente et Petrum generum Jacobi a parte septemtrionali, Gregorio filio Kelemen magni de civitate Waradiensi pro quatuor marcis denariorum banalium sex pensis pro qualibet computatis, plene et integre recipientes ab eodem, et per eum suis heredibus . . tradidimus . . iure perpetuo possidendam . . tali condicione mediante, quod si iidem Valentinus et Martinus filii Peteu usque quartam revolucionem annualem a data presencium infra computando ad possessiones predicte ecclesie nostre Waradiensis causa commorandi se transferre voluerint, eandem vineam prout tunc per probos viros . . eadem vinea estimata fuerit, in eadem summa pecunie quantitate ab eodem Gregorio redimere valebunt, sed non alii ex proximis et generacionibus eorumdem . . Datum feria quinta proxima post festum beate Lucie virginis, anno domini M° CCC° XL^mo^ sexto.

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-én »comes Gregorius filius Kelemen magni iudex de civitate Waradiensi« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 605. 7. dipl. lt. 3683. Közli: Kovács N.

380.

1346. dec. 20. A szenternöi káptalan előtt Bánkfi Tamás fia László, Jákodi nevü birtokban egy telekrészt öt márkáért Révay Tonknak elzálogosít.

Nos capitulum ecclesie sancti Irinei martiris . . significamus . . quod Ladislao filio Thome filii Bank de Jakody ab una parte, ex altera vero magistro Tonk filio Thome de Ryua coram nobis personaliter constitutis, per eundem Ladislaum filium Thome filii Bank propositum exstitit . . quod ipse quandam particulam sessionis Dormyolch vocate, sub inclusione metarum prenotate possessionis Jakody existentis, porcionem suam videlicet propriam ipsum tangentem, a prenotata sua porcione incipiendo usque silvam prenotate possessionis Jakody Fugh vocatam a plaga septemtrionali habitam, ut premittitur ipsum contingentem, nunc habitatoribus destitutam, prope finem ville Fork vocate adiacentem, cum omnibus suis pertinenciis . . ad eandem suam porcionem in predicta sessione

ipsum contingentem spectantibus, ex consensu . . proximorum suorum et prenotati magistri Tonk et vicinorum ac commetaneorum eorumdem, sicut dixerunt usque decem annos post se se succedentes, ipsi magistro Tonk et filiis suis pro quinque marcis bonorum et duplicatorum denariorum compoti Sirmiensis plene ab eodem magistro Tonk receptis, pignori obligasset . . tali forma condicionis mediante, quod idem Ladislaus filius Thome ipsam porcionem suam in prenotata sessione habitam nulla racione mediante nulloque quesito colore a die datarum presencium usque prenotatam decimam revolucionem annualem redimere possit a magistro Tonk prenotato; sed transacta ipsa decima revolucione annuali, idem Ladislaus prenotatam porcionem suam sessionalem, cum prenotata quantitate pecunie, videlicet quinque marcarum bonorum et duplatorum denariorum compoti Sirmiensis mediante, videlicet cum propriis suis et liberis denariis, absque aliquali pena gravaminis redimere possit a magistro Tonk prenominato; tali tamen nexu mediante, quod idem Ladislaus ipsam porcionem ut premittitur, cum suis propriis denariis et non alterius redimere teneatur, qui si cum denariis alterius hominis ipsam porcionem redimere niteretur, et ipsa redemcione facta alteri . . impignoraret, extunc nullo modo nullaque racione mediante ab eodem magistro Tonk redimere possit et alienare; prenominatus vero magister Tonk usque prenotatos decem annos in ipsam porcionem iobagiones causa commorandi conducere et ipsam populorum multitudine decorare, ac eandem cum omnibus suis . . pertinenciis . . tamquam suam propriam uti possit et valeat, ita videlicet, quod si transacta ipsa decima revolucione annuali idem Ladislaus ipsam porcionem ut premittitur cum suis propriis denariis et non alterius hominis redimere poterit ab eodem magistro Tonk, extunc idem magister Tonk ipsos iobagiones quos ibi causa commorandi conduxerit, et tunc in ipsa porcione residentes, removere et quocunque voluerit adducere liberam habeat facultatem . . Datum feria quarta proxima ante festum Nativitatis Domini, anno eiusdem Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} sexto.

Hátlapján pecsét maradványaival; erdetije a b. Révay cs. ltárában, Révay fasc. I. 29.

NÉV- ÉS TÁRGYMUTATÓ.

alisp. = alispán.
b. = birtok.
cnt. = convent.
cs. = család.
f. = falu.
fly. = folyó.
főesp. = főesperes.
főisp. = főispán.
hn. = helynév.
kápt. = káptalan.
kly. = király.
mv. = mezőváros.
nemz. = nemzetség.
o. sz. cs. = onnét származó család.
p. = puszta.
püsp. = püspök.
tn. = tulajdonnév.
vm. = vármegye.
vr. = vár.
vs. = város.

Aba nemz. 88. 191.
Aba, Apa, Appa tn. 202. 210. 230. 233. 496.
Abafalva, Gömör vm. 38.
Abaházi cs. 210. 280.
Abanai főesp. 410.
Abaujvár 122. 166. 636.
Abaujvári főesp. 105. 201. 244.
Abaujvári isp. 447. 636.
Abolma b. és o. sz. cs. Baranya vm. 213.
Abranchukolch b. Vas vm. 17.
Achai cs. 171.
Achatelek b. 172.
Acsa f. Pest vm. 455. Somogy vm. 502.
Adrian b. Bodrog vm. 2. 101. 466. 480.
Advos, Odvos tn. 188.
Agarcs f. Heves vm. 201.
Aghunai cs. 14.
Aguch tn. 45.
Agyagosi cs. 99.
Ajka f. és o. sz. cs. Veszprém vm. 228. 248.
Ajtónálló, klyi : 320.
Akai cs. 98.
Akiel kerület 292.
Ákos tn. 73. 251. 263. 634.
Alaard tn. 484.
Alchnói cs. Szepes vm. 556.
Almádi cnt. 624.
Almágy b. Gömör vm. 340.
Almakereki cs. Erdély 496.
Almás f. Komárom vm. 225.
Almás fly. Kraszna vm. 146.
Alnádor 619.
Alpár b. és o. sz. cs. 170. 486.
Alus tn. 149.
Amade tn. 47. l. Omode.

Ampud, Ompud tn. 169. 535. 536
Anch tn. 352.
Anda tn. 201.
Andocs f. és o. sz. cs. Somogy vm. 68.
Andornak tn. 75.
András nápolyi kly. 450.
Anduch, Andych tn. 462. 527.
Anthaleus tn. 90.
Anya b. 513.
Anyan tn. 381.
Anyástelek b. Heves vm. 575.
Anych tn. 484.
Apachapathaka, Pachapataka b. 94. 277.
Apatakala b. 288.
Apatelek b. Pest vm. 136.
Apathunoka-Töttös b. Vas vm. 258.
Apay cs. 127. 156.
Apka b. 513.
Apoldi cs. 327.
Apor tn. 535.
Apra hn. 173.
Apród tn. 10. 487.
Arach b. 190.
Arach tn. 471. 639.
Aradi cs. 87.
Aradi kápt. 310. 321. 395. 412.
Aran tn. 303.
Aranyan b. Bodrog vm. 220.
Aranyas vr. 147.
Archleb tn. 134.
Areus tn. 481.
Arkai cs. 580.
Arnold tn. 471.
Arnoltfalva Szepes vm. 37. 556.
Artius tn. 210.
Artunháza b. és o. sz. cs. 229. 230.
Aruky b. 268.
Árva vr. 339. 349.
Asguthi cs. 159.
Atan b. Heves vm. 375. 396. 457. 603.
Atyas tn. 577.
Avignone vs. 33.
Ayan tn. 354.
Azar b. és o. sz. cs. Zemplén vm. 203. 209. 211. 265.
Azov hn. 163.

Baak b. és o. sz. cs. Nyitra vm. 20.
Baani cs. 394.
Baath tn. 647.
Baba b. és o. sz. cs. 217. 397.
Babana b. 326.
Babarethe b. 568.
Bábony f. Borsod vm. 381.
Bacha, Bache tn. 370. 448. 546.
Bachanad b. Heves vm. 356. 575.
Bachkai cs. 210. 278. 426.
Bács vm. főisp. 535. 543.
Bácsi kápt. és tagjai 219. 221. 222. 467. 554. 577. 585.
Bagamer tn. 100.
Bagar tn. 218.
Bagathfölde b. Hont vm. 647.
Bagdan tn. 13.
Baghy cs. 314.
Bagosi cs. 230.
Bagus b. Kraszna vm. 143.
Bagwn tn. 197.
Bahon f. és o. sz. cs. Pozson vm. 252.
Bajóthi cs. 123.
Baka b. Szabolcs vm. 428.
Bako, Bakou, Bakow tn. 539. 551.
Bakoch tn. 633.
Bakonyerdő 338.
Bakonbéli monostor és apát 338.
Bakony főisp. 167.
Balabuch tn. 327
Balachy b. és o. sz. cs. Baranya vm. 130. 213.
Balai cs. 582.
Balásfalvi cs. 633.
Balase, Balasey, Balassa tn. 238. 391.
Balbach b. 327.
Baldfalva Szepes vm. 418.
Baldun tn. 148.
Balkáni cs. 449. 489.
Balog, Bolug tn. 340. 375. 478. 607.

Balogi cs. 117.
Balusrév 38.
Balyar tn. 466.
Banatho tn. 460.
Bánfi István 562.
Bane tn. 304.
Bangarthi cs. Erdély 420.
Banghi cs. 230.
Banknétereme b. Szatmár vm. 104.
Bank, Bankó tn. 105. 563. 649.
Banoch, Bonouch tn. 330.
Bánócz f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 189. 330.
Bántelek b. Kraszna vm. 144.
Barach b. és o. sz. cs. Gömör vm. 178.
Barachka, Barakcha b. és o. sz. cs. 36. 274.
Baracza f. Gömör vm. 494.
Baranya vm. főisp. 535. 543.
Baranyavár 130. 214.
Barata hn. 172.
Bárczai cs. 13. 636.
Bárkány f. Nógrád vm. 496.
Barlaba tn. 322.
Barlyath (Borjád) b. Tolna vm. 296.
Bars vm. főisp. 36. 235. 320.
Bars vs. 70.
Bartal, Bartha, Barthalyus tn. 254. 496.
Bary cs. 426.
Bas tn. 516.
Basthy cs. 371.
Batand tn. 187.
Batha tn. 291.
Bathai cs. 630.
Báthi cs. 83.
Báthmonostori apát 33.
Báthori cs. 29. 49. 104. 197. 414.
Báthorkő vr. Veszprém vm. 99.
Bathow tn. 451.
Bathur, Bátor tn. 199. 229.
Bathyan b. Bodrogh vm. 109. 187.
Batiz tn. 42. 94. 152. 155. 277.
Batyáni cs. 389.
Bathyin b. Kraszna vm. 144.
Batwa b. Ungh vm. 334.
Bayka b. Bars vm. 316.
Bayn b. Békés vm. 232.
Bayur b. 66.
Baza fly. Valkó vm. 536. 541.
Bazakuz b. Valkó vm. 542.
Bazin vr. 12. 236. 272. 300. 323. 357.
Bazini és Szentgyörgyi grófok 12. 167. 235. 272. 300. 323. 325. 357. 518. 534.
Bebek, Bubek tn. 53. 94. 277. 384. 638.
Bechk tn. 240.
Bécs b. Pest vm. 84. 550.
Bécz f. Somogy vm. 516.
Bede tn. 430. 455.
Bedech tn. 441.
Beder tn. 192. 204.
Beech b. Keve vm. 480.
Beed b. Gömör vm. 154.
Bek, Beke, Bekus tn. 2. 7. 16. 55. 58. 66. 117. 122. 130. 197. 213. 215. 226. 239. 247. 268. 274. 391. 410. 448. 519. 531. 585. 612.
Békás megyer Pest vm. 270. 637.
Békatorok b. és o. sz. cs. Baranya vm. 130. 213.
Békés vm. főisp. 92. 307.
Békés vr. 292.
Bél b. Pozsony vm. 514.
Béla f. Szepes vm. 472.
Béla fly. Szepes vm. 474.
III. Béla kly. 292.
IV. Béla kly. 24. 57. 62. 195. 200. 338. 342. 486.
Belboyún b. Esztergom vm. 119.
Belchics 131. 621.
Belchuke b. és o. sz. cs. 47.
Beleseri cs. Gömör vm. 485.
Beli cs. 210. 230. 648.
Béli monostor és apát 168.
Belköz, Baranya vm. 641.
Belkulud b. Bodrogh vm. 109.
Belna b. Gömör vm. 154.
Belsei cs. 210.

Benche, Benchench tn. 198. 394. 432.
Benchench b. Fehér vm. Erdély 483. 512.
Benchenchi cs. 314.
Bende tn. 2 4.
Bene b. Heves vm. 207.
Bene tn. 248. 499. 612.
Benedek rendi szerzet 406.
Benenyk tn. 205.
Benethe tn. 502.
Beni b. és o. sz. cs. Baranya vm. 213.
Benk, Benke tn. 164. 573.
Bensa tn. 32. 36.
Bensetelek Kraszna vm. 147.
Benye f. Küküllő vm. 633.
Benyei cs. 572.
Berbaru b. Szepes vm. 472.
Bereg vm. főisp. 512.
Berei cs. 230.
Berend tn. 92. 307. 455.
Bereni cs. 395
Berettyó fly. 146.
Berkez b. Szabolcs vm. 330.
Berizlo tn. 314.
Bernald tn. 3.
Bertóth f. és o. sz. cs. Sáros vm. 40.
Berzethe tn. 329. 473.
Berzethe vr. Gömör vm. 277.
Berzeviczi cs. 230.
Bese tn. 274.
Beseneu b. 287.
Besenyők 21. 82. 130. 213. 554.
Beszterczebánya vs. 51.
Beteri cs. 230.
Bethlem tn. 126.
Bethlenfalvi cs. 443.
Beud tn. 490.
Beui cs. Baranya vm. 130.
Beya b. Gömör vm. 317.
Beykezd b. 321.
Beztereze-monostor Szatmár vm. 261.
zegh b. és o. sz. cs. 45.
b. Pest vm. 421.
ch b. Szabolcs vm. 480.
Biaka b. Keve vm. 480.
Byayul b. Szabolcs vm. 480.
Bicske f. és o. sz. cs. Fehér vm. 84. 184. 435. 437.
Bigad b. Tolna vm. 296.
Bihar vr. 292.
Byhig (Bihács) vr. 518.
Bikach b. Tolna vm. 296.
Byky cs. 230.
Bylini főesp. 408.
Birságszedők 384. 413. 418.
Byrun, Byrbou b. Fehér vm. Erdély 483. 511.
Byr b. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 262. 630.
Byry b. és o. sz. cs. Vas vm. 7.
Byrye tn. 98.
Bytakunpeturfölde 641.
Bius tn. 441.
Byztrich fly. Pozsony vm. 358.
Bochcai cs. 397.
Bochou tn. 227.
Boda tn. 591.
Bodai cs. Erdély 496.
Bodmér b. és o. sz. cs. Baranya vm. 130. 213.
Bodo tn. 20.
Bodolasamoch b. Pozsony vm. 533.
Bodon b. Szabolcs vm. 330.
Bodor tn. 648.
Bodrog f. Bodrogh vm. 110.
Bodrogh fly. 424. 460.
Bodrogh vm. főisp. 535. 543.
Boduni cs. 539. 543.
Bodya tn. 516.
Boganya tn. 256.
Bogáthi cs. 230.
Bogdáni cs. 588.
Bogdasdan tn. 304.
Bogdányháza f. Kraszna vm. 145.
Boguzi cs. 230.
Bohchi cs. 230.
Bohol b. 104.
Bok, Bokou tn. 160. 321. 592.
Bolchi, Bulchi cs. 229. 230. 306. 397. 555. 580.

Boldiani cs. 453.
Boley tn. 40.
Bolkfalva Vas vm. 41.
Bolsa b. Szabolcs vm. 449.
Boly f. és o. sz. cs. Baranya vm. 215.
Bonyarchi cs. 312.
Booth b. Somogy vm. 641.
Bor fly. 573.
Bori cs. 160. 298.
Bors b. és o. sz. cs. Bihar vm. 232.
Bors tn. 251. 613.
Borsod vm. alisp. 301.
Borsodi főesp. 41. 45. 70. 88. 105. 166. 201. 244. 276. 345. 424. 434.
Borsvai főesp. 105. 166. 201.
Boscha b. Zemplén vm. 424.
Bosou tn. 193. 622.
Bosoni cs. 84.
Boszniai kápt. és tagjai 21. 413 585.
Boszniai püspök 235. 514.
Both tn. 230.
Bothtelek b. Bihar vm. 29.
Botond tn. 131.
Botus tn. 539.
Boya b. és o. sz. cs. Baranya vm. 213.
Boyai cs. 130. 499.
Boych b. Valkó vm. 542.
Boyta b. Pest vm. 551.
Boyun b. Esztergom vm. 119.
Boul b. és o. sz. cs. Zemplén vm. 202.
Boxa nemz. 88. 208. 424. 443.
Boxa tn. 636.
Boxai cs. 397.
Bozteh b. és o. sz. sz. 135. 136. 437.
Bögöthe f. Vas vm. 199.
Brancfalva 321.
Bruk f. Pozson vm. 43. 114.
Brutus tn. 22.
Buchna hegy 153.
Buda cs. 31.
Buda vr. és vs. 136. 234. 293. 297. 349. 419. 421. 432. 452. 455. 472. 480. 510. 512. 550. 562. 567. 568. 611. 626. 627.
Buda-felhévíz b. és o. sz. cs. 432. 482.
Buda-felhévizi cnt. 81. 547.
Budai cs. 465.
Budai kápt. és tagjai 8. 20. 91. 136. 149. 170. 180. 293. 341. 377. 396. 403. 421. 431. 438. 461. 482. 510. 546. 550. 575. 603. 637.
Budow tn. 106. 206.
Budun tn. 263.
Bugar tn. 253. 514.
Buhthe tn. 29. 105.
Buken tn. 245.
Bulchu tn. 99. 248. 440. 612.
Bulyar tn. 187.
Bur tn. 539.
Bura f. Heves vm. 551.
Burgus b. Veszprém vm. 100.
Burow b. Zemplén vm. 427. 428.
Burya tn. 145.
Busdárvölgy b. Gömör vm. 117.
Buthka tn. 188.
Buya b. Heves vm. 48. 204.

Calabriai herczeg 111.
Cancellárok 94. 127. 156. 235. 266. 454. 483. 544. 630.
Cardinál 484.
Ceeb b. Zemplén vm. 165.
Cegeni cs. 230.
Celen tn. 53. 63. 317. 485.
Cethke b. és patak Erdély 79.
Chabadi cs. 397.
Chacha b. Fehér vm. Erdély 483. 511.
Chachali cs. 145.
Chakow tn. 99.
Chakuta hn. 32.
Chala tn. 303.
Chalaz b. 586.
Chalk tn. 77.
Chalyai cs. 149.
Chamaközi cs. 230.
Chamatelek b. Gömör vm. 151.

Chamaz tn. 24. 41. 70.
Chank tn. 425.
Chanyk b. Nyitra vm. 254.
Chapul b. Fehér vm. 437.
Charna tn. 28.
Chazi cs. 577.
Chaztkopach b. Vas vm. 597. 600.
Checer b. Szabolcs vm. 428.
Chech, Cheech tn. 327. 591.
Chechy cs. 46.
Chedini cs. 488.
Cheel, Chel tn. 108. 483.
Chekelakai cs. 633.
Cheley cs. 189. 302. 375. 401. 443. 553. 589.
Chemburg tn. 144.
Chempelin, Chempulin tn. 116. 235.
Chenez tn. 391.
Chentey b. Bodrog vm. 219.
Chenyk tn. 58.
Chep tn. 269.
Chepan tn. 170. 199. 424. 602.
Cher tn. 28.
Chereugvár 187.
Cherke tn. 559.
Cherne b. és o. sz. cs. Veszprém 99.
Cherneni cs. 346.
Chete tn. 105. 482.
Chetretechel hn. Horváthország 304.
Cheus patak Abauj vm. 123.
Choaka tn. 105.
Choch b. és o. sz. cs. Baranya vm. 213.
Cholloui (Csallóközi) cs. 300.
Choltai cs. 277.
Choma tn. 163.
Chon b. Csongrád vm. 461.
Chortan tn. 410.
Choth b. Pest. vm. 550.
Chothi cs. Baranya vm. 130.
Chovay cs. 230.
Chozzow tn. 308.
Chubud tn. 81.
Chuka tn. 105.
Chulch hn. Veszprém vm. 100.
Chuna tn. 466. 549.
Chuntus tn. 374.
Churzachk b. Erdély 79.
Chure tn. 228.
Chuthi cs. 140.
Chybar b. Fehér vm. Erdély 511.
Chykow, Cykou, Cyko tn. 130. 214. 277. 311. 561.
Chymaz tn. 24.
Chyzer f. Kraszna vm. 144.
Cisy cs. 230.
Clarissák 611.
Clengheerg b. 67.
Comyce b. Zólyom vm. 51.
Coradfeulde b. Gömör vm. 159.
Corigyan tn. 8.
Corrard, Korard tn. 433. 500. 639.
Cristil tn. 571.
Csaba tn. 587.
Csabagáta b. Baranya vm. 128. 211.
Csahol b. és o. sz. cs. Szatmár vm. 4.
Csajághi cs. 614.
Csák tn. Csák Máté 198. 264.
Csák nemz. 392. 486. 583.
Csákán f. Pozson vm. 522. Gömör vm. 431.
Cáskán tn. 555.
Csáktornya vr. 339.
Csalamiai cs. 256.
Csalános b. Bihar vm. 45. 226. 257.
Csallóköz 105. 114. 167. 300. 324 325. 357. 468. 514. 533. 602.
Csanád nemz. 554.
Csanádi kápt. 2. 83. 92.
Csanádi püsp. 344. 514.
Csanak f. Győr vm. 6.
Csáni cs. 201. 577.
Csatár b. és o. sz. cs. Baranya vm. 213.
Csatári cs. 130. 441.
Csatárszeg b. Csongrád vm. 420.
Csebi cs. 210.
Cschi b. Somogy vm. 642.

Csekevölgy hn. Pozsony vm. 532.
Csempezfalva Vas vm. 593.
Csenkezfölde Pozsony vm. 523.
Csepánfalva Baranya vm. 130. 213.
Csepel b. Baranya vm. 642.
Csetnek f. és o. sz. cs. Gömör vm. 53. 94. 270. 277. 499. 546. 560. 563. 590. 638.
Csicser f. és o. sz. cs. Ungh vm. 330.
Csikfölde b. Bars vm. 238.
Csókakő vr. 10. 95. 120. 124. 219. 464.
Csoknya f. Somogy vm. 641.
Csongrád vr. 420.
Csongrádi főesp. 57.
Csorba tn. 350. 423.
Csögle f. és o. sz. cs. Veszprém vm. 31.
Csütörtökhely f. Pozsony vm. 28. 360. Szepes vm. 121. Valkó vm. 536.
Cybak tn. 79.
Cyka tn. 131. 162.
Cymba tn. 539.
Cypen tn. 372.
Czifer f. Pozsony vm. 252.
Czinkota f. Pest vm. 550.
Czudar tn. 306.

Dabanafalva Valkó vm. 541.
Dada b. és o. sz. cs. Somogy vm. 581.
Dág b. Temes vm. 480.
Dalmadi cs. 644.
Dalyai cs. Erdély 496.
Damak b. és o. sz. cs. Borsod vm. 126.
Damanhidai cs. 230.
Damas b. 226. 235. 238.
Damasy cs. 252.
Dampninchai cs. 70.
Dancs, Donch tn. 13. 44. 92. 143. 263. 338. 350. 381. 395. 423. 447. 492. 515. 518. 636.
Danouchi hospesek Baranya vm. *130. 213.*
Danus tn. 39. 230.
Darabus tn. 428.
Daragunya b. Somogy vm. 640.
Darnai cs. 314.
Daróczi cs. 345. 398.
Daycai cs. 254. 282.
Dayon tn. 238.
Deák Benedek 293.
Debryne b. Valkó vm. 541.
Deerch tn. 568.
Dege tn. 254.
Delne b. és o. sz. cs. 159. 519.
Dém f. és o. sz. cs. Veszprém vm. 58.
Deme tn. 254.
Demesi prépost 468.
Demeter bán 215. 314. 539.
Demeterpatak b. Fehér vm. Erdély 483. 512.
Demevár b. Csanád vm. 554.
Demeyen, Demyen b. 477. 644.
Dengeledi, Dengelegi cs. 230. 380.
Denk tn. 355. 456. 582.
Denus tn. 6.
Derecche, Drecche b. 587.
Derecskei cs. 230.
Derekus tn. 230.
Ders b. 585.
Ders, Derse tn. 75. 180. 225. 236. 261. 639.
Dersene b. és. o. sz. cs. 257.
Dersfalva Baranya vm. 21.
Dersi prépost 585.
Dersy cs. 408.
Derzsenyei cs. 648.
Deseda, Deushyda b. Somogy vm. 374.
Desew tn. 462. 493.
Desk tn. 135. 142.
Dethmár b. Valkó vm. 578.
Detre tn. 556.
Detrehháza b. Kraszna vm. 146.
Dezsőfölde 286.
Diepreht tn. 114.
Diósegberek hn. 165.
Diósgyőr mv. és vr. 299. 459.
Diószeg (Gyiószeg) b. Bihar vm. 414.

Disznódi cs. Baranya vm. 130. 213
Doba b. 133.
Dobko tn. 304.
Dobó tn. 350. 425.
Dobodel b. Zemplén vm. 243.
Dobos b. és o. sz. cs. Szatmár vm. 75. 76. 84. 103. 261. 389. 413.
Dobrova b. Sáros vm. 330.
Dolan b. 35.
Domahid f. Szatmár vm. 413.
Donawigh (Dunajecz) kolostor 294.
Donk tn. 393.
Dook tn. 342.
Dormyolch tn. 649.
Dorosma b. és o. sz. cs. 3.
Dorozlói cs. 109. 220. 258.
Dózsa nádor utódai 226. 236. 257.
Dömölki cnt. 31.
Drasow b. Fehér vm. Erdély 483. 512.
Dráva fly. 21.
Drobrynamellyk b. Valkó vm. 541.
Drugeth cs. 13.
Dudbeyg, Tudbeyg tn. 462. 463.
Dudvág fly. 77. 158.
Dudvágszeg b. 295. 513.
Duna fly. 10. 47. 86. 178. 181. 296. 352. 523. 530.
Dunajecz fly. és vr. 294. 473. 474.
Durgó tn. 408.
Durugh tn. 227.
Duruzlaus tn.
Dymalos b. Bars vm. 316.

Ebeczki cs. 379.
Ebediz b. 269.
Eberharth mv. Pozsony vm. 167. 325.
Ebres b. Baranya vm. 21.
Ech tn. 132.
Echey cs. 282.
Echkeny cs. 312.
Echy cs. 251. 612.
Ecseg f. Nógrád vm. 496.
Edelén f. Borsod vm. 126. 226.
Egedei cs. Somogy vm. 125.
Egegh b. 52. 478.
Eger vs. 66. 72. 276. 435.
Egerpatak Szepes vm. 472.
Egerszeg f. Nyitra vm. 51.
Egerszegi cs. 312.
Egreg fly. Veszprém vm. 100.
Egres b. 477. Tolna vm. 296.
Egresi nemesek 486.
Egri cs. (de Agria) 136. 301. 306. 432. 510. 580.
Egri kápt. és tagjai 37. 46. 63. 66. 74. 103. 113. 117. 147. 155. 161. 178. 184. 190. 192. 201. 204. 226. 227. 240. 262. 330. 350. 385. 391. 423. 443. 450. 471. 479. 493. 515. 551. 562. 572. 590. 638.
Egri püsp. 41. 45. 48. 65. 70. 88. 105. 166. 201. 244. 276. 345. 434. 514. 562.
Egudei cs. 260.
Egurberki cs. 327.
Egyedi monostor és apát 227. 229.
Egyházaskapa b. Esztergom vm. 137.
Egyuk b. és o. sz. cs. 229.
Ekerdorf Szepes vm. 417.
Ektor tn. 231. 232.
Elefánt f. és o. sz. cs. Nyitra vm. 51. 127. 156. 252. 254. 319. 346. 422.
Elek tn. 42. 384.
Ellews b. Kraszna vm. 144.
Elo b. 422.
Els tn. 556.
Emökei cs. 230. 291. 422.
Ende tn. 585.
Endelych tn. 99.
II. Endre kly 358.
Endrelaka b. Zaránd vm. 148.
Endurlin tn. 116.
Endus tn. 230.
Enok tn. 636.
Enyiczke f. Abauj vm. 350.
Enydi cs. 327.
Enyeudi cs. Erdély 506.
Enyezd p. Somogy vm. 641.

Enyingi cs. 614.
Enykegi cs. 196.
Eörsi cs. 251. 613. 621.
Erb, Erble tn. 75. 625.
Erdélyi kápt. 487. 496. 569. 633.
Erdélyi püsp. 144. 351. 514. 564.
Erdélyi vajda 4. 69. 71. 91. 94. 116. 148. 199. 205. 217. 226. 257. 419. 492. 503. 506. 511. 514. 562. 619. 633. alvajda 241. 496. 505. 564. 570.
Erdeu tn. 230. 371.
Erdeutelechi cs. 552.
Erdewynota b. 96.
Erdőfalu Sáros vm. 456.
Erdőhát b. Erdély 79.
Erdőhát kerület Nógrád vm. 217.
Erne tn. 3. 229. 230. 299.
Érsomló vr. 321.
Erzsébet klyné 1. 260. 296. 297. 317. 451. 514. 544. 545. 561. 601. 611. 627.
Eszéki főesp. 64.
Esztergom vs. 118. 124. 203. 234. 349. 371. 480. 546. 590. 644. 647.
Esztergomi cnt. 86. 103. 253. 289. 647.
Esztergomi érsek 52. 94. 105. 134. 166. 196. 201. 236. 244. 277. 350. 370. 514. 529. 546. 554. 583. 590. 638.
Esztergomi kápt. és tagjai 10. 52. 64. 152. 199. 274. 284. 287. 295. 299. 531. 573. 648.
Esztergomi Szent-Tamási prépost 590. 596.
Étekfogó mesterek 5. 353. 501. 514.
Ethkes tn. 45.
Euchd b. Szatmár vm. 104.
Eus b. és patak Doboka vm. 241. 242.
Ewryn f. Heves vm. 132.
Ewsy b. és o. sz. cs. 91. 209.
Eyegh b. és fly. Szatmár vm. 75. 76.

Fábiánháza b. Szatmár vm. 104.
Fahyd b. Erdély 242. 564.
Fakó tn. 527.
Fancsal b. Heves vm. 520.
Fancsika b. Erdély 79.
Faristár b. Csallókőz 168.
Fark tn. 147.
Farkas b. Baranya vm. 203.
Farkasd b. és o. sz. cs. Heves vm. 397. 405. 575.
Farkasdi cs. 229.
Farkasfalva Gömör vm. 152. Szepes vm. 36. 551. 556. 571.
Farnos b. és o. sz. cs. Bihar vm. 229. 397.
Fatha tn. 99.
Faychar tn. 562.
Fedemusi cs. 229.
Fegyverneki cs. 230.
Fejér tn. 59.
Fejéregyházi nemesek Erdély 497.
Fejes tn 29. 212.
Feketeerdő b. Szepes vm. 471.
Feketetó b. Somogy vm. 640.
Feketeyzwar b. 321.
Feldesi cs. 230.
Félegyháza b. 586.
Felekus tn. 251.
Felfalu Gömör vm. 385.
Felkeszi b. Pest vm. 550.
Fenékfalu Baranya vm. 21.
Fenyr tn. 301.
Ferench French tn. 284. 322. 558.
Fermenes b. Szolnok vm. Erdély 78.
Feuldes tn. 316.
Fiad p. Somogy vm. 68.
Figudi cs. 577.
Fiuz b. Somogy vm. 641.
Fizes b. Kraszna vm. 144.
Fizkuthi cs. Erdély 420.
Fodor tn. 125. 163. 296.
Fogyas tn. 548.
Folberth tn. 314. 419.
Folberthteleke b. 314.
Foldruh tn. 448.
Fony cs. 386.
Forgács tn. 499. 546. 590. 638.
Fork f. 649.

Fortanerius tn. 611.
Foyus tn. 552.
Földvár Győr vm. 627.
Franchik tn. 423.
Frank tn. 556.
Fricsko tn. 4.
Fridul tn. 649.
Fugach b. Heves vm. 576.
Fugas tn. 461.
Fugh hn. 649.
Fulkechel b. Kraszna vm. 145.
Funo b. Bács vm. 578.
Futor tn. 299.
Fülek vr. 152. 386.
Füzitő b. Komárom vm. 224.
Fynta tn. 195.
Fyntur tn. 314.
Fyus b. 269.

Gábriánfölde Veszprém vm. 372.
Gachalkfalva Gömör vm. 560.
Gallicus tn. 546.
Galus tn. 539.
Galychpatak Zemplén vm. 460.
Garáb f. Nógrád vm. 371. 495.
Garábi prépost. 370. 495.
Garabus tn. 208.
Garadna f. Abauj vm. 636.
Garai cs. 21. 534. 539.
Garam fly. 51.
Garam-szent-benedeki cnt. és apát 6. 20. 32. 33. 36. 70. 80. 170. 269. 287. 461. 545.
Gardián tn. 355.
Garman tn. 455.
Garusrakus hn. 123.
Gede vr. 153.
Gedei cs. 152.
Gedeni cs. 443.
Gedreha tn. 304.
Gegus tn. 6. 496.
Gekmin tn. 645.
Gelet, Gilet tn. 95. 123. 265. 492. 619.
Geley cs. 337.
Gelnich fly. 569.
Gemelchenus fly. 146.
Gench b. Gömör vm. 560.
Genyzd f. Szepes vm. 475.
Gerche b. Somogy vm. 641.
Gerard tn. 563.
Gereg b. 355.
Geregurfaya b. Erdély 483. 511.
Gerencze b. és fly. Somogy vm. 640.
Gergely bán 408. 433.
Gergelyi (Gureger) b. és o. sz. cs. Veszprém vm. 372.
Gerkey b. és o. sz. cs. 103.
Gerlachfölde Szepes vm. 444.
Gerlai cs. 92.
Gerold tn. 39.
Gervasius tn. 620. 645.
Geuus b. 229.
Gewr b. 299.
Gewrseg hegy 626.
Geychei cs. 75.
Gezche b. és o. sz. cs. Bodrogh vm. 2.
Geznoud l. Disznód.
Gezteli cs. 397.
Gezt b. és o. sz. cs. Pozsony vm. 127. 156. 319.
Ghymes vr. 2. 101. 446. 466.
Giznod b. és o. sz. cs. Baranya vm. 213.
Gliciorum comes 420.
Glogoncha b. 563.
God, Godin tn. 124. 170.
Godi cs. 412.
Gogan tn. 384.
Goldus tn. 571.
Golopi cs. 572.
Gomba f. Pozsony vm. 522.
Gothard tn. 2.
Göd b. és o. sz. cs. 32.
Gömör vm. 372. 373. 384. 432. 485.
Gömör vm. alisp. 42. 62. 155. 269. főisp. 42. 269. 431. 477. 485.
Gömöri főesp. 85. 180. 197.
Göncz vr. 122.
Görgeteg f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 533.

Görgő f. Szepes vm. 417. 584. Torna vm. 517.
Gradisca b. Baranya vm. 414.
Gudur tn. 298.
Guga b. Fehér vm. Erdély 483.
Gugh tn. 199.
Gunui cs. 636.
Guordak tn. 563.
Gure tn. 40.
Gurg, Gurke tn. 162. 577.
Guthi cs. 490.
Guze b. 587.
Guze tn. 238.
Gwoth tn. 534.
Gwr l. Sur 523.
Gyapa b. Tolna vm. 296.
Gyapol b. és o. sz. cs. Bihar vm. 227.
Gyarman tn. 84. 311. 561.
Gyarmath (Balassa) vs. Nógrád vm. 133. 380.
Gyarmath b. 136. 573.
Gyékényes b. Bars vm. 32.
Gyepesi cs. 247. 612.
Gyimóthi cs. 621.
Gyoagdi cs. 374. 622.
Gyog b. Erdély 419. 565.
Gyoghi cs. 84. 432. 588.
Gyógyszerészek 645.
Gyoos b. 229.
Gyömörei cs. 84. 94. 277.
Gyöngyös vs. Heves vm. 207.
Győr vm. főisp. 167.
Győr vs. 338. 626.
Györed b. és o. sz. cs. Bars vm. 32. 299.
Győri kápt. és tagjai 55. 58. 199. 272. 323. 356. 372. 452. 522. 549. 625.
Győri püsp. 514.
Györköni cs. Tolna vm. 296.
Gyula, Gula, Gyla, Jula tn. 87. 111. 155. 175. 218. 315. 374. 417. 450. 545. 601. 642.
Gyulafehérvári főesp. 8. 564.
Gyuoadi nemesek 374.
Gyure tn. 599.
Gyurk tn. 578.
Gyurke b. és o. sz. cs. 263.
Gyürüs b. Tolna vm. 296.
Gylan tn. 340.
Gymazug b. 227.

Habronuk b. Vas vm. 17.
Hadbaszállás 562. 563. 573. 607. 617.
Hagymás f. Somogy vm. 640.
Háji kápt. 187. 466.
Hajouth b. 397. 402.
Halászó helyek 1. 10. 187. 188. 333. 395. 412. 453. 461. 553.
Halászszeg b. Zemplén vm. 1.
Halbenkragen b. Erdély 5.
Halmai cs. 577.
Halmas b. Kraszna vm. 144.
Hamasyechkeye b. Gömör vm. 494.
Hambato, Hombat tn. 43. 114.
Hamis pénzverők 4.
Hamricus tn. 43.
Hangon f. és o. sz. cs. Gömör vm. 117. 155. 371. 385.
Hank, Hanko tn. 120. 417. 556.
Hannus tn. 124. 230. 461. 508. 584.
Hannusfalva Sáros vm. 456. Szepes vm. 181.
Hannusfalvi cs. 230.
Hanvai cs. 55.
Harabor b. Bereg vm. 330.
Harang b. és o. sz. cs. Békés vm. 229.
Harasow (Hrusso) vr. 430.
Haraszti b. Baranya vm. 194. 588. Pest vm. 244.
Harazth nemz. 466.
Harazty cs. 130. 189. 213.
Hariscus tn. 172.
Hartyán (Harakyan) b. és o. sz. cs. Nógrád vm. 340. 380. 478. 500.
Háságy f. Somogy vm. 68. 641.
Hatvani cnt. 520.
Hatzok b. Szolno. vm. 199.
Haymon tn. 43.
Hazzandorfar(Horsundorfer)cs.496.

Hechce b. Győr vm. 626.
Hector tn. 97.
Hédervári cs. 519.
Hedreh, Hedruch tn. 215. 314.
Heeti cs. 295.
Hegmagasi cs. 149.
Hegy cs. 295.
Hegymeghi cs. 397. 398.
Henus b. Szepes vm. 473.
Hellykvágása b. Szepes vm. 474.
Helmeczi cs. 210.
Helmus tn. 254. 282.
Hench tn. 394. 551.
Henche b. Tolna vm. 296.
Henchházi cs. 227.
Henchmann tn. 571.
Hene b. Szabolcs vm. 107.
Hennig, Henning tn. 503. 506.
Hennyngpataka b. Szepes vm. 191.
Henrik bán utódai 433.
Herencher b. Sáros vm. 488.
Herke tn. 7. 276. 434.
Hermán f. és o. sz. cs. Vas vm. 40.
Hermán nemz. 198.
Hermáni cs. 152. 206.
Hernád fly. 162.
Herrand tn. 519.
Hertvig tn. 90.
Heteni cs. 84.
Hetes f. és o. sz. cs. Somogy vm. 125.
Hethmyck b. 25.
Heum, Heym tn. 441. 486.
Heusy cs. 280.
Heves b. és o. sz. cs. 402. 575.
Heves vm. alisp. 204. 520.
Hevesi főesp. 105. 166. 201. 244.
Hewlges tn. 411.
Hidagai cs. 160.
Hiduri cs. 351.
Hidvégh b. Abauj vm. 113. 137. Baranya vm. 194. Heves vm. 520. Honth vm. 257. 645. Somogy vm. 463. Vas vm. 595. Zemplén vm. 162. 163.
Hildenbrand tn. 6.
Himodi cs. 346.
Hindi cs. 422.
Hirsfalva, Hysfalva Szepes vm. 444. 471.
Hird b. Baranya vm. 588.
Hodi cs. 285.
Hodosi cs. 230. 414.
Holdvilági cs. Erdély 496.
Homoródk fly. Szatmár vm. 77.
Homouni cs. 230.
Honth vm. isp. és szolgabirák 256. 295.
Honth, Hontha, Hunth tn. 42. 87. 384.
Hontí főesp. 152. 180. 512.
Hopurth, Hupurth b. 45. 397.
Horman tn. 626.
Horrou b. Vas. vm. 591.
Horváthországi bán 565.
Horváth és Tóthországi hely- és személyneyek 15. 362—370. 562. 563. 566. 607.
Horváti cs. 345.
Hoszumezei cs. 208. 303.
Hoszurét b. Gömör vm. 94. 277.
Hoyow fly. Bihar vm. 91.
Huli cs. 291.
Humo, Humoro b. Pozsony vm. 43. 114.
Hupka-Helmeczi cs. 210.
Hupuky cs. 408.
Hursynafalva Valkó vm. 536.
Huzyazo hn. 143.
Hylinik fly. Pozsony vm. 358.
Hylla tn. 417.
Hyntus erdő Erdély 419.
Hyrichk b. Baranya vm. 194.

Ibafalvi cs. 330.
Ibangh (Ivanics) megye 563.
Ibrán b. Valkó vm. 578.
Ibruni cs. 230.
Ibur tn. 477. 645.
Idai cs. 431.
Ilkai nemes várjobbágyok Pozsony vm. 513.
Ilona, Ilunch tn. 218. 219. 361. 449. 464. 580.

Ilsva b. és fly. Gömör vm. 53. 317. 373.
Ilw sziget 181.
Imre kly. 292.
Imus tn. 556.
Inak, Inok, Ynak tn. 13. 44. 447.
Inatha tn. 184.
Inke f. Somogy vm. 125.
Inokai cs. 131. 214.
Inota b. Veszprém vm. 96.
Ipoch tn. 497.
Ireden tn. 304.
Irenfölde Győr vm. 626.
Isaak, Isatth tn. 45. 577.
Isep, Isop tn. 44. 48. 488.
István klyok: 292. 338. 440. 618.
Ite tn. 177.
Itélő mesterek 68. 95. 150. 178. 195. 205. 235. 260. 266. 297. 304. 347. 462. 630.
Ivahun tn. 302.
Iván b. Csallóköz 167.
Iváncz f. Vas vm. 16.
Iváni cs. Baranya vm. 130. 131. 213.
Ivánka tn. 227. 260. 269. 275. 298. 397. 419. 462.
Ivánkafalva Somogy vm. 640.
Iványi, Ivánka f. Pozsony vm. 323.
Izsép b. Baranya vm. 130. 213.
Izsépi cs. 189. 303.
Iwa b. Szolnok vm. 200.
Iwanch tn. 547.
Izdrael tn. 268.

Jablan hn. Pozsony vm. 358.
Jadrai érsek 514.
Jakch tn. 127.
Jakody cs. 649.
Jakou, Jakow, Jakus tn. 29. 173. 229. 230. 240. 414. 434.
Jakoui cs. 381.
Jakowrethe hn. Szepes vm. 181.
Jan tn. 120.
Jankahám b. Nyitra vm. 77.
Jánok f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 508. 520. 602.
Jánosdi főesp. kerület 292.
Jármy b. Szatmár vm. 76.
Jasth b. Veszprém vm. 99.
Jászói cnt. 13. 55. 113. 326. 400. 477. 492. 499. 580. 582.
Jávorhegy Szepes vm. 473.
Jazormegy b. Szepes vm. 191.
Jechke b. Gömör vm. 494.
Jegyzők klyiak: 356. 491. 551. 575. 589.
Jekul tn. 181.
Jenei cs. 117.
Jenő b. Baranya vm. 182.
Jenslin tn. 124.
Job tn. 569.
Joheus tn. 8.
Jolenth tn. 21.
Jordán tn. 556.
Jowan tn. 262.
Jutasi cs. 620. 621.

Kaaran b. Somogy vm. 641.
Kaba tn. 583.
Kakas, Kokas tn. 107. 362. 648.
Kakath b. Bihar vm. 414.
Kalach tn. 570.
Káld f. Vas vm. 519.
Kalkochfő hn. 518.
Kállai cs. 106. 262. 630.
Kálmán kly. 249. 440. 618.
Kálnai cs. 431.
Kalocsai érsek 33. 105. 166. 175. 202. 244. 344. 409. 514. 585.
Kalocsai kápt. 47. 195. 585. 635.
Kamar b. Nyitra vm. 77. Valkó vm. 541.
Kamara haszna 234. 349.
Kamarai grófok 116. 234. 235.
Kanizsai cs. 296. 583.
Kapa b. Esztergom vm. 113.
Kapi f. és o. sz. cs. Győr vm. 452.
Kaplan b. 160.
Kápolna b. Borsod vm. 85. 197.
Kápolnai cs. 238. 272. 284. 357.
Kápolnássári b. Baranya vm. 175.
Kapolyai cs. 494.

Kapos mv. Ungh vm. 331.
Káposztafalva (villa compositi) Szepes vm. 417.
Kapronczа b. Sáros vm. 176.
Kapurév b. Somogy vm. 463.
Kapus f. Erdély 498.
Kapuvár 77.
Karacatelek b. Sáros vm. 330.
Karácson tn. 299.
Karácsonkuta b. Somogy vm. 641.
Karádfölde f. Vas vm. 16. 634.
Karakov b. Sáros vm. 263.
Karasa, Karaso, Karasofoca fly. Baranya vm. 21. 414.
Karászi cs. 270.
Karchai cs. 357.
Karoli, Karuli cs. 230. 587.
Károly (Nagy) vs. 30. 31. 92.
Karuluspatak Abauj vm. 123.
Kasekyn fly. Pozsony vm. 523.
Kassa vs. 13. 71. 177.
Kasty cs. 405.
Kátai cs. 126. 199. 577.
Katasacal hn. 172.
Kathlen, Kathus, Katus tn. 260. 295. 556.
Kauacha b. Tolna vm. 296.
Kaza f. Borsod vm. 301. 345.
Kazai monostor 345.
Kazleni cs. 238.
Kázmérfalvai cs. 568.
Kazsok f. Somogy vm. 395. 516. 588.
Kechewi cs. 394.
Kechkes tn. 637.
Kechut b. és o. sz. cs. 492.
Kedhel b. Valkó vm. 542.
Keerchi cs. 30.
Keeze b. Pozsony vm. 128.
Kehhelho b. Szepes vm. 473.
Kékmező b. Sáros vm. 73. 263.
Kék b. Szabolcs vm. 480.
Kekyd f. Abauj vm. 133.
Kelecsenfölde b. Szepes vm. 444.
Kelemenfalva Baranya vm. 642.
Kelemeni cs. 314.
Kelenyeni cs. 199.
Kellemesi cs. 193. 240.
Kelnuki cs. Erdély 506.
Kemechei cs. 230. 439.
Kemen, Kemin tn. 131. 520.
Kemenfalva b. Somogy vm. 641.
Kemeni cs. 149.
Kemey cs. 67. 113. 137. 326. 381. 397. 446.
Kemlek, Kemluk vr. 303. 566. 648.
Kemudi cs. 175. 416.
Kendertó b. Fehér vm. 393.
Kendez tn. 159.
Kendi b. és cs. 193. 196. 276. 375. 401. 434.
Keneez, Kenez tn. 127. 156. 319. 513.
Kenezi cs. 228. 230.
Kengel b. Somogy vm. 642.
Kengyeles b. Csanád vm. 554.
Kenthe b. 229.
Keny cs. és b. 380. 475.
Kér b. Somogy vm. 68. Szatmár vm. 75.
Kerekliget b. Erdély 79.
Kerekudmál hn. 483.
Kereky b. és cs. 229.
Keren, Kyren b. Zemplén vm. 166.
Kerenchek tn. 189.
Keresszeg vr. 91. 561.
Kerew b. 133.
Kereztur b. Somogy vm. 641.
Kereszturi cs. Erdély 487.
Kereztus tn. 453.
Kéri cs. 206. 482. 572.
Kesefalva b. Somogy vm. 641.
Keserői cs. 230.
Keszi b. Pest vm. 550.
Keuchi cs. 230.
Keumel b. Veszprém vm. 100.
Keurus b. Gömör vm. 94. 277.
Kevi cs. 215.
Kewui b. Gömör vm. 560.
Keykche b. Szabolcs vm. 428.
Kezdi, Kyzdy cs. Erdély 496.
Kezteg b. Erdély 79.
Kinge tn. 621.

Királfája b. Csanád vm. 553.
Királyfalvi cs. 648.
Kisdimalos b. Bars vm. 316.
Kisfalud Gömör vm. 152. Somogy vm. 641.
Kiskolch b. Vas vm. 17.
Kistamási b. Szepes vm. 556.
Kistapolcsán mv. Bars vm. 316.
Kistur b. Honth vm. 315.
Kivaki cs. 488.
Koch tn. 303.
Kocha b. Csanád vm. 554.
Kolb tn. 357.
Kolbasa fly. 210.
Kolch tn. 230.
Kolon b. és o. sz. cs. 24.
Kolos, Kolus tn. 128. 211.
Kolosi apát és monostor Nyitra vm. 31. 430.
Kolosmonostori cnt. 78.
Kolozsvár 503.
Komárom vm. főisp. 143. 338.
Komárom vs. 338. 515. 518.
Komáromi főesp. 626.
Kompold tn. 112. 132. 207. 520.
Kompolth f. Heves vm. 204. 373. 520. 553.
Konch, Koncha tn. 8. 187. 229.
Konkoly b. Komárom vm. 446.
Konus tn. 12.
Kónya tn. 5.
Kopács f. Baranya vm. 433. Vas vm. 596. 597. 600.
Kopey tn. 451.
Koppánhorha hn. Veszprém vm. 99.
Koppán nemz. 446.
Kordas tn. 508.
Korhy cs. 327.
Korláttelek b. 217.
Korog vr. és o. sz. cs. 328. 329. 352.
Korong b. és o. sz. cs. 229.
Korontáli cs. 251.
Korpona hn. Baranya vm. 22.
Korroson b. Bars vm. 32.
Korothna b. Somogy vm. 641.
Korusi cs. 327.
Kósa tn. 8.
Kovácshida b. 218.
Kovácsi b. Vas vm. 601.
Kovácsi cs. 608.
Kozói cs. 13.
Kozloni cs. 623.
Kozmai cs. 210.
Kozmon b. Fehér vm. 635.
Koznich b. Kraszna vm. 146.
Kozol tn. 24.
Kői kápt. és tagjai 486. 535. 540. 543. 584.
Kökényesfő b. Somogy vm. 641.
Kökényesi cs. Baranya vm. 130. 213.
Köleséri főesp. kerület 292. 293.
Kömlő b. Heves vm. 342. 375. 396. 400. 457. 562. 603.
Körmend mv. Vas vm. 259.
Körmöczbánya 34.
Körös fly. 79. 148. 198.
Körös vm. főisp. 360. 566. 648.
Körös vs. 360.
Körösi cs. Erdély 496.
Körtvélyes b. Erdély 79. Szatmár vm. 449. 490. Zemplén vm. 190. 302.
Körtvélyesi cs. 28. 230.
Közép-Németi b. Abauj vm. 630.
Közjegyző 34.
Krassó vm. főisp. 321.
Kraszna b. 146.
Kraszna vm. főisp. 143. 492.
Krasznahorka vr. 94. 277.
Kries b. Erdély 6.
Kuchchi cs. 230.
Kudrelaka b. Zaránd vm. 148.
Kuken tn. 538.
Kukenzorm b. Pozsony vm. 523.
Kulche tn. 230.
Kun tn. 53.
Kunch, Kunchman tn. 82. 508.
Kundakor tn. 198.
Kurmusd b. Pozsony vm. 602.
Kurpe b. Bács vm. 486.
Kurchmymi nemesek 486.

Kusuhi cs. 381.
Kuthur tn. 230.
Kuthyrych b. Baranya vm. 588.
Kutund b. és o. sz. cs. Bodrogh vm. 187.
Kűesd patak 211.
Kükűllői főesp. 634.
Kürthy cs. 275. 291. 397.
Kuwrthul b. Tolna vm. 296.
Kyulak b. Heves vm. 553.

Laad tn. 67. 327.
Laborcza fly. 333.
Lachk, Lack, Lochk tn. 19. 83. 128. 201. 211. 213. 305. 307. 330. 469. 518. 577.
Lád f. Borsod vm. 350.
Lak b. Vas vm. 18.
Lamperthi cs. Erdély 420.
Landeki monostor 455. 473.
Langeus tn. 9. 45. 491.
Lanya fly. Horváthország 566.
Lapis refugii 294. 471.
I. László kly. 292.
IV. László kly. 65. 183. 471. 597.
Lasztolczi cs. 302.
Lath b. Baranya vm. 130.
Lechnicz b. és fly. Szepes vm. 471. 475.
Lechniczi carthausiak 294. 471.
Ledeger tn. 538.
Ledegeres b. Somogy vm. 640.
Legniche vr. 143.
Legyun b. Erdély 419.
Lekche b. és o. sz. cs. 215. 535.
Lekenye f. Gömör vm. 62. 215. 499.
Lekéri apát. 6.
Leleszi cnt. és tagjai 104. 302. 427.
Lengen tn. 262.
Lengeld b. és o. sz. cs. 240.
Lengyelország 263. 447. 474.
Lepenye b. Heves vm. 552.
Lepes tn. 634.
Letyne b. Baranya vm. 87. 89.
Léva vr. 320.
Leu tn. 125. 260.
Leurenthe tn. 247. 251. 612.
Leusi cs. Baranya vm. 130. 213. 215.
Leustach tn. 552.
Leznai cs. 208.
Lezteméri cs. 243.
Libitua fly. Zólyom vm. 50.
Liliom tn. 120.
Lipcse f. Zólyom vm. 50.
Lipócz b. Sáros vm. 582.
Lipold tn. 619.
Lippa vs. 412.
Lippart f. Vas vm. 592.
Líptó vm. főisp. 10. 94. 118. 124. 187.
Liszó f. és fly. Somogy vm. 245. 246.
Litarág b. Somogy vm. 641.
Loch b. 370.
Lófő b. Somogy vm. 641.
Lokoch tn. 482.
Look b. Baranya vm. 642.
Looth b. 208.
Lopow tn. 28.
Lopthelek b. Szabolcs vm. 480.
Lóránt tn. 2. 229. 230. 263. 351. 493. 552. 562. 626.
Loth tn. 105.
Lothard tn. 106. 538.
Louch b. Baranya vm. 213.
Louch b. és o. sz. cs. Gömör vm. 28. 39. 392.
Lovász mesterek klyiak 83. 94. 514.
Lovásztelek b. Heves vm. 562.
Lőcse vs. 36. 444.
Lőkös tn. 29. 48. 104. 130. 192. 204. 229. 231. 276. 297. 362. 372. 570.
Lörinthei cs. 621.
Lublyó vr. 475.
Luchka b. Sáros vm. 488.
Luka tn. 416.
Lukaya b. 321.
Lulya b. és o. sz. cs. Somogy vm. 462.
Lupnuk fly. Szepes vm. 474.
Lusnuk b. Baranya vm. 194.
Lusuk b. Baranya vm. 588.

Lüle b. és o. sz. cs. Bars vm. 238.
Lyby cs. 84.
Lybadi cs. 285.
Lypoki cs. 220.
Lythena, Lythene b. Sáros vm. 73. 263.
Lyzka b. Valkó vm. 537. 541.

Macrabeus tn. 76.
Macsó vr. 535. 543.
Macsói bánok 23. 329. 514. 535. 540. 543. 567.
Madocsa b. Tolna vm. 296.
Magyar Dénes 75.
Magyar f. Pozsony vm. 521.
Magyar helynevek 10. 17. 18. 22. 38. 47. 48. 51. 76. 79. 99. 100. 119. 122. 143. 144. 152—154. 163—165. 172. 187. 207. 211. 246. 249. 259. 288. 289. 320. 330—337. 358. 377. 386. 397. 402. 419. 457. 460. 471. 480. 516. 522—524. 530. 532. 542. 553. 575. 581. 583. 586. 587. 589. 600. 601. 610. 626. 640. 647.
Magyar Pál 2. 75. 101. 446. 466. 479.
Magyar tn. 351. 621.
Magyarád b. és o. sz. cs. 573.
Maius, Moyus, Moys tn. 37. 75. 103. 105. 345. 636.
Mákfa f. és o. sz. cs. Vas vm. 16. 634.
Makranczi (Mocrunch) cs. 396. 456. 603.
Malahi cs. 57.
Malas b. és o. sz. cs. Fehér vm. 397.
Man b. 136.
Mangyai hospesek Bars vm. 545.
Manyki cs. 131. 420.
Maraza b. Zemplén vm. 278. 426.
Marczali cs. 414.
Mareus tn. 95.
Margit-szigeti apáczák 64. 116. 160. 182. 194. 234. 244. 349. 396. 510. 516. 550. 581. 588. 627.
Marhard, Merhard tn. 198. 276. 602.
Mariusfalvi cs. 571.
Márk b. és o. sz. cs. 229. 230.
Markalph tn. 208. 303.
Maróthi cs. 354. 542. 579.
Marouchuk, Morouchuk tn. 256. 295. 512.
Martonos b. és o. sz. cs. 3.
Marus tn. 181. 417.
Matheuka tn. 486.
Matheyfalva Szepes vm. 473.
Mathowpatak Zemplén vm. 461.
Mathya b. 586.
Mátra hegy 207.
Matyuchi cs. Ungh vm. 330.
Mechlevele viz Heves vm. 553.
Medencki cs. 397.
Medyesi cs. 327.
Méhész f. és o. sz. cs. Torna vm. 517.
Megyer b. Zemplén vm. 163.
Megyeri cs. 230.
Megyes b. Bihar vm. 81. Sáros vm. 356.
Mendlin tn. 173.
Meneke b. és o. sz. cs. Veszpém vm. 248. 624.
Ménespatak Erdély 80.
Meren vr. 360.
Merghus fly. 207.
Merse tn. 202.
Merth tn. 173.
Mese tn. 127. 156.
Mesterfalvi cs. 230.
Mesteri f. és cs. Vas vm. 519.
Meszes hegy 351.
Method tn. 647.
Mezesi cs. 92.
Mezew b. Kraszna vm. 146.
Mezői cs. 230.
Mezőnyéki cs. 327.
Michk bán 15. 73. 263. 303. 578.
Mihálfölde b. Honth vm. 647. Vas vm. 16. 17.
Mikatelek b. Erdély 419.
Mikche, Myxse tn. 324. 538.

Mike b. és o. sz. cs. 149. 230.
Mike, Mikou, Mikud tn. 75. 78. 105. 149. 231. 254. 258. 262. 282. 346. 380. 415. 481. 566.
Mike-Pércs b. és o. sz. cs. 226. 230.
Mikó b. Doboka vm. 570.
Mikocha b. Gömör vm. 53.
Mikocha tn. 191. 355.
Mikóháza b. Kraszna vm. 144.
Mikolai cs. Trencsén vm. 239. 271.
Milleri cs. 99.
Mindszenti cs. 626.
Minorita szerzet 611.
Misei cs. 552.
Misetei cs. 229. 230.
Miske f. Fehér vm. 635.
Miske tn. 251. 613. 621.
Miskei cs. 614.
Mita tn. 238.
Mitrovicz (Szentdemeter) vs. 543.
Mivelődés történeti adatok 4. 8. 12. 224. 234. 252. 292. 320. 322. 334. 338. 349. 389. 418. 450. 470. 480. 497. 501. 504. 557. 562. 627. 645.
Moch b. és o. sz. cs. Esztergom vm. 10.
Moch, Mochk, Mokch tn. 255. 469. 477. 578.
Mochy b. Bars vm. 37.
Mogh tn. 254. 573.
Moghi cs. 230.
Modos b. Keve vm. 480.
Mohali cs. 230.
Mohy f. Borsod vm. 301.
Mokus tn. 597.
Molnári f. Vas vm. 595.
Molonya f. Bars vm. 450.
Molonzeg hn. Baranya vm. 22.
Monak f. és o. sz. cs. 572.
Monaszateleke hn. Gömör vm. 154.
ondek tn. 304.
nkus tn. 98.
oród b. Valkó vm. 143.
ros b. Esztergom vm. 86.
row tn. 99.
Moor tn. 187.
Moroch, Morouch b. és o. sz. cs. 193. 229. 241.
Morotva hn. 25. 163.
Morouchai cs. 303.
Morthfalva Pozsony vm. 534.
Mortunus tn. 539.
Moruthi cs. Erdély 420.
Morva b. 190.
Mosnyce b. Zólyom vm. 51.
Moyteh f. Pozsony vm. 127. 156. 319.
Mucsony f. Borsod vm. 381.
Mukaz b. 229.
Mylych tn. 271.
Myr b. Pozsony vm. 357.
Myslen hn. 358.
Myxe f. Bihar vm. 106.

Nádasd f. Abauj vm. 90. 123.
Nádasd nemz. 14.
Nádasd vr. 328.
Nádasdi cs. 19. 477.
Nádorok 13. 44. 48. 68. 84. 94. 96. 106. 126. 132. 168. 191. 194. 202. 239. 240. 271. 272. 277. 297. 352. 372. 426. 492. 493. 514. 572. 581. 619. 630. 635.
Nagy tn. 162.
Nagyfalu Valkó vm. 143.
Nagylábu tn. 583.
Nagy-Mihályi cs. 210. 229. 434.
Nagy-Oláhfalu Fehér vm. 507.
Nagysemjéni cs. 229. 230.
Nagy-Szombat vs. 236.
Nagy-Várad vs. 8. 29. 292. 322. 411. 548.
Nagyvysta b. 286.
Nána b. Heves vm. 562.
Nándortó hn. Csongrád vm. 461.
Nandraz b. Gömör vm. 566.
Naney b. Baranya vm. 182.
Napakur tn. 146.
Nekchei cs. 355. 582.
Nemchen b. Somogy vm. 641.
Nemes, Nemus tn. 143. 379.

Németh tn. 117. 181. 256.
Németi mv. Abauj vm. 447. 636.
Nemzetségek 14. 88. 191. 198. 208. 229. 232. 392. 413. 424. 443. 446. 450. 466. 486. 494. 503. 554. 570. 583.
Nesta tn. 546.
Nestai cs. 397. 398.
Neszmély f. Komárom vm. 86. 224.
Neunai cs. 21.
Neugtelek b. 321.
Nogka b. Fehér vm. 635.
Nógrád vm. főisp. 148. 340. 478. 501. alisp. 340. 379. 478. 495. 501.
Noska fly. Ungh vm. 334.
Nostra b. Gömör vm. 53.
Noszlopi cs. 248. 614.
Nuz tn. 462.
Nyék f. Pozsony vm. 127. 156.
Nyéki cs. 84.
Nyhynolch b. Vas vm. 17.
Nyir b. Pozsony vm. 357.
Nyirakol b. Somogy vm. 641.
Nyirpatak b. 12. 358.
Nyitra vm. főisp. 95. 469. 514. alisp. 19.
Nyitra vs. 346.
Nyitrai kápt. és tagjai 12. 32. 51. 69. 77. 80. 238. 239. 253. 268. 283. 289. 300. 345. 525.
Nyitrai püsp. 124. 224. 235. 514.
Nyomár b. Borsod vm. 126. 345.
Nyul f. Győr vm. 168.
Nyulas b. Valkó vm. 538.

Ó-buda vr. és vs. 270. 297. 320. 480. 546. 629.
Ó-budai apáczák 468. 480. 533.
Obulgan tn. 55.
Obulmai cs. Baranya vm. 130.
Ochanalos b. Bihar vm. 226. 257.
Ochzyngberg hegy 569.
Ófalu Szepes vm. 294. 471.
Og b. Somogy vm. 245.
Ogh tn. 455. 619.
Ohathi cs. 230.
Ohay b. és o. sz. cs. 287.
Ohtyna b. Gömör vm. 550.
Okamar b. Valkó vm. 541.
Okuri monostor Baranya vm. 583. 589.
Olaaz tn. 8.
Oláhfalu Fehér vm. 507.
Oláhok 79. 144.
Olaszi f. Zemplén vm. 330. 459.
Olaztelek b. Somogy vm. 641.
Oleyt tn. 120. 556.
Oliver tn. 570.
Ologi cs. 394. 550.
Olper tn. Belső-Szolnok vm. 20.
Olsovicha b. és o. sz. cs. 375. 400 456. 664.
Olvati cs. 230.
Olyvanthi cs. 238.
Ómariai cs. 226.
Omode tn. 47. 176. 238. 357.
Ondos. Wndos b. Somogy vm. 640 642.
Ónod f. és o. sz. cs. Borsod vm. 301. 206. 580.
Onth tn. 459.
Opor tn. 536.
Orloch b. és o. sz. cs. Trencsén vm. 239. 271.
Ormos tn. 386.
Ornicus tn. 230.
Oroz cs. 330.
Orozfai cs. 327.
Orozy b. Valkó vm. 353.
Orros tn. 143. 513.
Országbirák 1. 235. 266. 514. 630.
Ortolf tn. 357.
Ozorias b. Baranya vm. 642.
Oztorgatho b. Győr vm. 178.
Oztra tó Csongrád vm. 461.
Oztrozegh hn. Ungh vm. 332.
Örvény f. Heves vm. 208.

Pache, Pachey b. és o. sz. cs. 228. 229. 258.
Pachinta b. 314. 419.

Pacza, Poulcha b. Somogy vm. 374.
Páty (Paagh) f. Pilis vm. 257.
Padán f. Csallóköz 105.
Padragh f. Veszprém vm. 247. 612.
Padua vs. 612.
Pakoni cs. 84.
Pál bán 413.
Palachko b. Erdély 419.
Palagári cs. 314.
Palásthi cs. 256.
Pálfalva Somogy vm. 640.
Palocsa vr. 473.
Pályi f. Szatmár vm. 75. 357.
Panasz b. és o. sz. cs. Bihar vm. 231. 233.
Pankota mv. 389.
Pannonhalmi cnt és tagjai 6. 168. 173. 224. 406. 597.
Pány f. Abauj vm. 510.
Panyith f. Gömör vm. 62. 85.
Pányok f. Abauj vm. 122.
Pápai főesp. 323.
Pápák 33. 406.
Papos f. Szatmár vm. 75. 76.
Párbaj 354.
Pardancz b. és o. sz. cs. 585.
Pardyw b. Pilis vm. 81.
Párisi cs. 585.
Parlag b. Honth vm. 647.
Parlagi cs. 226. 229. 230. 302.
Pásztói apátság 496.
Pata mv. Heves vm. 355. f. Somogy vm. 494.
Patehapataka b. Gömör vm. 94.
Patha b. és o. sz. cs. Nyitra vm. 19.
Patha tn. 187.
Pathai főesp. 105. 166. 201. 244.
Patruh b. Szabolcs vm. 480.
Paulinusok 299.
Paur tn. 539.
Pechel b. Kraszna vm. 144.
Pécs vr. és vs. 235. 349. 410. 417. 435. 481. 583. 589.
Pécsi kápt. és tagjai 33. 87. 89. 128. 131. 160. 175. 213. 218. 313. 433. 435. 481. 581. 582. 588. 589.
Pécsi püsp. 64. 182. 328. 514.
Pécsi Szent-János egyház prépostja 589.
Pécsvárad 410. 649.
Pécsváradi cnt. 160. 195. 410. 588. 648.
Pécsöli cs. Zala vm. 621.
Péczi cs. Győr vm. 168.
Pederi cs. Vas vm. 595.
Peechi cs. 416.
Pelei cs. 155.
Pelejthei cs. 203.
Pelezte f. 210.
Péli cs. 275.
Pelsőczi cs. 485.
Penyn hegy Szepes vm. 472.
Pénznemek, feltünőbbek 115. 412. 500. 650.
Pércsi cs. 226. 230.
Perechen b. Esztergom vm. 123.
Perechtel tn. 173.
Pereked b. Baranya vm. 648.
Perethei cs. 230.
Perich, Phyrich b. Baranya vm. 130. 214.
Perkedi cs. 230.
Perloth b. és o. sz. cs. 24.
Perrin b. és o. sz. cs. 181.
Pescheer völgy Borsod vm. 299.
Pest vm. szolgabirák 84.
Pest vs. 461. 548.
Petény p. Csallóköz 105.
Péter bán 436.
Peterdi cs. 230.
Péterfalva Fehér vm. 506. Somogy vm. 640.
Peterke, Peturke tn. 254. 539. 543. 592.
Peteteluke b. Erdély 419.
Pethe, Petheu, Pethus tn. 169. 258. 455. 466.
Pethene tn. 106. 145. 229. 263. 381.
Petheuch tn. 121. 191. 355. 516.
Petren tn. 304.
Petrisa tn. 304.

Petrustelek hn. Veszprém vm. 100.
Pettri cs. 397.
Peturmann tn. 548.
Peturnye tn. 591.
Peus tn. 84.
Pezendorf Erdély 6.
Pezie b. Somogy vm. 305. 463.
Philpe, Philpus tn. 130. 328. 352.
Pichan tn. 304.
Pilisi cnt. és apát 42. 43. 114. 478.
Pilisi cs. 84.
Pinkócz f. és o. sz. cs. Ungh vm. 330.
Pinkusd tn. 229.
Pizd b. Vas vm. 557.
Plóna b. Zólyom vm. 51.
Poch tn. 117.
Podradzaza b. Szepes vm. 571.
Pogh tn. 330.
Pohárnokok klyiak 244. 514. 545.
Pok b. Heves vm. 562.
Póka, Pouca, Powk tn. 99. 208. 425. 443.
Pókatelek b. és o. sz. cs. Erdély 487.
Poky cs. 59. 235. 266. 415.
Ponchföldе b. 191.
Ponya tn. 238.
Ponylai cs. 230.
Ponyth tn. 398.
Pool tn. 117.
Pop tn. 252. 265. 282.
Poprád b. Szepes vm. 571. fly. 472.
Porog tn. 648.
Posa, Pous, Pousa, Pows tn. 48. 98. 149. 160. 170. 192. 204. 229. 240. 268. 276. 321. 342. 375. 395. 400. 434. 456. 486. 489. 562. 597. 609. 626.
Poson tn. 483.
Pósvárallya b. Heves vm. 50.
Pozsega vm. alisp. és főisp. 35.
Pozsegai kápt. és tagjai 34. 362.
Pozsony vm. főisp. 83. 167. 235. 361. 421. 514. 533. 534. 602. 619. alisp. 105.
Pozsony vr. és vs. 43. 114. 167. 173. 274. 325. 513. 521. 530. 533.
Pozsonyi kápt. és tagjai 5. 12. 24. 28. 105. 127. 156. 283. 289. 325. 358. 465. 468. 513.
Prebych fly. Szepes vm. 475.
Prekud b. Zólyom vm. 51.
Prépostfalva Erdély 498.
Princh tn. 226.
Prodaviz b. 74.
Pukusháza ft. Abauj vm. 123.
Purbysafalva Valkó vm. 536.
Puszta-Szentmihályi cs. 486.
Putnoki cs. 345. 373.
Putruh tn. 311.
Pynar b. Bars vm. 32.
Pyukfalva és o. sz. cs. Szepes vm. 120. 121.

Quintoforum Szepes vm. 121.

Rabei cs. 230.
Rabolcsi cs. 208.
Rachunchas b. Gömör vm. 94. 277.
Rácz Mihály 293.
Rád f. Baranya vm. 64. Zemplén vm. 44.
Radach b. Sáros vm. 330.
Rádai cs. 84.
Rádfalva Baranya vm. 218.
Radka f. 123.
Rados tn. 130. 213.
Radvány f. Komárom vm. 86.
Rakalub f. és o. sz. cs. Trencsén vm. 20.
Rakazpatak Pozsony vm. 358.
Rákóczi cs. 189.
Rápcza fly. 452.
Rápolthi cs. 633.
Ratholt nemz. 494.
Rátóth f. Pest vm. 454.
Rayk tn. 321.
Reche b. Kraszna vm. 145.
Reche tn. 184.
Recske f. és o. sz. cs. Gömör vm. 39. 577.
Réde b. és o. sz. cs. 77. 351. 520.

Rekeztheni cs. 82.
Remete tn. 462.
Rendicei cs. 291.
Rengelkyrh b. Fehér vm. Erdély 484. 512.
Regun b. Fehér vm. 432.
Rennold tn. 38. 301. 327. 452. 637. 639.
Retend tn. 103.
Réva b. és o. sz. cs. 408. 433. 567. 649.
Rezegei cs. 230.
Rikolf tn. 342. 374. 375. 396. 400. 456. 473. 488. 562. 603.
Rimai cs. 78. 439. 492.
Rimócz f. Nógrád vm. 370.
Roazd b. Somogy vm. 641.
Rohfalva Gömör vm. 560.
Rohundorf Fehér vm. Erdély 483. 512.
Roman tn. 258.
Róna b. Gömör vm. 38.
Ronyva fly. 66. 123.
Ronyvai cs. 189.
Rophoyn tn. 285.
Rosnyó vs. 269.
Rozgonyi cs. 26. 41. 70. 113. 139. 242. 422. 482.
Rozlozna f. Gömör vm. 53.
Rozvágyi cs. 208. 210.
Rubynhegy Kraszna vm. 144.
Ruchi cs. 539.
Rudal b. Erdély 497.
Rudna f. Gömör vm. 94.
Rum mv. Vas vm. 258. 259. 600.
Rusunbach fly. Szepes vm. 475.
Ruszka f. Zemplén vm. 265.
Rutenia 26. 263.
Ruzlavicha b. Sáros vm. 176.

Sadayn tn. 146.
Saffar tn. 486.
Ság b. Somogy vm. 246. Szolnok vm. 20.
Sági cnt. és prépost 133. 134. 199. 298. 477. 644.
Sahtontelek b. Fehér vm. Erdély 483. 512.
Sajó fly. 38. 306. 580. 638.
Salamon b. és o. sz. cs. 229.
Salgó vr. Nógrád vm. 232. 495.
Salgói cs. 108.
Salus tn. 106.
Samarja mv. Pozsony vm. 533.
Sameyl, Samyl tn. 112. 132. 314.
Samuel b. 581.
Samuthi cs. 28.
Sandur tn. 229.
Santus tn. 312.
Sár b. Vas vm. 16. 259. 557.
Sár erdő Pozsony vm. 358.
Sár fly. Fehér vm. 297. Vas vm. 634.
Sarangi cs. 230.
Sárd f. Somogy vm. 641.
Sárfe b. Nyitra vm. 254.
Sári cs. 248. 251. 441. 552. 612. 619.
Sarlou f. 103.
Sárrét 187.
Sarog b. és o. sz. cs. Baranya vm. 213.
Sáros b. Esztergom vm. 480.
Sáros vm. főisp. 501. alisp. 519.
Sáros vr. 202. 519.
Sárosd f. és o. sz. cs. Fehér vm. 255.
Sárospatak vs. 1. 330. 459.
Sarowi cs. 430.
Sartivanvezei nemz. 232.
Sartou b. 218.
Sarval f. Fehér vm. 137.
Sárvár monostor Szatmár vm. 104.
Sasvári István 293.
Sátorallja-Ujhely vs. 65.
Sau tn. 250.
Sceek, Zeek b. 49. 94. 96.
Scekwl, Zekel. Zekul. Zekkul tn. 57. 58. 262. 503. 504.
Scelte b. Zólyom vm. 51.
Scem tn. 1.
Scincha b. Slavonia 362.

Scinva fly. 299.
Scivina b. Nógrád vm. 217.
Scyvenvize Sáros vm. 324.
Sebe tn. 31. 52. 621.
Sebreth tn. 230.
Sebus tn. 12. 235. 272. 300. 322. 357. 468.
Sech tn. 112.
Sechti cs. 488.
Sedfeu hn. 172.
Sedlin tn. 8.
Sela tn. 556.
Seliber tn. 435. 481.
Selind f. és o. sz. cs. Bihar vm. 229.
Sellye mv. Nyitra vm. 24. 25.
Semjén f. Szabolcs vm. 630. Szatmár vm. 262.
Sempte vr. 95.
Sengew b. Bars vm. 32.
Septej b. és o. sz. cs. Bihar vm. 229.
Serbia 573.
Serdy cs. Baranya vm. 130.
Seredeni nemesek 145.
Seregélyes mv. Fehér vm. 196.
Serephel tn. 228.
Sicambria 611.
Siklós mv. és o. sz. cs. Baranya vm. 87. 89. 175. 218. 435. 481. 642.
Siller tn. 124.
Sima b. és o. sz. cs. 4. 92.
Sinca tn. 519.
Sislócz f. Ungh vm. 330.
Sitke f. Vas vm. és o. sz. cs. 4. 297. 372.
Sitten b. Esztergom vm. 10.
Slavoniai bánság 555.
Slavosfalva Gömör vm. 560.
Soldus tn. 556.
Solmos b. Heves vm. 205. Szabolcs vm. 270. 449.
Somberg b. Pozsony vm. 273. 300. 323. 515. 518.
Somkuth b. Gömör vm. 53.
Somló b. Kraszna vm. 144.
Somodi *f. Abauj 509.*
Somogyi főesp. 256. 639.
Somogyvár 463.
Somogyvári apát és cnt. 68. 125. 225. 245. 247. 502. 516. 581. 640.
Somosvölgy b. Gömör vm. 494.
Somsziget hn. 47.
Somvirági cs. 621.
Sool tn. 372.
Soos tn. 159. 193. 443. 519. 582.
Sópatak b. és o. sz. cs. 107.
Sopron vm. főisp. 4. 578.
Soproni főesp. 60. 522.
Sóskuth b. Győr vm. 626.
Sóvár és. o. sz. cs. Sáros vm. 1. 27. 159. 193. 443. 519.
Söveg vr. 153.
Spalatoi érs. 514.
Sprengh f. Fehér vm. Erdély 483.
Starchan b. 478.
Stark tn. 503.
Steepkfalva 321.
Stelche b. Gömör vm. 153.
Stilbach b. Szepes vm. 569.
Strachina b. Sáros vm. 73. 263.
Stridó vr. 339.
Suen b. Somogy vm. 347.
Sugh b. 229.
Suklós hegy Veszprém vm 100.
Suksár fly. Somogy vm. 305.
Suli cs. 577.
Sulumus b. Csanád vm. 554.
Sulyok tn. 215.
Sumburi cs. Erdély 420.
Sumurugd tn. 193.
Sun b. 370.
Supanai cs. 82.
Sur f. Pozsony vm. 523.
Surian b. Somogy vm. 523.
Svevi villa Szepes vm. 181.
Sybeerki cs. 496.
Sydoueghaz b. Pest vm. 136.
Sygerei cs. 230.
Sykesdfalvi cs. 98.
Syketh tn. 330.
Sykusd tn. 552.
Sykusdy cs. 100.

Sympahpatak 146.
Synk b. 190.
Synka, Synke tn. 27. 59. 159. 228. 309.
Szabolcs vm. főisp. 235.
Szabolcsi főesp. 105. 166. 201. 244. 262. 460.
Szádelő f. és o. sz. cs. Abauj vm. 508.
Szakállas p. Heves vm. 113. 132.
Szalai. Zalai cs. 59. 465.
Szalók (Tisza) f. 552.
Szalók f. és o. sz. cs. Veszprém vm. 58.
Szalók nemz. 583.
Szalóki cs. 230.
Szántó (Zamptow) Nográd vm. 573.
Szapár f. Veszprém vm. 99.
Szaporcza fly. Baranya vm. 225.
Szárazberek b. Szatmár vm. 4.
Szász-Sebes vs. 507.
Szászi cs. 28.
Szatmár-Németi vs. 351.
Száva fly. 362. 541. 542.
Szeben b. Bihar vm. 29.
Szeben vs. 6.
Szebenszék 5.
Szécsen f. Nógrád vm. 370. Vas vm. 597. 600.
Szécsi, Zechi cs. 210. 265. 478. 495. 514.
Szegszárdi apát és cnt. 182. 194. 215. 394. 395.
Szekcső vr. és o. sz. cs. Baranya vm. 130. 131. 213. 214.
Székelyek isp. 583.
Székesfehérvár 99. 252. 256. 282. 392. 635.
Székesfehérvári kápt. és tagjai 62. 82. 160. 235. 393. 441. 462. 613.
Szemeréd f. és o. sz. cs. Hont vm. 647.
Szentantalvölgyi carthausiak 294.
Szentbenedek b. 19.
Szentdemeter (Mitrovicz) mv. 543.
Szentegyed b. Baranya vm. 583.
Szenternői kápt. 508. 567. 649.
Szentgyörgy vr. Pozsony vm. 275. 323. 357.
Szentháromsági monostor Baranya vm. (Trinitas) 583.
Szentimre f. Erdély 497.
Szentimrei cs. 229.
Szentiván f. Fehér vm. 510.
Szentiváni cs. 21. 58.
Szentjakab b. Pilis vm. 480.
Szentkirály f. Gömör vm. 37. 391. Pest vm. 421.
Szentkirályi cs. 228. 345.
Szentlászló b. Fehér vm. 436. Somogy vm. 641. Szepes vm. 443.
Szentlélek b. 586.
Szentluka b. Somogy vm. 640.
Szentmáriai cs. 314.
Szentmárton b. Bodrogh vm. 219. Doboka vm. 569. 570. Szatmár vm. 104.
Szentmártonmaan b. 136.
Szentmihályi cs. 184. 314. 419.
Szentmiklós b. Baranya vm. 130. Pest vm. 454. Somogy vm. 649. 213.
Szentmiklósi cs. 230.
Szentpéteri cs. 480.
Szentsalvatori cs. 539.
Szenttamási cs. 314.
Szentvidi cs. 627.
Szepes vm. főisp. 443. 501.
Szepes vr. 501.
Szepesi cs. 230.
Szepesi kápt. és tagjai 34. 36. 39. 55. 108. 120. 121. 181. 203. 208. 247. 248. 255. 267. 279 417. 427. 434. 488. 501. 508. 556. 559. 568. 571. 584.
Szepsi mv. Abauj vm. 508.
Szerdahely b. 218. Somogy vm. 640.
Szerém vm. főisp. 535. 543.
Szerémi püsp. 94. 127. 156. 195. 266. 491. 514.
Szeri Pósa 268. 321. 412. – cs. 170.
Szikszó mv. és o. sz. cs. Abauj vm. 162. 276

Szilvaegyház b. Heves vm. 589.
Szilvás b. Fehér vm. Erdély 507.
Szinye (Zine, Zinnye) b. és o. sz. cs. 355. 383.
Szirmai cs. 379. 397.
Szkáros f. és o. sz. cs. Gömör vm. 42. 197. 384. 477.
Szolnok vm. főisp. 4. 69. 91. 94. 116. 147. 148. 199. 217. 257. 419. 503. 506. 511. 514. 633. alisp. 20. 147.
Szombathely vs. 18. 600.
Szomolnok vs. 568.
Szöllős f. Abauj vm. 121. Baranya vm. 130. 213. Nógrád vm. 495. Somogy vm. 260.
Szörényi bán 117.

Tabur tn. 525.
Tagadow tn. 99. 205.
Tagadótelek b. Heves vm. 205.
Tajnai cs. 274.
Takou tn. 84.
Taksony f. Pest vm. 181. 244.
Tamáshida b. és o. sz. cs. Zaránd vm. 148.
Tamási b. Szepes vm. 37. 443.
Tamási cs. 168. 229.
Tanitó klyi 450. 454.
Taplocza f. Gömör vm. 53. 317.
Tapolczafő b. Torna vm. 517.
Tapolcsán mv. Bars vm. 317. Nyitra vm. 271.
Tapolcsán vr. 561.
Tarfalva Gömör vm. 560.
Tarján b. és o. sz. cs. 11.
Tarkői cs. 489. 603.
Tárnok b. és o. sz. cs. Pozsony vm. 549.
Tárnok tn. 548.
Tarnuki cs. 466.
Tárnokmesterek 1. 235. 269. 277. 469. 514. 545. 583.
Tasnád mv. 143.
Tatár tn. 304.
Tathus hn. 188.
Tatsere b. Pozsony vm. 532.
Tavarnak f. Zemplén vm. 229.
Tecei cs. 648.
Tegenyei cs. 330.
Tehenustelek b. Erdély 419.
Tejfalu Pozsony vm. 533.
Tekeregzegh b. Pozsony vm. 530.
Telekbánya Abauj vm. 121.
Teluki b. 91. 320.
Temes vm. ispán 83.
Temesvár 181.
Tenki nemesek 46.
Tepke p. Nógrád vm. 496.
Terem f. Szatmár vm. 104.
Tereny tn. 425.
Terpenye b. és o. sz. cs. 314. 419.
Tesenfalva Baranya vm. 642.
Teszér b. és o. sz. cs. Hont vm. 256.
Tétényi cs. 432.
Tetheus, Tuteus tn. 36. 235. 320.
Tetuli cs. 421.
Thaar, Tharo tn. 168. 459.
Thalag hn. Győr vm. 452.
Tharanyani cs. 486.
Thech tn. 496.
Thege tn. 446.
Thekele nemz. 424.
Thekew tn. 100.
Thenus tn. 556.
Thetemes hn. 172.
Thoka, Thovka tn. 83. 99.
Thokey cs. 398.
Thompus, Tumpa, Tumpus tn. 147. 191. 228. 230.
Thonk, Tonk tn. 408. 433. 567. 649.
Thóttalvi cs. 471.
Thóti cs. 413. 454.
Thuba b. 198.
Thurol tn. 372.
Thurutru hn. 172.
Thuli cs. 187.
Thuzatelek b. Kraszna vm. 144.
Thyddo tn. 546.
Thyreteleke b. Kraszna vm. 144.
Thytus tn. 417.

Tiba tn. 26. 55. 423. 487. 621.
Tihany vr. 621.
Tihanyi cnt. 612. 624.
Timárdém b. Veszprém vm. 58.
Tisinoleh b. Vas vm. 17.
Tisza fly. 2. 101. 132. 133. 280. 326. 395. 412. 466.
Titeli kápt. és prépost 170. 479. 585.
Tivadar tn. 229.
Tobok tn. 229.
Tokay b. és o. sz. cs. 104.
Tolcsva mv. és o. sz. cs. Zemplén vm. 9. 45. 491.
Toldi cs. 80.
Tolna-Szentgyörgyi cs. 464.
Tolvajtölde Pozsony vm. 602.
Tomasina klyné 352.
Topol fly. 176.
Toporcz. Tupurcz fly. Szepes vm. 475.
Torda vs. Erdély 419.
Tordai cs. 231.
Torkuni cs. 230.
Tóth. Touth tn. 95. 98. 447. 556.
Tóthországi bánok 15. 16. 73. 263. 303. 344. 352. 514. 555. 565. 648.
Toty b. Somogy vm. 641.
Touth-Kálló b. 631.
Töhöl f. és o. sz. cs. Bars vm. 238.
Tőrincs f. Nógrád vm. 318.
Tortós f. Baranya vm. 175 583. Vas vm. 258.
Trencsén vm. alisp. 229.
Trencsén vr. 124. 240.
Treutul. Trotul tn. 83. 95. 361. 421. 514. 619. 635.
Trocsány f. és o. sz. cs. Sáros vm. 230. 488.
Tubapatak Heves vm. 307.
Tukulchen b. és o. sz. cs. Nyitra vm. 254. 282.
Tunew b. Veszprém vm. 99.
Tur f. és o. sz. cs. Hont vm. 315. 648.
Turbuch tn 134.
Turcsányi nemesek Nyitra vm. 80.
Turócz vm. főisp. 95.
Turóczi cnt. és prépost 24.
Turso tn. 62.
Turucy cs. 391.
Tussa f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 44. 88. 425.
Tüskés (de spinis) b. Erdély 569.
Twreki cs. 634.
Tylo tn. 443.
Tyuk tn. 420.
Tyvan tn. 593.

Udvard b. 110.
Ugali cs. 68. 95. 178. 195. 235. 260. 266. 297. 304. 347. 482.
Ugocsa vm. főisp. 244.
Ugod f. és o. sz. cs. Veszprém vm. 58.
Ugrai cs. 553.
Ugrin tn. 198. 304. 354. 486. 539.
Ugud tn. 231. 275.
Ugudházi cs. 275.
Uisclan tn. 304.
Ujbécs b. Pest vm. 84. 312. 550.
Ujfalu b. Erdély 6. 497. Gömör vm. 94. Győr vm. 178. Hont vm. 646. Pozsony vm. 300. 323. 534. Sáros vm. 73. 263. Szabolcs vm 261. 389.
Ujfalvi cs. 208.
Ujlak b. Hont vm. 467. vs. Szerém vm. 486.
Ujlaki cs. 229. 230.
Ujvágás b. Szepes. vm. 471.
Ujvár Sáros vm. 73.
Ujvásár b. Pozsony vm. 535.
Ujudvari cnt. 245.
Ulche tn. 304.
Ungh fly. 334.
Urbánostelek b. Bihar vm. 29.
Urkuta hn. Esztergom vm. 119.
Utal fly. 172.
Üzbég f. Nyitra vm. 196.

Vachala tn. 633.
Vácz vs. 454.

Váczi kápt. 53. 139. 217. 288. 342. 355. 375. 401. 485. 488.
Váczi püsp. 514.
Wadai cs. 230.
Vadé b. Somogy vm. 68.
Vagendrüssel vs. 569.
Vágh fly. 25. 77.
Vaiszlo f. Baranya vm. 588.
Vaján f. Ungh vm. 330.
Vajta b. Fehér vm. 394.
Waldhyd f. Erdély 498.
Valkó vm. főisp. 535. 540. 543.
Valkócz f. és o. sz. cs. Bars vm. 545.
Valkóvár 537.
Valkovár, Wolko b. Kraszna vm. 143. 147.
Valter tn. 469.
Walthi cs. 380.
Walus b. Somogy vm. 641.
Vámos tn. 509.
Vanyarczi cs. 561.
Várallja b. Heves vm. 49. 50. 204. Nógrád vm. 370.
Váradhegy Torna vm. 517.
Váradi cnt. és tagjai 78. 91. 197. 270. 413. 414. 449.
Váradi kápt. és tagjai 29. 91. 104. 143. 149. 261. 278. 292. 293. 307. 322. 351. 381. 411. 414. 427. 483. 503. 548. 632.
Váradi püsp. 8. 29. 292. 293. 415. 514.
Varda tn. 170. 199.
Várdai cs. Somogy vm. 639.
Waredi cs. 69.
Várjobbágyok 495. 513.
Varsány (Vosyan) b. Zaránd vm. 307.
Vas vm. főisp. 4. 7. 16. 63. 578. 634. alisp. 16. 592. 634.
Vásárhelyi cs. 108.
Vasvár 7. 634.
Vasvári kápt. és tagjai 3. 14. 16. 40. 198. 258. 374. 519. 557. 592.
Váth f. Vas vm. 198.
Vathai cs. 276.
Vaya, Voya f. Kraszna vm. 147.
Vece tn. 373.
Vecherch b. és o. sz. cs. Pilis vm. 547.
Weech tn. 86.
Velchul tn. 229.
Velikei cs. 639.
Vemus b. Baranya vm. 588.
Vencsellő b. Szabolcs vm. 488.
Vengerskyrk b. Fehér vm. Erdély 511.
Ventosy cs. 124.
Vepezd tn. 24.
Vepseni cs. 597.
Verebi cs. 478.
Vereg fly. Abauj vm. 122.
Veres f. és o. sz. cs. Nógrád vm. 500.
Veresdob b. Csanád vm. 554.
Veresegyház b. Fehér vm. Erdély 483. 511.
Veresmarth f. Baranya vm. 130. 212.
Weressed b. Szabolcs vm. 480.
Veresvezew b. Somogy vm. 463.
Vermes b. Baranya vm. 194.
Wernel tn. 496.
Vernelvágás b. Sáros vm. 488.
Verőcze vm. főisp. 329. 361.
Verpelét f. Heves vm. 552.
Vértesi cs. 621.
Veszprémi cs. 150.
Veszprémi kápt. és tagjai 27. 97. 347. 617. 620. 639.
Veszprémi mindszenti prépost 639.
Veszprémi püsp. 348. 514.
Veszprémvölgyi apáczák 247. 439. 612.
Weychi cs. 552.
Veyki cs. 129. 212.
Veyteh tn. 378. 607.
Weytheh, Weythych b. 47. 134.
Vezekén b. és o. sz. cs. Heves vm. 400. 401. 457.
Wger b. Szolnok vm. 20.
Vid, Vide, Wyth, Wythk tn. 304. 346. 454. 496. 498.

Villa lactis Pozsony vm. 503.
Villány f. Baranya vm. 22.
Villeneuve vs. 408.
Vilzendorf Erdély 6.
Vinchench b. Fehér vm. Erdély 483. 512.
Vinczlov, Vynchlou tn. 14. 203. 258.
Vinichna b. 566.
Viola tn. 440. 620.
Vis f. Szabolcs vm. 330.
Visegrád vr. 2. 5. 10. 12. 16. 26—28. 40. 61. 63. 65. 67. 75. 91. 93. 95. 101. 103. 109—112. 116. 117. 119. 122. 128. 131. 142. 155. 159. 161. 177. 186. 190. 194—197. 206. 216. 224. 233. 236. 241. 245. 251. 255. 258. 260. 265. 268. 278. 282. 287. 291. 294. 296—298. 301. 305. 307. 311. 313. 315. 317. 319. 321. 327—329. 337. 340. 343. 344. 346. 350. 355. 356. 379. 380. 384. 391. 405. 423. 426. 430—432. 434. 439. 442. 447. 449. 454. 456. 459. 469. 470. 475. 477. 480. 482. 486. 489. 491. 492. 499. 500. 505. 506. 508. 527. 533. 549. 552. 556. 558. 559. 561. 564. 575. 577. 578. 584. 585. 590. 602. 611. 625. 634. 647.
Visnyó f. 26.
Visoly f. Abauj vm. 44. 48. 49.
Viszló f. Baranya vm. 194.
Viviers vs. 202.
Wlchyna b. Szepes vm. 584.
Wlyugh b. Bars vm. 316.
Vmuri cs. 83.
Wngai cs. 206.
Wod, Wodon tn. 28. 322.
Wogya tn. 106.
Woigh tn. 84. 134.
Vok tn. 91.
Worzkai cs. 585.
Vosy cs. 238.
Vosyan b. Zaránd vm. 92. 93.
Voytha b. Fehér vm. 297.
Vozer tn. 295.
Vörösberén (Zarberen) f. Veszprém vm. 439.
Vörösligeti cs. 621.
Vracz tn. 627.
Wrdug, Wrdung tn. 230. 291. 635.
Wrgeteg b. Erdély 79.
Vrhuan b. 63.
Vrs, Wrs b. Erdély 419. 420. Tolna vm. 296.
Wrus b. Valkó vm. 541.
Vrwsi cs. 160.
Wsa b Pest vm. 551.
Wskuleu b. Erdély 79.
Vsy b. és o. sz. cs. 307.
Vylian tn. 256.
Wyne b. Gömör vm. 560.
Vysta, Vyste b. és o. sz. cs. 254. 286.
Vyzneu b. 423.
Vz, Wz, Wza tn. 130. 213. 423. 491.

Zaaz tn. 12.
Zabadi b. Valkó vm. 352.
Zabary cs. 90.
Zabo nemz. 413.
Zacha tn. 450.
Zaday cs. 84.
Zágráb vs. 567.
Zágrábi cs. 209. 280.
Zágrábi kápt. 566.
Zágrábi püsp. 15. 87. 89. 344. 514. 563.
Zagyvaföi cs. 217.
Zah Feliczián 450.
Zah nemz. 450.
Zaheus, Zahyus b. Pest vm. 84. 312. 561.
Zaka b. Abauj vm. 90. Somogy vm. 305. 463.
Zakali cs. 236.
Zakalya vr. 66.
Zakan b. Valkó vm. 538.
Zakul b. 27.
Zala tn. 549.
Zala vm. Püsp. 619.

Zalag tn. 637.
Zalakuz b. 346.
Zalanthai cs. 379. 397.
Zalka b. Szatmár vm. 76.
Zaloucháza b. Gömör vm. 94. 277.
Zamul b. Pozsony vm. 282.
Zanchuk tn. 269. 317.
Zanyo tn. 226.
Zaránd vr. 292.
Zathmári cs. 234. 349.
Zayhan tn. 639.
Zayla b. 240.
Zebegnyő f. Zemplén vm. 211.
Zebegnyői apát és monostor 182. 183.
Zechchai cs. 69.
Zech b. 209. 210.
Zecke tn. 164.
Zedliczei soltész 469.
Zeek b. Kraszna vm. 144.
Zegey cs. 133.
Zegrethe hn. 39.
Zegyes tn. 106.
Zekul b. 423.
Zelchen b. Nyitra vm. 20.
Zelees b. Pozsony vm. 323.
Zelemér tn. 145. 424.
Zeleméri cs. 145. 230.
Zelenchi cs. 549.
Zeleni cs. 256.
Zelezenzad b. Valkó vm. 541.
Zelus hn. 532.
Zemeth b. Pozsony vm. 324.
Zemplén vm. alisp. 202.
Zengen b. 69.
Zenthusi cs. 208. 210. 426.
Zepethnuki cs. 415.
Zerdahel f. Nyitra vm. 134.
Zeredahel b. 642.
Zerenka f. Somogy vm. 641.
Zenke tn. 303. 496. 648.
Zeurus tn. 181. 589.
Ziky, Zyk b. Pozsony vm. 323. 357.
Ziman b. és o. sz. cs. Veszprém vm. 27. 59.
Zlauckfalvi cs. 471.
Zobodgumne b. Fehér vm. 393.
Zobonya tn. 229.
Zobori cnt. 203. 252. 289. 422
Zodus tn. 229.
Zolachi cs. 46.
Zolgovi (Salgói) cs. 495.
Zolnuki cs. 230.
Zolokhegye b. Szepes vm. 191.
Zomor tn. 488.
Zomuliai cs. 41.
Zonk, Zunk tn. 90. 181. 240. 534.
Zopa tn. 583.
Zopor b. 585.
Zotmári Miklós 4.
Zouard, Zuard tn. 86. 228.
Zouan b. Szatmár vm. 76.
Zouathi cs. 229.
Zoym. tn. 361.
Zsámbék f. és o. sz. cs. Pilis vm. 84. 437.
Zsegra f. és o. sz. cs. Szepes vm. 488.
Zsigárd f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 24.
Zsitva fly. 289.
Ztoyradsa b. Verőcze vm. 361.
Ztragár b. Szepes vm. 471.
Zuan b. Kraszna vm. 146.
Zubko tn. 566.
Zuchye tn. 45.
Zudak tn. 80.
Zumakzegh b. 542.
Zumburi cs. 397.
Zun b. Nógrád vm. 496.
Zunhud b. Borsod vm. 350.
Zurkháza fly. Valkó vm. 542.
Zwinobánya b. Nógrád vm. 217.
Zybbathy nemesek 486.
Zyl nemz. 570.
Zylas sziget Bihar vm. 30.
Zylee b. 47.
Zylvaegyház b. 551.
Zymei cs. 327.
Zynche b. 198.
Zytve b. 827.

ymesi Forgách Ferencz, nagyváradi püspök, magyar historiája 1540—1572 Forgách Simon és Istvánfi Miklós jegyzéseikkel együtt. A herczeg Eszterházy-féle kéziratból közli Majer Fidel. Bevezette Toldy Ferencz. Egy kötet. (Monum. Script. 16. kötet.) 1866. LXXXVIII és 553. lap. 3 frt.

AGYAR TÖRTÉNELMI EMLÉKEK. (Monumenta Hungariae Historica). *I. osztály Okmánytárak:* (Diplomataria). I—XXV. kötet. 1857—1879. 8-rét. Ára az eddig megjelent 25 kötetnek együtt megrendelve 45 frt. Tartalom:

agyar történelmi okmánytár, a brüsseli országos levéltárból és a burgundi könyvtárból. (1441—1652. Összeszedte s lemásolta Hatvani (Horváth) Mihály. I—IV. kötet. (Monum. Diplom. 1—4. köt.) 1857—59. 89½ ív 8 frt.

agyar történelmi okmánytár, londoni könyv- és levéltárakból 1521—1717. Összeszedte és lemásolta Simonyi Ernő. Egy kötetben. (Monum. Diplom. 5. köt.) 1859. 318 lap. 2 frt.

rpádkori uj okmánytár. (Codex Diplom. Arpadianus cont.) Fejér Gy. Codex Diplomaticusának folytatása. Közzéteszi Wenzel Gusztáv. I—XII. kötet. (Monum. Diplom. 6—13. 17. 18. 20. 22. kötet.) 1860—1874. 392 ív 28 frt.

lvinczi Péter okmánytára. (Diplom. Alvinezianum.) Erdélyi visszacsatolása felett a magyar királylyal és megbizottjával folytatott alkudozások történetéhez. 1685—1688. Közzétette Szilágyi Sándor. 2 kötetben. (Monum. Diplom. 14. 15. köt.) 1870. I. VI és 421 lap. II. 338 és LVIII lap. 4 frt.

I. Pál pápa és Faruese Sándor bibornok Magyarországra vonatkozó diplomácziai levelezései. 1535—1549. Közli Óváry Lipót. (Monum. Dipl. 16. köt.) 1879. XXXVI. és 214 lap. Ára 2 frt.

ázmány Péter levelezése. (Cod. Epistol. Petri Pázmány Card). Közzé teszi Frankl Vilmos I. kötet. 1605—1625. (Monum. Diplom. 19. köt.) 1873. XXV és 461 lap 3 frt.

kmánytár I. Rákóczi György svéd és franczia szövetkezéseinek történetéhez. 1632—1648. Szerkeszté és jegyzetekkel ellátta Szilágyi Sándor. Egy kötet. (Monum. Diplom. 21. kötet.) 1873. IX. és 491 lap. 2 frt.

kmánytár II. Rákóczi György diplomatiai összeköttetéseihez. (1648—1660. Szerkeszté Szilágyi Sándor. Egy kötet. (Monum. Diplom. 23. kötet.) 1874. VII és 740 lap. 3 frt.

két Rákóczi György fejedelem családi levelezése 1632—1660. Szerkeszté Szilágyi Sándor. Egy kötet, két fényvéseti hasonmással. (Monum. Diplom. 24. kötet.) 1875. XII és 644 lap. 4 frt.

iáh Miklós levelezése. Közli Ipolyi Arnold. Egy kötet. (Monum. Diplom. 25 kötet.) 1876. XV és 639 lap. 3 frt.

AGYAR TÖRTÉNELMI EMLÉKEK. (Monumenta Hungariae Historica.) *II. osztály. Irák.* (Sciptores) I—XXIII. 1. 2. fele. XXIV—XXIX. és XXXII. kötet. Egy a VIII. kötethez tartozó pótfüzettel. 1857—1877. 8-rét. Ára az eddig megjelent 30 kötetnek együtt megrendelve 54 frt. Tartalom:

zerémi György, II. Lajos és János királyok házi káplánja emlékirata Magyarország romlásáról. 1484—1543. Közli Wenzel Gusztáv. Egy kötet. (Monum. Script. 1. köt.) 1857. XXXIV. és 410 lap. 2 frt.

Ferencsics Antal, m. k. Helytartó, Esztergomi Érsek összes munkái. Közli Szalay László (1—7) és Wenzel Gusztáv (8—12) 12 kötet. Név és tárgymutatóval. (Monum. Script. 2—6. 9. 10. 19. 20. 25. 26. 32. kötet.) 1857. 294 ív 26 frt.

r. Illésházy István nádor följegyzései 1592—1603, és Hidvégi Mikó Ferencz historiája 1594—1613. Biró Sámuel folytatásával. Közli Kazinczy Gábor. Egy kötet. (Monum. Script. 7. kötet.) 1863. IX és 231 lap. 2 frt.

ozsnyay Dávid, az utolsó török deák, történeti maradványai. Összeszedte s jegyzetekkel és oklevéltárral kisérve kiadta Szilágyi Sándor. Egy kötetben s egy pótfüzettel. (Monum. Script. 8 kötet.) 1857. 544 lap. 2 frt.

itorjai B. Apor Péter munkái. Közli Kazinczy Gábor. Egy kötetben. (Monum. Script. 11. kötet.) 1863. X és 464 lap. 2 frt.

rutus János Mihály, m. kir. történetiró magyar historiája. 1490—1562. A m. k. egyetemi könyvtár eredeti kéziratából a szerző életével közli Toldy Ferencz. *I. II. III. kötet* (Monum. Script. 12. 13. 14. kötet.) 1863—1867. I. CIX és 461 lap. *II. IX és 495 lap. III. VIII. és 474 lap.* Ára 7 frt.

írásai. (Monum. Script. 23. kötet két részben, 24. kötet.) 1868—1873. 784 lap. II. XVI és 707 lap. 7 frt.

Kritobúlosz: II. Mehemet élete. A magyar tudományos Akadémia tör[illegible] sága által kiadott görög szöveget ugyannak meghizásából fordítottu. S[illegible] roly. Egy kötet. (Monum. Script. 22. kötet.) 1875. X és 278 lap. 2 fr[illegible]

Történelmi naplók. 1663—1719. Közli Thaly Kálmán. Ottlyk[illegible] életleírása. — Bártfai követek naplója az önodi gyülésről. — Gr. T[illegible] és Pápai János nándor-fejérvári követségének diariuma. — Ifj. Tsétsi krónikája. — Bivolinyi István töredék-naplója. — Ritter György Já[illegible] emlékirata. Egy kötet. (Monum. Script. 27. kötet.) 1875. XXXII és 6[illegible]

Szamoskőzi István fennmaradt történeti munkái. Közli Szilágyi [illegible] Négy kötetben. (Monum. Script. 21. 28. 29. és 30. kötet. 1877.) 6 frt.

HARMADIK OSZTÁLY: ORSZAGGYŰLÉSEK.

MAGYAR ORSZÁGGYŰLÉSI EMLÉKEK, történeti bevezetésekkel, Fra[illegible] mostól) Első kötet: 1526—1536. Budapest, 1874. XXXII és 550 l[illegible] *Monum. Comitialia. I kö.* — Második kötet: 1537—1545. Budapest, 18[illegible] 5 frt *Monum. Comitialia. II. kötet.* — Harmadik kötet: 1546—1556. Bu[illegible] 617 lap. — *Monum. Comitialia III. köt.* Ára 3 frt. — Negyedik kötet. Budapest, 1877. 670 lap. Ára 3 frt. — Ötödik kötet. 1564—72. 600 Budapest, 1878. Ára 3 frt. — Hatodik kötet, 1573—1581. 549 lap. Bu[illegible] Ára 3 frt. Hetedik kötet. 1582—1587. 534. lap. Ára 3 frt.

ERDÉLYI ORSZÁGGYŰLÉSI EMLÉKEK történeti bevezetésekkel Szilá[illegible] dortól. I. kötet. 1540—1556. XVI és 596 l. Ára 3 frt. Második k[illegible] 1576, 584 l. Budapest 1877. Ára 3 frt. — Harmadik kötet, Budapest, 187[illegible] Negyedik kötet. Budapest 1879. Ára 3 frt. Ötödik kötet. 3 frt. — Hatod[illegible] Hetedik kötet, 3 frt. — Nyolczadik kötet 3 frt. — Kilenczedik kötet 3 f[illegible]

NEGYEDIK OSZTÁLY: DIPLOMACZIA.

MAGYAR DIPLOMACZIAI EMLÉKEK, az Anjou-korból, szerk. Wenzel [illegible] Első kötet: 1268—1341. Budapest, 1874. XXX és 425 lap. 3 frt. 1[illegible] sodik kötet: 1341—1370. Budapest, 1875. XXX és 687 lap. 5 frt [illegible] kötet: 1371—1426. Budapest, 1876. XXVIII és 771 l. 4 frt. *Monum. A[illegible] II., III. kötet.*

MAGYAR DIPLOMACZIAI EMLÉKEK Mátyás király korából. Szerk. [illegible] Iván és b. Nyáry Albert. Első kötet 1458—1465. Budapest, [illegible]



irásai. (Monum. Script. 23. kötet [illegible], 24. kötet.) 1868–1878. I. [illegible]
[illegible] lap. II. XVI és 7[illegible] lap. 7 frt.

Kritobulosz, II. Mohamed élete. A magyar tudományos Akadémia [illegible] által kiadott görög szövegét ugyannak megbízásából fordította [illegible]
[illegible]. Egy kötet. (Monum. Script. 22. kötet.) 1875. X és 373 lap. 3 frt.

Rákóczi-korabeli naplók, 1695–1719. Közli Thaly Kálmán. [illegible]
életleirása. — [illegible] — [illegible]
és Pápai János nándor-fejérvári követségének diariuma. — III. [illegible]
krónikája. — [illegible] István, [illegible] — Ritter György [illegible]
emlékirata. Egy kötet. (Monum. Script. 27. kötet.) 1876. XXXII. és 407. [illegible]

Szamosközi István fenmaradt történeti munkái. Közli Szilágyi S[illegible]
Négy kötetben. (Monum. Script. 21., 28., 29. és 30. kötet. 1877.) [illegible]

HARMADIK OSZTÁLY: ORSZÁGGYŰLÉSEK.

MAGYAR ORSZÁGGYŰLÉSI EMLÉKEK, (történeti bevezetésekkel). Fraknói [illegible]
[illegible] Első kötet: 1526–1536. Budapest, 1874. XXXII. és [illegible] lap.
Monum. Comitialia. I. köt. — Második kötet: 1537–1545. Budapest, 187[illegible]
5 frt. Monum. Comitialia. II. köt. — Harmadik kötet: 1546–1556. Budap[illegible]
[illegible] lap. — Monum. Comitialia. III. köt. Ára 5 frt. — Negyedik kötet: [illegible]
Budapest, 1877. [illegible] lap. Ára 5 frt. — Ötödik kötet: 1564–7[illegible]
Budapest, 1878. Ára 5 frt. — Hatodik kötet: 157[illegible]–1581. [illegible] lap. Budap[illegible]
Ára 5 frt. Hetedik kötet: [illegible]–1587. [illegible] lap. Ára 5 frt.

ERDÉLYI ORSZÁGGYŰLÉSI EMLÉKEK (történeti bevezetésekkel). Szilágyi S[illegible]
[illegible]. I. kötet. 1540–1556. XVI és [illegible] l. Ára 5 frt. Második kötet [illegible]
1576. 564 l. Budapest 1877. Ára 5 frt. — Harmadik kötet. Budapest, 187[illegible]
Negyedik kötet. Budapest 1879. Ára 5 frt. Ötödik kötet 5 frt. — Hatodik [illegible]
Hetedik kötet. 5 frt. — Nyolczadik kötet 5 frt. — Kilenczedik kötet 5 frt.

NEGYEDIK OSZTÁLY: DIPLOMACZIA.

MAGYAR DIPLOMACZIAI EMLÉKEK, az Anjou-korból, szerk. Wenzel G[illegible]
Első kötet: 1268–1341. Budapest, 1874. XXX és [illegible] lap. 5 frt. [illegible]
[illegible] kötet: 1342–1370. Budapest, 1875. XXX és [illegible] lap. 5 frt. [illegible]
kötet: 1371–1426. Budapest, 1876. XXVIII és [illegible] l. 5 frt. Monum. [illegible]
II., III. [illegible].

MAGYAR DIPLOMACZIAI EMLÉKEK Mátyás király korából [illegible]

STANFORD
UNIVERSITY
LIBRARIES

Stanford University Libraries
3 6105 005 505 495

DB
932
MG
Sup
4
188

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
CECIL H. GREEN LIBRARY
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6004
(415) 723-1493

All books may be recalled after 7 days

DATE DUE